



De Collegio de la Compañia de Granada
B-5053




BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 7
Numero: 401

3-A-6-2

ALFONSI
SALMERONIS
TOLETANI,
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

COMMENTARII IN EVANGELICAM HI-
storiam, & in Acta Apostolorum, in duodecim tomos distributi.

TOMVS DECIMVS,
QVIDE PASSIONE ET MORTE DOMINI
NOSTRI IESV CHRISTI INSCRIBITVR.



Anno

1601.

CVM PRIVILEGIO.

Madridi, Apud Ludouicum Sanchez.




Del Colegio de la Compañía de Granada
B-5053

(1)

ALFONSI
SALMERONIS
TOLETANI,
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

COMMENTARII IN EVANGELICAM HI-
storiam, & in Acta Apostolorum, in duodecim tomos distributi.

TOMVS DECIMVS,
QVDE PASSIONE ET MORTE DOMINI
NOSTRI IESV CHRISTI INSCRIBITVR.




Anno

1601.


CVM PRIVILEGIO.
Madriti, Apud Ludouicum Sanchez.



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 7
Numero: 401



3-A-6-2



15802024

YO EL REY.

POR quanto por parte de vos Christoual Lopez, de la Compañia de I. E. S. V. S. nos ha sido fecha relacion, que prosiguiendo las obras del Padre Alonso Salmeron, presentauades el Tomo decimo que trataua De passione, & morte Domini: y nos suplicastes os mandassemos dar licencia para le imprimir, y priuilegio por diez años, como se auia dado para los demas, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizierõ las diligencias que la prematica por nos hecha sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado, que deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula, vos o la persona que vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podais imprimir y vender el dicho libro, que de suso se haze mencion por su original, que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al pie del de Pedro çapata del Marmol, nuestro escriuano de Camara, de los q̄ en el nuestro Consejo residen: y que antes que se venda lo traygais ante ellos con su original, para que se vea si la dicha impresion està conforme à el, ò traygais fee en publica forma, como por corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha impresion por su original. Y mandamos al impressor que así imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con su original al autor, o persona à cuya costa lo imprimiere, ni à otra persona alguna para efeto de la dicha correcciõ y tassa, hasta que antes y primero el dicho libro estè corregido y tassado por los de nuestro Consejo. Y estando hecho, y no de otra manera, podays imprimir el dicho principio y primer pliego, y seguidamete pongays esta nuestra cedula, y la aprouacion q̄ del dicho libro se hizo por nuestro mandado, y la tassa, y erratas, so pena de caer y encurrir en las penas contenidas en las leyes y prematicas destes Reynos, que sobre esto disponen. Y mandamos, que durante el termino de los dichos diez años, persona alguna sin vuestra licencia no pueda imprimir, el dicho libro, ni vender so pena que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes, y aparejos que del dicho libro tuuiere: y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis. La qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra camara: y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare: y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare. Y mandamos à los del nuestro Consejo, Presidentes y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y Corte, y Chancillerias, y à todos los Corregidores, Asistente, Governadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros jueces y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares destes nuestros Reynos, y Señorios, así à los que agora son, como à los que seran de aqui adelante, que vos guarden esta nuestra cedula, y contra su tenor y forma no vayan, ni passen en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Dada en Madrid a diez y nueue dias del mes de Abril de mil y seyscientos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez

TASSA.

YO Pedro çapata del Marmol, escriuano de Camara del Rey N. S. de los que residen en su Consejo, doy fe, que auiendo se presentado ante los Señores del dicho Consejo por Christoual Lopez de la Compañia de Iesus el decimo Tomo de las obras que dexó escritas el Maestro Alonso Salmeron de la misma Compañia, intitulado *De passione & morte Domini*, que con licencia de los dichos Señores auia impresso, le tassaron à tres marauedis cada pliego, el qual tiene ciento y quarenta y cinco pliegos, q̄ conforme à su tassa en papel monta treze reales menos siete mrs: y à este precio, y no mas, mandarõ q̄ se venda, y q̄ esta tassa se ponga al principio de cada libro de los q̄ así fueron impressos. Y para que dello conste, de pedimiento del dicho Christoual Lopez, di la presente, que es fecha en Valladolid a treinta de Junio de 1601 años.

Pedro çapata del Marmol.

Licencia del Visitador.

STEPHANVS de Ojeda, Visitator Societatis Iesu, in Prouintia Toletana, potestate ad id mihi facta à reuerendo admodum Patre Claudio Aquauia, Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt decimus Tomus *De passione & morte Domini*, quem composuit P. Alfonso Salmeron, vnus de primis Patribus Societatis Iesu, typis maderetur; quia iam discussus est & approbatus à viris doctis & grauibus nostræ Societatis. In cuius rei fidem has literas dedi, meo nomine subscriptas, & mei officij sigillo munitas. Datum Madriti, 6. Febr. anno Domini 1600.

Stephanus de Ojeda.

Aprouacion.

DE mandato supremi & Regij Senatus, qua potui diligentia vidi, & exactè perlegi, decimū Tomum Commentariorum in Sacrosancta Domini nostri Euāgelia, qui de passione & morte Domini nostri Iesu Christi inscribitur, Autore Patre Alfonso Salmeron Societatis Iesu. Quem quidem fidei veritati consentaneum omni ex parte reperi, omnique eruditione refertum; excuius lectione sacra Scriptura intelligentia, antiquitatis notitia, pietatis norma, & morum integritas comparabitur. Datis in nostro Cœnobio sancta Maria de Mercede, Madriti, die decima mensis Aprilis, anno Domini millesimo sexcentesimo.


Fr. Petrus de Oña Prouintialis Castella.

Erratas.

PAGINA 2. col. 2. lin. 26. lege ἀνδρ. 6. 2. 16. alapsis lege alapis. 9. 2. 1. ariendo aris lege riendo auaris. lin. 2. gestando lege gustando. 11. 1. 25. ignora lege ignara. 17. 1. 7. si lege sit. 20. 2. 2. iustis lege iniustis. lin. 7. phasmati lege phantasmati. 21. 1. 12. quos lege quod. 44. 1. 33. lege ὑπερσος. 87. 2. 48. nobis voceat lege vobis noceat. 90. 1. 20. lege ὑπομενει. 92. 1. 33. lege ἰαθῆναι. 93. 1. 24. lege ἐπὶ ἀλεχισμοσ 101. 2. 6. lege ἐξεχῆναι 101. 2. 11. lege ἐξεχῆναι. 104. 1. 42. lege μορογενῆ. 104. 1. 49. lege μεμορωμένη. 125. 2. 17. lege χεναρῶν. 134. 2. 6. sed lege seu. 137. 2. 26. nero lege verò. 139. 1. 7. lege ἀβαντος. 140. 1. 50. vix illā lege vix ille. 147. 1. 37. actu nolendi lege actu volendi. 148. 2. 12. autem no lege autem vo. 152. 1. 11. vobis lege nobis. 155. 1. 31. id quod propter lege id propter. 156. 1. 40. & tot lege ad tot. pag. 162. col. 2. ii. proximum lege proximus. 180. 1. 6. nolebat lege volebat. 207. 1. 17. fuisse lege fugisse. 217. 1. 11. commentarios lege commentarius. 223. 1. 29. pro vobis, nobis lege pro nobis, nobis. 241. 2. 35. liberarobitrio lege libero arbitrio. 264. 1. 53. proprie lege propter. 304. 2. 2. tiam lege stitiā. 311. 1. 6. lege ἴνα. 320. 1. 8. lege σαφινῆ. 320. 2. 4. lege ἐν ἰσχυροσ περιεβῆντο. 321. 2. 14. lege δοσῆχον ἰσ τὸ τῆμα, καὶ ἐπὶ τὸν ἄνδρα διαμῶδαι 329. 2. 41. filius lege filium. 342. 2. 19. lege ἰσαίρωσιν. 350. 2. 10. chlamyde de cocchina lege el lanyde cocchina. 369. 1. 49. lege ἐπιφασει. 375. 1. 48. Pila- lege Pilati. 380. 2. 25. æqua lege aqua. 386. 2. 47. honorificaret lege honorificent. 396. 1. 37. tibi lege tibi. 402. 1. 15. ipse lege ipsa. 416. 2. 13. exandire lege exaudiri. 449. 2. 42. ilium. lege illam. 464. 1. 6. exe lege ex. & col. 2. lin. 4. hauxisset lege haussisset. 472. 1. 1. fit clemans lege sic clamans. 473. 2. 39. iis lege tijs. 474. 2. 36. dea ea lege de ea. 513. 2. 18. occuperint lege perierint. 524. 1. 53. lege ἀδῆναι. 524. 2. 4. perfrixta lege perfrixta. 525. 1. 8. lege κῆρυξιν. & lin. 9. δῆλον ὅτι. 542. 1. 4. patētem lege patientem. pag. 92. ἡσθη τῆς pag. 119. lege ἡσθη pag. 125. ἡσθη.

Iuan Vazquez del Marmol.

PRÆ-



PRÆFATIO ad Lectorem.

ACTENVS nostris superiorum voluminum Commentarijs ea tantum complexi sumus, cādide Lector, quæ ad vitæ Domini nostri rationē, & cursum attinebant. Illaque omnia, quæ tū ab eo sapiēter, & acutè dicta, tū etiā præclarè, & fortiter gesta sunt, pro exiguitate nostra explanauimus; in quibus fanè quamplurima admirāda illa quidem, planeq; veneranda, atque adorāda mysteria persecuti sumus: ab his verò tam ingentibus initijs quis exitus esset meritò expectandus, & qua mortis clausula, veluti catastrophe terminanda singularis illa, heroica, & eximie sanctimonie, atque præclaræ virtutis ornatissima vita, illis obscurum non est, qui nouerunt fortissimorum, & sapientissimorum hominum constantiam, virtutem, atque animi magnitudinē in eo temporis puncto, atque extrema vitæ cum morte colluctatione maximè detegi, atq; splēdescere. Quamobrè, Deo optimo maximo nobis propitio atque fautore, maiora diuinæ sapientiæ Sacramenta, ingentesq; charitatis suæ ac bonitatis thesauros in historia Passionis Domini à quatuor Euangelistis diligenter conscripta delitescentes rudiori orationis nostræ stylo referare, illosq; ad illustrandam tanti Seruatoris gloriam, nostræque salutis sitim in nobis excitandam, atque ingenerandā in lucem prodere aggredimur. Est enim mortis Filij Dei mysterium omnibus humanæ sapientiæ oculis inaccessum prorsus, abstrusum, atque reconditum, ac nisi fide, & spiritus oculis cernatur, omnino ridiculum, vile, atque contemptum; & vt Apostolus dixit, *Iudæis scandalum, Gentibus stultitia*: ac si cui altius contemplari datum fuerit, ac diuinā videndi aciem coelitus acceperit, agnoscet Dei virtutem, & Dei sapientiam, & vt idem Paulus paulò post dixit, Dei sapientiam, quæ abscondita est in mysterio, quam prædestinavit Deus ante secula, in gloriam nostram, quam nemo Principū huius seculi cognouit.

Superiorum voluminum epilogus.

Fortis & sapientis viri excellens, & eximia virtus quādo maxime elucescat

Propositum auctoris.

Mortis Filij Dei mysteriū quibus tantū oculis perspicitā nobis, atque inuestigari queat.

1. Cor. 1.

Infra 2.

PRÆFATIO

Si enim cognouissent, nunquam Dominum glorię crucifixissent. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Sic ille. Magnis celebrent laudibus Gręci suos Hercules, Codros, Aristidas, Photiones; efferant vel in cęelum vsque Romani suos Romulos, Horatios, Decios, Fabios, Regulos, Scipiones, Catones, qui in Rempublića benefici extiterunt, aut gloriöse pro eius salute cęcidisse traduntur: nobis verò liceat agnoscere, & prædicare vnum Iesum Christum, & illum quidem cruci suffixum. Quid enim illi aliud, nisi meri homunciones peccato ac morti obnoxij extiterunt? Et vt demus illos pro patrię incolumitate fortiter ac strenuè decertasse, ac propterea nonnullam laudem & gloriam sibi meritò cõparasse, promeruisseque vt eorũ memoria æternitati cõsecraretur, illisque aut marmoreę, aut aureę, aut argenteę statuę erigeretur, atque eorum honorifica gesta historię fideliter commendata traderentur, ad posteritatem illorum exemplo ad decus, ac virtutem incendendã; illos tamen nonnisi mortales fuisse, multisq; vitij, ac defectibus contaminatos ipsi de illis conscripti produnt libri; vt cogaris interdum dubitare, exitialesne magis, an salutare extiterint patrię, quam tantũ ad horam ab imminente aliquo temporali incommodo, aut exitio seruare potuerunt. At qui Dominũ Iesum seriõ contemplatur, agnoscat verum Dei vnigenitum Filium, hominem summa innocentia, & vitæ integritate præditũ, nulli vnquam vitio, ne minimo quidem, obnoxium, heroicis omnibus virtutibus cumulatum, signorum, ac prodigiorum illustrẽ effectorem, orbi vniuerso beneficentia sua magnificentissimum, planeque conspicuum: non ab aliqua præsentia calamitate, sed à teterrimis peccatis, ac sceleribus, & à sæuissima dæmonum potestate, non vnã aliquam Prouinciam, aut Regnum, sed vniuersos Adæ posteros, qui aut fuerũt hætenus, aut actũ sunt, aut erunt in futurum: nec ad tempus tantũ, sed in eternũ: non verbo aliquo, aut ieiunio, aut lacryma, quod, si voluisset, satis esse poterat, sed sui pretiosi sanguinis effusione, morteque acerbissima crucis atque indignissima: nõ casu aliquo, aut fatali necessitate, sed sua sponte, magnaque animi alacritate, ac ineffabili charitate liberantem atque seruantem. Nam vt nulla vnquam natiuitatis magis illustris, atque gloriosa extat memoria: nulla purioris, ac sanctioris vitæ cum summa beneficentia coniunctæ historia legitur conscripta; ita sanè nulla moriendi ratio aut admirabilior, aut gloriosior, aut salutarior ne excogitari quidem, ne dicam inueniri potuit. Non ignoro quã indignum sit, prorsusq; absurdũ tales homines cum Dei Filio componere; verũ nos aliter eius magnitudinem atque præstantiam attingere non possemus, nisi eum cæteris mortalibus, qui aut sapientia, aut munificentia, aut animi robore, & fortitudine præclari atque inclyti extiterunt. quanto interuallo antecellat, ostēderemus. Neque nouũ est, in sacris literis

Christi Dñi
cũ Gręcorũ
& Romanorũ
magnis & illustribus
viris
comparatio.

Mira vitæ
Christi integritas & innocentia.

Christi Dei,
atque hominis
cũ extimij
atque præstantibus
viris illis
causa comparationis,
que liberat.

Eccli 24.
& sequent.

Christum

AD LECTOREM.

Christum Dei sapientiã aut arboribus & plantis, aut odoratis aromatis, aut nominatis, ac celebratis fluminibus se cõparare. Vt interim nihil dicã de agno, leone, vitulo, aquila, verme, & alijs animantibus, quibus se Filius Dei conferre, atq; representare non est dedignatus, quò eius virtutes innumeras salubresq; proprietates coniectare possemus. Et in Euangelio, quantũ præstet Prophetis, ipse non semel expressit: *Ecce, inquit, plusquã Salomon hic, & ecce plusquã Ionas hic, & de Moyse: Si crederetis Moyse, crederetis forsità & mihi: de me enim scripsit ille. & de Abrahamã sanctissimo Hebraicę gentis stipite: Antequã Abrahamã fieret, ego sum.* In hoc enim lib. 10. prudens Lector, vniuersam Dominicę passionis historiã, secundũ tēporis rationẽ, ex quatuor Euangeliorũ scriptoribus in vnũ veluti corpus contextã, & concinnatã, explicare conabimur: vbi si quid videatur in speciem dissentire inter Euāgelistas, pro more nostro in concordia redigere curabimus. At verò quę siue ex Prophetis, siue ex vmbis, ac typis veteris Instrumēti producuntur, & in Christo asseruntur impletã, pressius ac diligentius exponemus: cõtēplationes itē, quę interdũ à Catholicis fieri solēt tractatoribus, nõ solide aptaq; pietati, fidei q; accõmodę sint, excutiemus. In his enim interdũ nec leuiter, nec à paucis peccatur. Initiũ autē dicēdi sumet hæc tractatio ab egressu Xpi cũ discipulis suis trans torrentē Cedrũ, ante quã verba terminatus est liber præcedens; finem verò accipiet in sepultura Dñi ac eius ad inferos descensu: nam reliqua de Dñi resurrectione in sequentẽ librũ commodius exponenda seruamus. Et si autē omnibus nota sint, & peruulgata, quã ad historiã passionis Dñi spectãt: illa tamen talia ac tanta sunt, vt innumeras sapientiã & charitatis Dei opes cõprehendant, & semper noua ac iocunda videantur, si Spiritus adsit diuinus, qui nobis in meditãdo & scribēdo, pro sua incõparabili bonitate opẽ ferat. Quicquid autē assecuti fuerimus eò profectò spectauimus, vt vetusta redderemus noua, pro tritis, vulgatisq; nouitate aliquã & gratiã, quò magis dulcescerent, ac legerentur iuuuilius, tribueremus. Certè elegans est illa Plinij Secũdi sententia, quam ille in Procemio librorum de Naturali historia aptè pronuntiauit: *Res, inquit, ardua, vetustis nouitate dare, nouis autoritate, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus verò naturam, & naturæ suæ omnia.* Hætenus ille: quã nos pro virili nostra æmulari atque effingere contendimus, vt si non detur attingere, laude tamen sua conatus noster non careat.

Cæterũ hoc loco illud non sine fructu præfandum nobis esse duximus, candide Lector, vt quẽ scopum nobis in cõtēplanda, & elucidanda Dñi passione præfigamus, apertum, ac conspicuum reddamus. Nam plerique illa abutuntur ad fines quosdam inuiles obtinendos: quos vt quisque quasi scopulos quosdã commodius vitare queat, illos in medium proferre erit operæpretiũ. Vt enim nauta quò rectè nauem ad designatum, & optatũ portum dirigat, opus habet illum primũ ante oculos habere, nam illo ignorato,

Rebus inanimatis, sensuque carentibus cur se Christus cõparare voluerit.

Huiusce libri partes, ordoque seruandus.

Plinij iunioris elegans dictum.

Quò tendat hæc tractatio

Simile. In meditãda Dñi passione quos errores seu scopulos vitare debeamus.

Tom. 10.

4

obliqua

PRÆFATIO

obliqua, incerta, atq; fortuita nauigatio sit oportet: ad eum profecto modum tantum mysterij meditatio minus erit solida, ac fructuosa, nisi verus scopus, ad quem per eam sit tendendum, cognitum, exploratumque habeamus. Sunt igitur in primis quidam, qui hereticè de morte Christi philosophantur, qui vel docent eam tantum ad exemplum & doctrinam nostram pertinere, non autem ad meritum, ut olim Pelagiani, qui naturam humanam vires efferentes, nihil nobis per eius mortem esse comparatum præter tuendam veritatis ac iustitiæ documentum tradiderunt. Idem præterea sensisse Petrum Abailardum, scribit B. Bernardus, quem & idem confutauit in Concilio Semnensi. Vel rursus per contrarium illam nobis ad meritum subseruire solum, non ad doctrinam vel exemplum: isti sunt Lutherani qui stultissimè docent grauissima iniuria Christum affici, si, quæ ille aut fecit, aut passus est pro nobis, nos itidem eum imitatio præstare conemur. Existimantque Christi passionibus atque satisfactionibus contumeliam irrogari, scillas nostras pro nobis, vel pro alijs satisfactiones ac merita adiugamus, quasi minus idoneæ atque efficaces illæ Christi fuissent. Verum hosce duos scopulos inter se oppositos quasi Scyllam atque Charybdim merito vitare debemus, cum constet Christum ad utrumque fructum assequendum Patri suo mortem obtulisse, ut propterea rectè Apostolus Christum vocauerit Crucifixum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Virtutem quidem, quod ad meritum eius spectat, & efficaciam; sapientiam verò, quantum ad exemplum, & doctrinam. Et alibi apertius ad Ephes. scribens ait: *Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi: & ambulatores in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.* Et ad Titum: *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduertum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Haftenus vides quatenus sit in exemplum. Subdit de merito: *Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, scilicet factorem bonorum operum.* Et Apostolorum princeps Petrus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hæc de exemplo: de merito post pauca verba subiungit: *Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis.* Proinde inane est, & infirmum argumentum hereticorum: Christus meruit, aut satisfecit pro nobis, ergo nostrum non est hæc opera præstare, cum potius oppositum rectius ac validius consequatur. Nam quemadmodum tulit crucem, orauit pro nobis, ieiunauit, atque peregrinatus est, non tollit quin nos debeamus ferre crucem nostram, ad quam ferendam nos est adhortatus, cum dixit: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: ita ieiunare, ac preces fundere pro fratribus debemus.* Hinc & Paulus

B. Bern. ab epist. 187. v. 9, ad 190

1. Cor. 1.

Ephes. 5.

Tit. 2.

1. Petri 2.

Esai. 53.

1. Ioan. 3. Esai. 35.

Matth. 16.

Primus error

Pelagiani olim quid serint de Christi passione, & morte.

Lutherani nostri circa Christi passionem præcipuè quæ grauiter allucinatur.

Christi passionem ac mortem, ad exemplum nobis valere.

Quare Apostolus Christum crucifixum vocauerit Dei virtutem, & Dei sapientiam.

Eandem Christi passionem ac mortem nobis ad meritum quoque deseruire.

Refelluntur Lutherani, satisfactionem nobis negantes necessariam esse.

dicebat:

AD LECTOREM.

2. Tim. 2. Coloss. 1.

dicebat: *Idco omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria celesti: & Adimpleo ea quæ defunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Tamen verum est, nos Christi merita, aut satisfactiones æquare non posse: sed ut ille pro gradu suo & meruit, & satisfecit, & orauit pro nobis, ita & nos pro modulo nostro, & mensura donationis Christi. Nec enim quisquam est, qui putet se virtute vlla, quæ est ex seipso, sed tantum ex Christi dono atque gratia hæc opera aut pro se, aut pro proximo præstare posse: nec illa Christi adæquare, sed longo interuallo distare, nisi quantum distat palmes à vite, radius à Sole, & riuus à fonte.

Tametsi satisfactum sit nobis, Christi tamen merita & satisfactiones à nobis æquari non posse.

Sunt deinde alij, qui in recogitanda Christi passione, vehementer peccatis Iudæorum irascuntur, Iudæ, Pilato, Herodi, atque alijs carnificibus ac militibus valde indignantur, eorumque scelera miris modis execrantur, ac detestantur: quod vbi præstiterint, egregiam se operam nauasse, & se bene de Christi passione meritos esse existimant. Verum hoc potius esse dixerim Iudæ proditoris, ac Iudæorum improbitatem, Pilati que præsidis iniquitatem, quæ Christi mortem meditari. Præterea quæ potest esse utilitas, si tu contra illos extrema insania debaccheris, atque vocifereris? Nec enim illi, utpote iam mortui, à peccato suo resipiscant, neque tu cum auditoribus tuis, quibus passionem Domini concionaris, ex cõuitijs in illos iactatis melior efficeris, imò peior, si te propterea meliorem ac iustiorum illis esse existimes, nec oculos mentis in tua ipsius peccata deflectas, illaque defleas, quæ aut simpliciter, aut tibi saltem deteriora sunt, quam illorum fuerunt, veraque moriendi causa Christo extiterunt. Ut proinde vanus sit labor, cum possis teipsum, & eos qui te audiunt, cum fructu corrigere, sine vlla utilitate in eos, qui iam sunt extincti, inanes clamores fundere.

Secundus error Christi tormenta mentemque meditantium.

Tertio loco sunt alij, qui passione Domini ad hoc tantum vtuntur, ut per eam ab aqua, igni, & ferro, alijsque corporis periculis liberi ac immunes euadant, neque præterea ad voluptatum illecebras quasi aquas declinandas, aut ad ignem gehennæ, aut gladium æternæ mortis vitandum euehantur; cum ob hanc potissimum causam Iesus mortem sustinere voluerit, ut nos à peccatorum foribus ablueret, & a vinculis Satanæ, ac supplicij æterni reatu liberaret. Historiam percensebo: Venit ad me consultandum femina quædam religiosa admodum & spiritualis, an putarem sibi licere ad capitis continuos dolores, & vertigines, quibus crebro afflictabatur sanandas, vesci paruis quibusdam crucis veræ Christi frustulis, ad morbum capitis propulsandum. Quanquam enim Dominus etiam ad hæc incommoda corporis vitanda, & calamitates præsentis a nobis abarcendas, mortis acerba tormenta Patri suo obtulerit: absurdum tamen, & à ratione alienum videtur, ut Messiam spirituale, à perniciosissimis morbis spiritus, æternisque miserijs præcipuè redimentem, in carnale & temporarium

Tertius error.

commutemus,

PRÆFATIO

commutemus, nihil ab eo nisi carnis cōmoda, temporaliaq; bona expectantes. Estq; hominis carnalis ingeniu ex spiritu ipso carne eruere, ac Mesiā, & peculiare quosdā Sanctos noui Testamenti, vt B. Antonium, B. Luciam, ac Sebastianum, & Rochū, aut ab igni sacro, aut à caligine oculorum, aut exitiali peste suis precibus nos interdū liberantes, ex spiritualibus carnales efficere, dum hæc aut tantū ab illis aut præcipuè expetimus, aut postulamus: neque illud cogitamus in eo maximè nobis vtilè esse Christi crucè, quod ad perferendas cū victoria has molestias, & infirmitates, vim, atq; efficaciam cōferat. Hoc enim est planè Euangelicum, vt martyres testantur, patienti, atque inuictō animo aduersa sustinere, eaque sibi virtutis perficiendæ exercitia, ac beatæ & eternæ vitæ instrumenta efficere. Qui verò tantūmodo à Christo, aut ab eius sanctis in cœlo cum eo regnantibus præsentis tantū vitæ commoda, & corporis incolumitatem expectant, neglectis spiritualibus donis, ad vetus potius Testamentū tanquam pueri infirmi, quā ad nouū pertinere videntur: at hoc quid est aliud, quā auream, & pretiosā monetam pro ærea, viliq; pecunia expendere? Estque Christum quærere eo modo, quo ipse quæri non vult; ideò conqueritur, dicens: *Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* Estque plurius facere additamentum, quàm illud ipsum principale, cui adiungitur: cū tamen Dominus dixerit: *Querite primum regnum Dei, & iustitiā eius, & hæc omnia adiicientur vobis.*

Postremò sunt nonnulli ita de Passione Domini meditantes ac prædicantes, quasi humanam quandā historiam, & ré sub Tiberio Cæsare, & eius præside Pilato in Syria gestam: quòd Iudæi hominè innocentem indignis & acerbis modis pertractarint, falsisq; testibus subornatis malitiosè quædam crimina affingentibus egerint, iudicesq; innoxium, ac beneficium hominem supplicio crucis affecerint, vt interim auditorū corda commiserationis affectu tangantur, illumq; lacrymis testentur. Nā quisq; ita potest alias hominū innocentū cedes meditari, qui nulla sua culpa violenta morte vitā abrumpere sunt coacti; qualis Aristides, Photiones, & Reguli fuerunt. Imò, quod maius est, interdum animalibus specie à nobis diuersis pereuntibus permouemur: nam dum videmus agnum, aut hœdum innocentè iugulari, teneriorem affectū induimus. Quare hunc compassionis motum erga Dominum nostrū exercere, et si malum non sit, sed bonum: quia tamen quodammodo naturale bonum est, satis non est. Talisque fortasse in quibusdam fuit ille fletus mulierularum luctu, ac lacrymis Christum ad mortè adductum prosequentium, quem Dominus compressit, dicens: *Filiæ Ierusalem, nolite flere super me; sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.* Lugebāt enim eū quasi reus, & criminis alicuius conuictus raperetur ad supplicium; cū tamen summè esset insons, & sponte sua, & charitate ad mortem, pro nostris peccatis expiandis pergeret. Similem se quondam sensum habuisse fatetur Augustinus, cūm

Hominis carnalis ingenium.

Quorundam prærogatiua sanctorum.

Opus planè Euangelicū, & Christianū quod sit.

Christiani qui ad vetus Testamentū potius, quàm ad nouum spectare dignoscantur.

Quartus error

Ioan. 6.

Matth. 6.

Luca 23.

Didonis

AD LECTOREM:

Aug. lib. 1. Confess. ca. 13. tom. 1. prope init.

Esaiā 25. Apoc. 7. & 21. Psal. 148.

Hebr. 12.

Psal. 41.

Didonis necem deploraret. Nam in libris Confessionū ita scribit: *Scribam ipse si quid volo, quàm illa (scilicet literæ) quibus tenere cogebam Aeneam nescio cuius errores, oblitus errorum meorum, & plorare Didonem mortuam, quia se occidit ob amorem; cūm interea me ipsum in his à te morientem, Deus meus, vita mea, sicis oculis ferre miserimus. Quid enim miserius misero nō miserante seipsum, & flere Didonis mortem, quæ fiebat amando Aeneam; non flere autem mortem suam, quæ fiebat non amando te?* Hæc ille. Hinc quidam Concionatores vehementer peccare videntur, qui mulierculas quosdā imitantes, quæ ad luctum mortuorum in alijs excitandum, lugubria quædam carmina concinunt; & ipse pretio conductæ ad hoc ipsum Threnistæ vocantur & lamentatrices: ita hi confictis lacrymis, altis clamoribus, eiulatibus, & vlulatu foemineo, sensibilibusque representationibus, humanis planè, & nihil diuinum spirantibus, & historijs quibusdam extra literā Euangelicā excogitatis, & profus apocryphis, lacrymas vel à seipsis, vel ab auditoribus exculpunt: cūque satis vociferati fuerint, ac fleuerint, atque huiusmodi lacrymis sudariolum ad hoc ipsum paratū repleuerint, pro sanctis se habent, egregieque & cum fructu Christi passionē meditados se fuisse arbitrantur, prædictumque sudariū ad casus calamitosos, periculososque declinandos, & à se auertendos seruant; cū tamen nec pristina vitia declinare, nec melioris vitæ animū induere enitantur, sed in eodem peccatorū stercore iaceant, ignorantes eiusmodi lacrymas humanis viribus extortas nō esse illas, quas diuina consolatio comitatur, quasq; Dñs ab oculis Sanctorū abstergere dicitur: neq; funtque illæ, quas Propheta dicit esse super cœlos, sed sub cœlo, & merè humanæ, quadoquidem illis nullū peccatū diluitur, nullaque anima à criminis macula permundatur.

His igitur contemplandæ passionis rationibus tanquam inutilibus abiectis, fructuosa erit ac planè Euangelica, si fide certa, non vt historiā humanam, sed vt rem profus diuinā apprehendamus, Dominum Iesum vnigenitum Patris, & charissimū Filium, innocentissimum, & iustissimū hominè, nulla vi coactū, sed prudentè, ac volentè, pro nostris sceleribus abluèdis, & libertate nobis vindicāda, nobisq; in Patris gratiā reconciliandis, & in eternā gloriā adducendis, durissimā atq; foedissimā mortè sustinuisse: cogitādo quis, quid, & à quibus, & pro quibus, & cū quibus, & ob quā causā, & quāta patiētia & charitate tāliā perpeffus fuerit, tātaq; tormēta deuorauerit. Ex his meditationibus illustratur fides in Christū, erigitur spes nostra, incēditur charitas, amplectimur omnē virtutis viā, omnia vitia declinamus, & ad resistendū peccato vsq; ad sanguinè & ad obedientiā diuinę legi præstandā inflāmamur. Fluūt ex hac contēplatione cœlestes, suaves, ac pretiosę lacrymę, quę terrā cordis nostri primū lauant; deinde ad bona opera edenda irrigāt atque foecundāt, animamq; veluti pane suo confirmant, ac satiāt, vt cum Propheta quis dicere valeat: *Fuerunt mihi lacrymę meę panes die ac nocte; dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?* Nam Iudæi, aut

Nihil miseris misero non miserante se ipsum, ait Augustinus.

Concinatorum res quidam notantur.

Fructuosa ac planè Euangelica Christi Dñi passionē & mortē meditandi ratio quę sit.

INDEX

Pagani

AD LECTOREM.

Pagani cum obijciunt, Christum Deum nostrum in cruce esse, & veluti imbecillum atque impotentem animam agere, nec posse seipsum saluū facere, vt illi etiam insultatum est: quid aliud nobis Christi cultoribus, qui nouimus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam pro nobis fuisse infirmatum, & stultum reputatum, quid aliud inquam nobis, quam dulcissimi fletus materiam exhibent, quibus tanquam solido pane, exaturemur, atque confirmemur? Sed de hac fructuosa meditandæ Christi passionis ratione sequenti Tractatu plenius, & vberius, ne modum suum epistola excedat, & veluti Tractatus formam induat, philosophabimur. Iam verò antequam ad textum explicandum accedamus, quædam in genere præmittenda sunt de hac ipsa fructuosa meditatione passionis Christi, deque causis mortis eius, ac fructibus per eam ad nos deriuatis: quæ distinctè, ac breuiter expediemus. De his paucis te admonendum censuimus, bone Lector.

Vale, ac nostro labore fruire. Cæterum Catalogum omnium Tractatum, qui in hoc libro continentur, quò magistruæ commoditati studere ac prospicere valeamus, sequens indicabit pagella.



INDEX

INDEX TRACTATVVM.

DECIMVS LIBER IN SEQUENTES TRACTATVS DIVIDITVR.

QVORVM primus est, in quo, De meditanda cū fructu & recogitanda Christi passione disseritur, in illa verba Apostoli: *Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatū repugnantes.* Hebr. 12. pagina 1.

Tract. II. De meditandis mortis Christi causis, & nū illa necessaria omnino extiterit, an voluntaria, disseritur pag. 12.

Tract. III. in quo refelluntur, ac diluuntur omnia argumeta, quæ tū à Paganis, tū à Iudæis fiunt, vt probent, passionē, ac mortem Christi aut impossibilem, aut absurdam, & à ratione alienā, ac proinde minimè necessariam fuisse. pag. 28.

Tract. IIII. In quo innocētia, & iustitia Domini Iesu peculiariter contra Iudæorum, putantium Christum iusta, ac digna morte præemptum argumenta defenditur; & magna ex parte caput secundum libri Sapientiæ explicatur. pag. 40.

Tract. V. In quo de fructibus passionis Christi cum fructu ruminandis, ac cogitandis agitur: & ea omnia argumenta, quæ in illos fiunt, dissoluuntur. pag. 51.

Tract. VI. De acerbissima Domini Iesu passione, simul & de compassione, siue commiseratione, qua erga nostram miseriam subleuandam affectus fuit, in illa Ioannis Euangelistæ verba: *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, &c.* Apoc. 1. p. 62.

Tract. VII. De testamento condito à Domino Iesu in passione, honorumque suorum distributione cum hæredis institutione, in illa verba Zachariæ: *Et dicetur ei, Quæ sunt plaga istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorū qui diligebant me.* cap. 13. 78.

Tract. VIII. In quo Psalmus 21. qui passionem Domini Iesu suis veluti coloribus describit, exponitur. qui incipit: *Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longe à salute mea, &c.* pag. 91.

Tract. IX. In quo exponitur caput 53. Esaiæ Prophetæ, quod passionem Domini, ac mortem cum eius fructibus eleganter nobis describit: quod incipit: *Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?* pag. 108.

Tract. X. in verba Ioannis: *Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cū discipulis suis trans Torrentem Cedron, &c.* Ioan. 18. pag. 123.

Tract. XI. De tristitia animæ Christi verbis & factis expressa corā Petro, & filijs Zebedæi, Mat. 26. & Marc. 14. in illa verba: *Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & reliq.* pag. 132.

Tract. XII. De oratione Dñi in horto, in illa verba: *Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens: Pater mi, si possibile est, transseat à me calix iste. &c.* Matth. 26. & Marci 14. Lucæ 22. pagina 142.

Tract.


INDEX

- Tract. XIII. in illa verba: *Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro: Sic? non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem, &c.* Matth. 26. Marci 14. pag. 152.
- Tract. XIII. De angelo apparente, & confirmante Dominum, in verba illa: *Apparuit autē illi Angelus de cœlo cor fortans eū.* Luc. 22. p. 160.
- Tract. XV. De sudore sanguineo Christi Iesu, in illa verba: *Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius quasi guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Lucæ 22. pag. 266.
- Tract. XVI. De surrectione Christi ab oratione, & excitatione Apostolorum, & de aduentu Iudæ cum cohorte, & miraculis ab ipso ante comprehensionem editis, in illa verba: *Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentationē, &c.* Luc. 22. 173.
- Tract. XVII. De Petro percutiente Malchum seruum Pontificis, deque eius curatione, Petri que se armis tueri volentis reprehensione. Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Ioan. 18. pag. 183.
- Tract. XVIII. De reprehensione ad turbas ad se comprehendendū venientes, & captura Christi, fuga Apostolorum, & adolescētis cuiusdā sequela. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. & Ioan. 18. pag. 200.
- Tract. XIX. De adductione Domini ad Annam, & sequela duorum discipulorum, in illa verba: *Et adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. & reliq.* Ioan. 18. pag. 208.
- Tract. XX. De interrogatione Iesu per Pontificem facta, & alapa Iesu impacta per ministrum, in illa verba: *Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga, &c.* Ioan. 18. pag. 217.
- Tract. XXI. De discussione causæ Dñi Iesu, & adiuratione, qua adiuratus est à Caipha, atque condemnationis eiusdem sententia, in illa verba: *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham Principē Sacerdotū, vbi Scribæ & Seniores conuenerant: Petrus autē sequebatur à longē, vsque in atriu Principis Sacerdotum. &c.* Matth. 26. Marci. 14. Luc. 22. pag. 226.
- Tract. XXII. De illusionibus & contumelijs, quibus Iesus tota illa nocte in domo Caiphæ affectus fuit, in illa verba: *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cœciderunt; alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicētes: Prophetiza nobis Christe, &c.* Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. 232.
- Tract. XXIII. De triplici Petri negatione, in illa verba: *Petrus vero sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicēs: Et tu cum Iesu Galilæo eras. &c.* Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. & Ioan. 18. pag. 241.
- Tract. XXIII. De presentatione Christi ante conciliū Seniorum mane facta, in illa verba: *Mane autem factō consiliū inierunt omnes Principes Sacerdotum, & Seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum. &c.* Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23. pag. 256.
- Tract. XXV. De infructuosa Iudæ pœnitentia, & restitutione triginta argenteorum, & morte, in illa verba: *Tunc videns Iudas qui eū tradidit, quod dānatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argēteos Principibus Sacerdotū, & Senioribus, dicēs, Peccauī, tradēs sanguinē iustū, etc.* Matt. 27. 295

TRACTATVVM.

- Tract. XXVI. De Domini Iesu presentatione coram Pilato, tribusque eius ad Iesum interrogationibus, in illa verba: *Iesus autē stetit ante Præsidentem. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationē adfertis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. &c.* Ioan. 18. Matth. 27. p. 277.
- Tract. XXVII. de missione Iesu à Pilato ad Herodē, remissioneq; eiusdem ad Pilatum, in illa verba: *At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæā, interrogauit, si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de Heradis potestate esset, remisit eum ad Herodē, &c.* Luc. 23. p. 289.
- Tract. XXVIII. De collatione Iesu cum Barabba, eiusdemq; postpositione, & visu vxoris Pilati, in illa verba: *Est autem consuetudo vobis vt vnum vobis dimittam in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. Ioan. 18. Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23. pag. 207*
- Tract. XXIX. De flagellatione Domini in domo Pilati, in illa verba: *Tunc ergo apprehēdit Pilatus Iesū, & flagellauit. Ioan. 19. Mar. 15. p. 309*
- Tract. XXX. De illusionibus factis Domino Iesu in pretorio, quæ induerunt chlamyde purpurea, & corona spinea, & arundine in manu, in illa verba: *Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas, &c.* Ioan. 19. pag. 317.
- Tract. XXXI. De accusatione quod Filium Dei se fecerit, in illa verba: *Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudei, &c.* Ioan. 19. p. 327.
- Tract. XXXII. De Pilati sessione pro tribunali, ac lotione manuum eius, ac sentētia Christum ad necem condēnante, in illa verba: *Pilatus ergo cū audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicē autē Gabbatha, &c.* Ioan. 19. p. 337.
- Tract. XXXIII. De Christo crucē baiulante, Simoneq; Cyrenēsi angariato ad ferendam crucem post eum: deq; responso mulieribus flentibus, ac lamentantibus exhibito, in illa verba: *Susciperunt autem Iesum, & eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem, exiit in eū, qui dicitur Caluarie locum, &c.* Ioan. 19. pag. 350.
- Tract. XXXIII. De luctu & lacrymis prosequēda morte Christi: cōtra eos, qui nostra tēpestate aliter senserūt, aut docuerūt 360
- Tract. XXXV. De educatione Domini in montem Caluarie; deq; myrrhæ, & aceti, atque fellis potatione; deque eius inter duos latrones crucifixione, in illa verba Matthæi: *Et venerunt in locum qui dicitur Golortha, quod est Caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cū felle mistū, & cū gustasset, noluit bibere, &c.* Mat. 27. Luc. 23. Ioan. 19. 367.
- Tract. XXXVI. in quo peculiariter agitur de maximo & sacrosancto crucis Domini nostri Iesu Christi mysterio ad vitam terminandam electo. pag. 378.
- Tract. XXXVII. De impositione tituli super crucē, in illa verba:

Scriptis autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. Hunc ergo titulum multi Iudeorum legerunt; quia prope civitatem erat locus, &c. Ioan. 19. Mat. 27. Mar. 15. Luc. 23. 387
 Tract. XXXVIII. De divisione vestimentorum Christi, & tunicæ inconsutilis fortitione; deque illusionibus Domino in cruce factis, in illa verba: *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, de super contexta per totum.* &c. Ioan. 19. pag. 399
 Tract. XXXIX. De primo verbo Christi in cruce ad Patrem, in illa verba: *Pater dimitte illis; non enim sciunt quia faciunt.* Lucæ 23. pag. 408.
 Tract. XL. De secundo verbo Christi ad latronem, in illa Lucæ verba: *Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus, saluum fac te metipsum, & nos. Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione, &c.* Luc. 23. 417
 Tract. XLI. De verbis Christi tertio loco dictis ad Matrem, & ad Ioannem, in illa verba: *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, &c.* Ioan. 19. pag. 428.
 Tract. XLII. De tenebris à sexta hora in horam usque nonam factis, in illa verba: *A sexta autem hora tenebre factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam.* Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23. pag. 441.
 Tract. XLIII. De quarto Christi verbo in cruce, in illa verba: *Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna, dicens: Eli, eli, lammasabaethani; hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* &c. Mat. 27. p. 450
 Tract. XLIII. In quintum verbum Christi in cruce patientis, in illa verba: *Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum.* &c. Ioan. 19. 457
 Tract. XLV. De sexto verbo Christi in cruce, in illa verba: *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est.* Ioan. 19. pag. 464.
 Tract. XLVI. De postrema Christi voce in cruce, in illa verba: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expiravit;* quæ habentur apud Lucam. cap. 23. pag. 470.
 Tract. XLVII. De signis editis in cruce post expirationem Christi, in illa verba: *Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum. Et terra mota est, & petreæ scissæ sunt.* &c. Mat. 27. pag. 480.
 Tract. XLVIII. De apertione lateris Christi iam mortui, in illa verba: *Iudei ergo (quoniam Parasceue erat) ut non remaneret in cruce corpora Sabbaro (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum: ut frangerentur eorum crura, &c.* Ioan. 19. pagina 494.
 Tract. XLIX. De sepultura Christi Domini à Iosepho Arimatheo, & Nicodemo exhibita, in illa verba: *Cum autem sero esset factum, venit homo dives ab Arimathea, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, &c.* Mat. 27. Marci 15. Luc. 23. Ioan. 19. p. 503.
 Tract. L. De descensu Christi animæ ad inferos. pag. 509.
 Tract. LI. ac postremo, De ratione, propter quam dies Sabbati dicata est B. Virgini, ac de eiusdem sanctissimæ Deiparæ lamentatione. 517.



LIBRI DECIMI

TRACTATUS PRIMVS.

DE meditanda cum fructu, & recogitanda Christi passione, in illa verba Apostoli: *Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.* Heb. 12.

Quale Dei organum Paulus Apostolus.




Horum que proposita sunt, verborum Apostoli, cum præcedentibus etusilem, continuationis ratio.

LINGVA cæli, ac tuba Spiritus sancti, Paulus Apostolus, fideles omnes ad frequentem, & fructuosam passionis, ac mortis Domini meditationem Hæbreos cohortans, in hæc plena doctrinæ, ac Spiritus verba prorupit: *Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.* Quoniam igitur in præfatione nostra perniciolos, & inutiles cogitanda passionis Christi modos exclusimus, reliquum est, ut in his Apostoli verbis vitales ac salutes conseruemur. Ut autem Apostolica verba profundius seruetur, præmittendum est, B. Paulum

in præcedenti capite magnis, ac serijs verbis Hæbræos ad Fidem retinendam excitasse, multorumque Sanctorum exemplo, qui in Veteri Testamento pro Fide egregie, & fortiter ad sanguinem usque decertarunt, exhortatum fuisse, illosque ad intrepidè in certamine proposito pugnandum, orationis suæ vehementia incendisse: mox exhortationem concludens, duodecimum caput inchoat, dicens: *Idedque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstant nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusionem contempnitatem, atque in dextera sedis Dei sedet.* Quibus in verbis quantum in sit exhortandi pondus, & virtus, non est obscurum intelligere. Nam post cetera omnia sanctorum gesta, quæ vim habet certè per

Emphatica Pauli Apostoli ad recogitandam Christi passionem, & mortem exhortatio.



mouendi, & animos ad omnem virtutem amplectendam inflammandi, fortissimum, & efficacissimum Domini Iesu proponit exemplum, quod imitari Christi cultoribus non solum sit gloriosum, sed etiam fructuosum atque iocundum. Sed in primis expende illud verbum: *Ideo, & nos tantam habentes impositam nubem testium.* Nubes de terra producitur, super terram eleuatur, & iterum per pluiam in terram descendit: tales sunt viri sancti, qui etsi de terra sint progeniti, ut reliqui mortales, fide tamen, ac spe in altum eleuantur, & se nobis ad spectandum præbent, & imitandum, diuinæque iustitiæ rigorem, tanquam Solis æstum nobis tegunt, postremo per charitatis opera, ac singularia beneficia quasi per pluiam quandam spiritualem ad nos descendunt. Et per tantam nubem testium, intellige metaphorice copiosam multitudinem: densum enim raro opponitur. Quoniam etsi pauci essent, deberent nos tamen excitare; at ubi ingens est numerus, acriores stimulos addit. Et impositam ait, siue, ut Græcè dicitur, circumpositam, quo de signet non posse nos effugere, quocumque oculos vertamus, quin statim occurrant perseverantis fidei, & patientiæ exempla. Etsi autem sancti homines non tantum testes sint, siue martyres, sed & cursores, siue eiusdem cursus socij, qui viam nobis præmonstrant: testes tamen vocare maluit, quia cursores, ut inuatur, æmulos nobis illos non esse, qui palmam nobis præripiant, sed approbatores potius, qui plaudant, & gratulentur nostræ victoriæ: quemadmodum Christus non tantum est agonothetes, sed etiam manum in cursu porrigit, & vires perueniendi ad metam suppeditat. Et quia exhortatur ad cursum, & festinationi repugnat potius, iubet illud deponere, id est, amoré mundi, & curas terrenas, ut possimus effici nubes agilis. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Erat olim in athleticis certis necessitas quorundam ciborum, & exercitiorum, ut docet Fabius, ut firmo, agiliter, bene compacto corpore essent, pro va-

rijs certaminum speciebus. Cursoribus etiam scimus nihil in primis æquè, atque crassam corporis habitudinè obstarè. Ad hæc alludens Apostolus hortatur, ut deponamus circumstantes nos peccatum, siue, ut Græca vox significantior habet, & tenaciter inhæres peccatum, hoc est, innatam concupiscentiã, siue fomitem, quo vndiq; implicamur, & ad terram deijcimus: sed ille iustitiæ, & gratiæ Dei acquisitione indes magis extenuari debet, quo liberiores, & expeditiores simus ad cursum perficiendum. Subditque: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Inuitat ad cursum, non simplicem, sed certatorium, vel cursorium certamen, quod studia solet magis incendere. Et quia habemus tentatorem, multis modis cursum, aut impedire, aut retardare conantem; pulchrè dixit: *Per patientiam curramus.* Satanæ enim fraudes, & molimina, patientia nostra sunt perfringenda: *Ad propositum,* inquit, *certamen,* siue propositum nobis stadium significat enim Græca vox ἀγῶνς stadium, siue locum cursui assignatum. Et ne molestus sit cursus; proponit in quem scopum oculi nostri sint defigendi, subiungens: *Aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum.* Nam ille est, qui primus cucurrit, & stadium hoc gloriose confecit; & currentibus omnibus post se, certam victoriæ palmam pollicetur. Nam ut amnem rapidum pedibus, aut equo tranaturis, salubre est consilium, ne aquas ipsas inspiciant, quod vertiginem capitis parere soleant, & periculo submersionis exponant, sed illis est expediens, ut oculos firmos in littus defigant, quo sine vlllo periculo sit transitus: simili profectò ratione, qui in mundi huius laboribus, & periculis, quasi in fluctibus versatur, ne illis inuoluatur, necesse est oculos in Christum attollere, illumque diligentius inspicere, ut eius virtute, atque exemplo aduersa quæcunque occurrant, æquo animo tolerare valeant: quemadmodum inter lapidum grandines fecisse Stephanum legimus, cum dixit: *Ecce video caelos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.* Vocat autem Ie-

Quod sit illud circumstantans nos peccatum, quod deponerent Paulus hortatur. Fomes peccati, quo misere premimur, qua re maxime retunditur, ac sopitur.

Satanæ fraudes ac molimina quomodo à nobis eludi, & superari queant. ἀγῶνς, Græcè quid.

Act. 7. Auctor fidei, & consummator cur sit appellatus Iesus.

sum,

Nubes cur sancti comparantur.

Nubes testium apud Paulum quid significet.

Sanctos cursores Paulus appellauerit.

Sap. 9.

Fabius lib. 10. c. 5.

Philip. 1.

Quomodo Christus proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Infra 2.

Grego. Nazian. apud Occumen. Chryso. ho. 28. in epist. ad Hebræ. sub initium, tom. 4. Esa. 53. 1. Pet. 2. & 1. Ioan. 3. Ioan. 14.

Alter sensus.

Philip. 2.

sum, fidei & autorem, & consummatorem; quod ipse sit, cuius dono assequimur, & credere, & pro illo patrum fructu, secundum illud verbum Apostoli: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.* Ipse etiam est, qui nostros labores amplissimo præmio remunerat, & seipsum in præmium tribuit; ut propterea merito dicatur fidei consummator. Ac subdit: *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Id est, cum liberum esset manere propria in gloria, & diuinitate, non solum exinanuit semetipsum vsque ad formam serui, sed etiam voluntariè crucem sustinuit, ignominia contempta. Quem sensum videtur sequi Gregorius Nazianzenus, ut eum producit Occumenius, & illi Græca lectio videtur fauere, & Chrysostomus in hæc verba ita scribit: *Hoc est, licebat illi nihil pati, si voluisset. Non enim peccatum fecit, neque dolus inuentus est in ore ipsius, sicut & ipse dixit in Euangelio: Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Erat igitur arbitrij illius, si voluisset, non venire ad Crucem. Si igitur qui nullam habuit necessitatem, ut crucifigeretur, crucifixus est propter nos: quanto magis nos iustum est omnia fortiter tolerare? Hactenus magnus ille Pater. Nam pro gaudio idem valet quod loco gaudij, & gaudium genus omnes commoditatis comprehendit, propositum verò dicit, quod in manu Christi erat, ut si libuisset, facultas esset vtendi.*

Verum alius quoque sensus est fortasse propositæ rei conuenientior; ut Dominus Iesus ad obtinendum sibi à Deo propositum resurrectionis, & sessionis ad Patris dexteram præmium, magno animo Crucis breuia tormenta, ignominiamque pertulerit. Quod Paulus alio loco indicauit, cum dixit: *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, & reliq.*

His expeditis, subiungit Apostolus verba, quæ à principio proposui,

mus explicanda, dicens: *Recogitate enim eum, qui valem, &c.* Vbi in primis vult non simpliciter fideles cogitare Christi mortem, sed etiam recogitare, & more mundi animalis, semel cogitata ruminare iterum, ac degustare. Nam quemadmodum Solis æstus, non vno aut altero die homines exurit, eorumque carnem, ac pellem nigram reddit, sed longo temporis tractu, ac ut balsamum non semel, aut bis vulnere appositum, sed multo tempore vulnerum cicatrices curat, & inuisibiles reddit: ita sanè passio Domini non ob vnam, aut alteram leuem cogitationem carnem nostram macerat, aut pellem conuersionis nostræ in melius immutat, sed diu fide apprehensa, & meditata. Ad hæc ut gallina vaga, inconstans que, apta non est ouis fouendis atque excludendis pullis, ex quo & pullis eam carere necessum est: ad eum modum qui sub alis Christi in Cruce brachia instar gallinæ extendentis diu nequit consistere, nulla alta desideria concipere, neque ad habendum alas contemplandi diuina mysteria assurgere valet. Est & alia ratio, cur videlicet Domini passio recogitanda sit. Nam prima quidem facie crucis ac mortis Domini aspectus, horridus, turpis, indecorus, omnique ratione apparet destitutus, atque ob eam causam Iudæis est scandalum, Gentibus autem stultitia: at illis, qui diu recogitant, quanta insit in eo, qui Cruci est suffixus, Dei virtus, atque sapientia, agnoscent thesauros in eo delitescentes, & tanquam rem saluiferam, potentissimam, atque iocundissimam amplectuntur, quia alijs oculis beatioribus, quam his corporalibus, cernunt. Finge, obsecro, bone lector, vile, ac detritum marsupium auro, & pretiosis lapillis refertum in terra iacere: accedant ad illud, aut oues, aut boues, aut canes rationis facultate destituti: certè si in illud inciderint, visuque, aut odoratu quid sit id, inuestigauerint, non magnipendent, ut par erit, sed tanquam quid despicabile, atque contemptum abijcient: at si quis ratione præ-

Fideles Christi mortem quemadmodum cogitare debeant.

Exemplis illustratur hæc doctrina.

II. ratio, cur felicitè Domini passio recogitanda sit.

1. Cor. 1.

Ibidem.

Passio & mors Christi qualis videtur queat.

ditus in illud incurrat, prima quidem facie illud despiciet, ac paruipendet; quod si forte id curiosi⁹ perscrutetur, & aperiat, ingere profecto qui delitescerat, thesaurum inueniet, sibi; de tã felici euentu gratulabitur. Ita sanẽ mysterium Christi in Cruce acti se habet. Nam Iudæis & Gentibus oculis fidei destitutus stultum, & infirmum apparet; fidelibus verò et si in spe ciem vile appareat, & contemptum, tamen si illis diuinitus detur opes diuinã sapientiã, & charitatis in eo inclusas de tegere, atq; agnoscere, fortunatissimũ ac beatissimũ se arbitrabitur, deq; inuento thesauro immensas Deo gratiasaget. Hinc factũ est, vt omnes, qui cruci, ac morti Christi adstiterunt, magnis beneficijs ditati, ornatiq; fuerint. Nã mulieres laudantur, quod, fugietibus viris, crucis spectaculo intrefuerint; Ioannes sanctissimam Deiparã in matrem charissimã acceperit; latro, qui à dextris pendebat, confortij sui, atque confessionis, pollicitationem paradisi illo ipso die sit promeritus: Iudæi quoque videtes signa, que facta sunt, reuertuntur, percussiones pectora sua, quo tãti flagitij crimen à se depellere testantur; Centurio quoq; magnavoce exclamauit: *Verè Filius Dei erat iste*. Tu quoque si deuotus, ac religiosus crucifixi contemplator quasi spectator quidam extiteris, præmio tuo nõ fraudaberis: nam aut Paradisi certam spem concipies cum latrone, aut sanctissimã Virginem in matrem accipies cum Ioanne, aut agnitis peccatis tuis, pro quibus ille tantam ignominiam pertulit, percutes pectus tuum, & accusabis scelera tua, aut cognita Christi magnitudine, ac diuinitate, dices cum Centurione: *Verè Filius Dei erat iste*. Vt igitur tantorum, ac tam dulciũ fructuum qui ex meditata palma Crucis Christi percipiuntur, particeps fias, nullũ nõ lapidem Paulus mouet, vt frequenter hæc diuinã mysteria mediteris: quo fit, vt nihil aliud se scire iacet, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum; Euangelium Crucis non erubescat, sed dicat: *Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, insigniaque se crucis gestare sibi gloriã du-*

cat: *Ego, inquit, signata Domini Iesu in corpore meo porto*. Christus ipse Dominus per Prophetas sua crucis tormenta prædici voluit: illi vix nato prædixit Simeon, quod esset in signum, cui contradiceretur, ponendus: ipse dum viueret, modò testè sub figura Ionæ deuorati à ceto, modò sub templo diruto post triduum reedificando, modò sub similitudine grani frumenti, non rarò verò sub voce exaltationis se crucifigendum prædicabat, interdum verò apertis & exertis verbis, maxime apud discipulos, qui huius solidi cibi capaciores esse poterant. Denique clauis alligari cruci voluit, & inter duos latrones simul cruci suffixos pendere, quo crucem agnoscamus ac prædicemus: suscitatus est cum signis plagarum, quas spectandas & palpandas discipulis exhibuit: in aduentu ad iudicium, præcedet signum Filij hominis, hoc est, crux, tanquam vexillum, & signum gloriã suã: Ecclesia sancta ante omnia, Catechumenis suis signũ crucis tradit, quo se ad omnia bona opera exercenda præmuniant, & ad omnia mala declinanda, ac pericula se comparent. Meditandæ passioni tempus Quadragesimæ, sed præcipue postremas eius duas hebdomadas, in quibus Euangelistarum quatuor Passiones recitantur, atque pro concione explicantur, assignauit: in vnaquaque hebdomada diem vnum, nimirum Veneris, indicto ieiunio à principio, sed postea cum abstinentiã à carnibus, applicuit: crucis præterea memoriã in die Inventionis S. Crucis, atque Exaltationis fidelibus renouat. Sacramenta omnia, quæ passionis vim habent, signo crucis perficiuntur, sed præcipue Baptismus, qui & sepulture, & resurrectionis Domini, teste Apostolo, similitudinem gerit: Eucharistia verò, vt idẽ Apostolus inquit, mortem Domini annuntiat, Missãque sacrificium nihil est aliud, quàm iuges, ac quotidianæ Saluatoris exequiẽ, vt ait Rupertus. Septẽ horarũ Canonicarũ distributio, ad septem illa, quæ Christus illis horis passus est, referenda est. In tẽpli ingressu primũ tibi occurrit crux in edito loco posita: statimq; tibi signo crucis

Ibidem.
Luc. 2. Quibus metaphoris Christus Crucis mysteriũ indicauerit.
Matth. 12.
Ionã. 2.
Ioan. 2.
Infra 12.
Supra 3.
Infra 8. & 12.
Ioan. 20.
Matth. 24. Signum Filij hominis quale apparebit in celo.
 Meditandæ Christi passioni ac morti tempus aptissimum.
 Quam frequens vltus Crucis in Ecclesia.
Rom. 6. Baptismus quid referat, secundum Apostolum.
1. Cor. 11.
Ruper. li. 2. de diu. Officij. c. 10.

Quid Iesu in cruce animã agẽti assistẽtes fuerint cõsecuti.

Ioan. 19.

Ibidem.
Luc. 23.

Ibidem.

Matth. 27.

Quos fructus pariat diligẽs ac pia mortis Christi meditatio.

Paulus Apostolus.

1. Cor. 2.

Gal. 6.

est munienda frons. In publicis omnibus supplicationibus, ac rogationibus Crux præcedit; sicut in parentatione defunctorum, Ecclesiarum parietes, altaria, & indumenta sacra, atque vasa sacra Cruce insigniuntur. Religiones, præcipue militiã contra infideles destinatã, Crucem variã, quod inter se distinguantur, gestant. Fuit igitur diuinum consilium, his tam multis rationibus crucifixi memoriã mentibus nostris imprimere, vt quem Dominum habeamus, plenius agnosceremus, cuius infirmum fortius est, teste Apostolo, hominibus, imò etiam mundi, ac Satiã, & inferni totius potentia; gratiã de tanto existeremus beneficio, illoque ad gloriã Dei illustrandã, optatãque proximorum salutem cõparandã accenderemur; & in illã, tanquam olim in serpentem æneum, aspicientes, à venenatis omnibus antiqui serpentis moribus sanemur, ac per illã, tanquam per scalam Iacob, siue currum igneum Helix, in celũ nos deducendos speraremus. Quod si forte subeat tibi cogitatio, Christi crucem horridã, & aridã videri, nec tales fructus producere valere, meminisse te oportet, quod ex quo Christi corporis contactu sanctificata est, & sanguine eius, & lacrymis humectata, virtutem habet mirificã, vt plantata in cordibus fidelium, bonos proferre fructus valeat; nam omnis arbor bona fructus bonos facit. Dicat ergo quisque electus: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*.
 Explicauimus hæcenus verbum primum, *Recogitate*: reliqua excutienda sunt quæ sequuntur. Ac primum est relatiuum illud, *Eum*, quod refert auctorem fidei, & consummatorem Iesum, id enim præcesserat. Emphasim ergo habet, *Eum*; Qui principium est, & finis salutis nostræ; innocentissimus Dei Filius à Virgine per Spiritum sanctum conceptus, & sine dolore matris in lucem editus; ab Angelis, & pastoribus adoratus, à Magis Orientalibus mysticis muneribus cohonestus, à Simeone iusto tanquam lumen Gentium, & gloria plebis Israël celebratus,

Cur tam frequens passio nis Christi memoria in Ecclesia celebratur.

1. Cor. 1.

Num. 21.
Ioan. 3.

Gen. 28.
4. Reg. 2. Crux Christi quando primum ceperit dulcescere, ac sapere amato ribus suis.

Matth. 7.

Cant. 1.

Christi laudes, & præconia in pronome Eũ ab Apostolo insinuata.

Matth. 1.
& Luc. 1.
Infra 2.
Matth. 2.

Luc. 2.

ab Annã prophetissa commendatus, in templo cum Doctoribus disputans in admiratione habitus, à Ioanne Baptista, vt Agnus Dei tollens peccata mundi indicatus, & Messias ab eo prædicatus, à Patriarchis desideratus, à Prophetis prænuntiatus, à Sibyllis magnificatus, in vita potens in opere, & sermone, sanctitate morum illustris, signorũ editione cõspiciuus, doctrinæ prædicatione præclarus, disputandi acumine singularis, deniq; beneficentia, & iuuãdi mortales omnes studio incõparabilis, sanctusq; sanctorũ, Hæc enim omnia includit pronomen illud relatiuũ. Tertio subiungit Apostolus: *A peccatoribus*. Ingentia, grauissimaq; facinora in mundo extitere ante Christi aduentum, sed parua sunt, si ad hoc vnũ infandissimum scelus (quod dici potest Deicidium) conferantur. Nam olim Iudæi persecuti sunt Prophetas, nunc Filium: grauius est autem in Dominũ manus iniicere, quàm in seruos; nam delicta eo sunt grauiora, quod ille maior est, in quem committuntur. Cum igitur infinitæ dignitatis, ac perfectio nis Dominus sit, enorme, ac in infinitum fœdum sit, oportet aduersus eam patratum delictũ: charior namq; erat vita vnus Christi Deo, quàm vita omnium Angelorum, & hominum, atque adeo totius mundi status. Duo autem potissimũ grauitatem illius flagitij ostendunt, alterum, quod populus ille acerbissimas pœnas luerit: nam expulsus de Ierusalem, & priuatus diuitijs, atque honoribus cum summo dedecore in omnes mundi prouintias dispersus est, ac dissipatus. Et in duabus expeditionibus altera Titi, & altera Hadriani contra illũ factis, supra triginta myriades ex Iudæis, teste Eusebio, desiderati sunt: tãta fuit vis diuinę vindictę. Alterum est, quod ad hoc peccatum, tota mundi machina expalluit. Nam Sol in terras splendorem non misit suum; terra insolito motu contremuit; petrę scissæ sunt, monumenta aperta, velũ tẽpli scissum est, quasi totus mundus horreret audaciã tãti sceleris. Expẽde etiã, peccatores hiẽ dici eos, qui Dãm in crucẽ egerũt, inter omnes nãque peccatores illi sũt deteriores, qui

Ibidem.
Ioan. 1.
Luc. vlt.
Dan. 9.
 Nec si Christi indignitas, & atrocitas multis ostenditur.
 Quam chara, & preiosa Deo sit Christi vita.
 Duplici ex capite Christi cadis flagitij magnitudo ostenditur.
Euseb. li. 2. Eccle. hist. 6. 5.
Ex Iosepho de bel. Iud. lib. 5. c. 10.
Matth. 27. Deterriunt omnium peccatores qui censedi sunt.

Joan 15. nō ex fragilitate, aut ignorantia, sed ex mera malitia deliquerunt: *Quia videntur, & oderunt, inquit, & me, & Patrem meum, & communi consilio dixerunt: Hic est haeres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius.* Non ignoro quosdam extitisse, qui ex ignoratione deliquerunt, pro quibusque Christus oravit: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quid faciant:* sed nunc de illis est sermo, qui autores cedis Christi extiterunt, & sententiam mortis in illum pronuntiaverunt, qui Dominum, vel agnouerunt, vel agnoscere per depravatam mentis iudicium, cum possent ac deberent, noluerunt. Præterea inter peccatores, illorum iniurias molestius ferre solemus, in quos multa beneficia contulimus, & quibus ornandis ac ditandis munificentissimi extitimus; nam ab his ingratisimam pati, peracerbum esse solet. Talis sanè erat populus Iudeorum quibus Deus legem, & Prophetas, & tandem Filium suum miserat. Vnde conquerebatur Dominus de Iuda proditore, dicens per Prophetam: *Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, & quæ sequuntur.* Postremò illi maximi habentur peccatores, qui sub religionis, & sanctitatis prætextu, aut sub sapientiæ, & doctrinæ specie delinquant: nam vt dici solet: *Simulata sanctitas, duplex iniquitas.* Cum igitur Iesus à Sacerdotibus, Scribis, & Phariseis, qui arcem sapientiæ, & sanctimoniam tenebant, morti fuerit adiudicatus, & in Cruce ipsa ab eisdem illusus, amarulentisque ac pungentibus verbis ab eisdem prouocatus: constat, illos inauditum, atque horrendum facinus perpetrasse, ac proinde grauissimos peccatores extitisse.

Expenditur illud verbū: Aduersum semetipsum.

Quemadmodū olim Christus sit passus in membris suis.

Quartum verbum Apostoli, est: *Aduersum semetipsum.* Ne enim existimares, Christum, vt pote Regem, atque Principem in subiectis sibi populis, aut in familiaribus, & amicis suis, aut in ditionis suæ bonis, atque thesauris quicquam perpeffum, vt quandoque contingit; Apostolus declarat, non in alijs, sed in seipso, hoc est, in verè Regia, ac Filij Dei persona, quæ innume-

ris contumelijs atque tormentis dishonesta fuit. Passus est quidem Christus multa in membris suis, quemadmodum dixit ad Paulum: *Saule Saule, quid me persequeris?* Vnde & Christus occisus fuit in Abel à fratre suo Cain, quare & à Dilecto dicitur Agnus occisus ab origine mundi; irrisus fuit in Noè à filio suo Cham, immolationi expositus in Isaac, peregrinatus in Iacob; venditus in Ioseph; fugatus in Moyse, & Arone; dissectus in partes in Esaia, in Ieremia vinculis alligatus, & in puteum deiectus, cæsus in Ezechiele, in Daniele ad bestias condemnatus, in Michæa alapsis percussus, in Prophetis lapidibus obrutus, & contumeliosas persecutiones perpeffus: sed iam tempus erat, vt non in membris suis, sed in seipso Dominus gloriæ pateretur. Vnde per Esaia inquit: *Ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo, & per Dauidem, Quæ non rapui, tunc exolebam, & Petrus, Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Quintò expendendum potissimum verbum quod sequitur: *Talem sustinuit contradictionem,* cur passio Domini vocata sit contradictio, & cur talis. Contradictio igitur quæ Græcè dicta est ἀντιλογία, propriè significat altercationem, seu controuersiam, in qua quod vnus affirmat, alter negat, & respondendo opponit; aut quod alter negat, alter resellendo affirmat, in contrarium ratiocinando: & propriè quis sibi contradicit, quando contraria affirmat. Meritò autem Simeon prædixit de Christo: *Ecce posita est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in israel, & in signum cui contradicetur;* Et Dauid dixit: *Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput Gentium.* Nam Christus non tantum dum vixit, sed etiam antequam in mundum veniret, contradictiones passus est. In cælo enim illi contradixit dæmon præ inuidia, impedire volens incarnationis mysterium. Conditis Adæ & Heuæ liuidus opposuit se, & illos in peccatum pertraxit, quo Verbum carnem ex peccatoribus profectam, ac decisam non assumeret. Conatus est extinguere om-

Act. 9.

Gen. 4. Apocal. 13. Gen. 9. Infra 22. Infra 32. Infra 37. Num. 16.

Jerem. 37. Dan. vlt. 2. Par. 18.

Esa. 46. Psal. 68. 1. Pet. 2. & Esa. 53. In illud: Talem sustinuit contradictionem.

Quid sit propriè contradictio.

Luc. 2.

Psal. 17.

Quot, quætas que Christus sustinuerit contradictiones.

Esa. 14. Gen. 3.

Exod. 1. Gen. 12. & 18. & infra. 26. Act. 8. Matth. 2. Infr. 4. Luc. 5. Matth. 13. Ioan. 6. Matth. 13. Ioan. 7. Mar. 3. Ioan. 7. Supr. 1. Infr. 7. Infr. 8. Matth. 13. Ioan. 10. Supr. 11. Ibidem. Matth. 11. Ioan. 8. Matth. 9. Luc. 7.

nes filios Israel per Pharaonem legem ferens: *Si masculus fuerit, interficite eum, si femina, reseruate;* ne semen benedictum ex familia Abraham promissum, venire possit. Aduersatus etiam est, multos pseudo-christos, & falsos Prophetas, qui se pro Christo vendebant, mittens, vt Theudam, ac Iudam Galilæum, quod verus ignoraretur Messias. Contradixit illi vix nato, dum per Herodem eum ad mortem quæsiuit, & in Ægyptum exulare coëgit. Contradixit illi per se ipsum in deserto, triplici illum tentationis telo aggrediens; Contradixit & per suos, qui illi obieiebant: *Medice, cura te ipsum: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patriatua.* Contradictum est illi in genere, & patris vilitas obiecta: *Nōne hic est fabri filius?* In matre contempta, *Nonne mater eius dicitur Maria?* In fratribus, qui non credebant in eum, imò voluerunt eum tenere, & ligare, dicebant enim, *Quia in furorem versus est: & ad gloriam, pompamque adhorabat, dicentes, Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis.* Nemo quippe in occulto quid facit, & quarit ipse in palam esse. Obiecerunt patriæ ignobilitatem, dicentes, *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Detraxerunt prouintiam, in qua coceptus est, & versatus: *Scrutare Scripturas, & vide, quia à Galilea Propheta non surgit.* Vocarunt eum Samaritanum, quasi non bene Iudaizantem. Despexerunt doctrinam: *Vnde, inquit, huic sapientia hæc, & virtutes?* Et, *Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis?* Damnarunt eius vitam vt vitiosam: *Scimus quia hic homo peccator est.* Religionem eius in calumniam rapuerunt, dicentes, *Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit.* Eius mores, & temperantiam reprobauerunt: *Ecce, inquit, homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus.* Immodestiam, & arrogantiam illum damnarunt, obieiebant, *Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.* Conuitiati sunt eius conuersationi, dicentes, *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester?* Eius benignitatem, & misericordiam in con-

donandis peccatis blasphemauerunt, dicentes, *Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* Diuinitatis usurpationem illi tribuerunt, opposites; *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum.* Autoritatem prædicandi in dubiū reuocarunt; obieicientes, *In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem?* Eius signa Satanæ tribuerunt; dū dicebant, *Hic non eicit dæmones nisi in Beelzebub Principe dæmoniorum.* Tentabant eius potentiam, dum peterent signa de cælo; eius sapientiam, quando volebant eum capere in sermone; interrogantes vel de censu dando Cæsari, vel de magno mandato legis; eius clementiam, & pietatem, dum mulierem adulteram in eius conspectum adduxerunt, & dixerunt, *Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare: Tu ergo quid dicis?* Obiecerunt illi minus sanctam discipulorum suorum vitam, & conuersationem, aientes: *Quare nos, & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* Accusaruntque illos, quod violarent traditiones seniorum. Eos, qui salutis beneficia ab ipso acceperunt, insectari sunt: nam & paralyticum ad piscinam sanatum, sicut & cæcum natum ad sanitatem restitutum, multis modis exagitarunt, Lazarumque à se ad vitam suscitatum interficere cogitarunt. Auditorum, qui in eum credebant, vilitatem condemnabant, cum aiebant, *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex phariseis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Confitentes eum, eiusque doctrinam tuentes, excommunicationis macrone feriebant; *Iam enim, inquit Euangelista, conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra Synagoga fieret.* Honorificis laudibus in die Palmæ à populo sibi exhibitis reclamauerunt, dicendo; *Audis quid isti dicunt? Iam verò vt ad passionem accedamus, grauissimas in ea, contumeliosasque pertulit contradictiones; vt meritò tota hæc contradictio vocari possit, sicut vocata est ab Apostolo. Nihil enim Dominus fecit, aut*

Ioan. 10.

Matth. 21.

Supr. 12.

Ibidem. Infr. 16.

Infr. 23. Ibidem.

Ioan. 8.

Leuit. 20.

Matth. 9.

Infr. 15.

Ioan. 5. Infr. 9. & seq. Infr. 12.

Supr. 7.

Ioan. 9.

Matth. 21.

Christus Dominus in passione quætas pertulerit contradictiones.

Matth. 26. de se dixit, aut interrogatus respondit, aut tacuit, quod non sit in calumniam, & contradictionem raptum, & in sinistram partem interpretatū ac detortū. Nam ut missam faciam Apostolorū fugam, quæ Dominū grauiter affixit, in domo Annæ interrogatus de doctrina, & de discipulis, cum aperte, & blandè dixisset: *Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo, quod omnes Iudæi conueniant, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas?* Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego; vnus ministrorum omnium impudentissimus alapam intulit Iesu, dicens, *Sic respondes Pontifici?* Et dum sisteretur Caiphæ, & ab eo adiuraretur, ut se proderet, si esset Christus, respondit: *Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, amodò videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli,* responderunt illi vniuersi, contradicentes, *Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiam.*

Luc. 22. Iterum mane dum in Concilium ipsorum adductus interrogatus esset: *Sit tu es Christus, dic nobis:* & respondisset, *Si vobis dixerò, non credetis mihi: si autem interrogauerò, non respondebitis mihi, neque dimittetis:* tunc confirmarunt sententiam mortis in illū. In domo Pilati graues, & verbo, & factò sustinuit contradictiones, dum malefactor, & vsurpator regij tituli est insimulatus. In domo Herodis constanter est à Senioribus accusatus; & de silentio reprobatus, & tanquam stultus candida tunica indutus, ac ad Pilatum remissus: vbi iterum magnis clamoribus, & falsis testibus contra illum est actum, flagellis, & spinea corona, & purpureo vestimento in signum, cui ab omnibus contradicebatur, est examinatus, ostensus, denique in cruce acerbis, & furibundis verbis illi insultarunt, dicentes; *Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud readificas, salua te metipsum: si Filius Dei es, descende de cruce.* Cum diceret; *Eli, eli, lamma zabaethani?* contradixerunt, dicentes; *Eliam vocat iste.* Cumque diceret, *Sirio,* exhibitum est illi acetum. Ut intel-

ligere valeas, Christum omnia, quæ tum in verbis, tum in factis sita sunt, contradictionum genera expertū fuisse. His adiunge, in nulla re magis Euāgelica homines impegisse, quàm in hoc articulo mortis, & crucis Christi, quam Apostoli prædicante illam Domino non intelligebant, ut testatur Lucas; imò illam impedire voluit Petrus, cum dixit, *Absit à te Domine: non erit tibi hoc.* Iudæi illi aduersati sunt, vnde dixerunt; *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in eternū, & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis?* Vbi verò per Apostolos prædicatus est Christus crucifixus, mundus opposuit se, & iudicatus est à Iudæis quidem scandalum, à Gentibus verò stultitia; vnde Iudæi Romæ commorantes. Paulo dixerunt; *De secta hac notum est nobis, quia vbiq; ei contradicitur.* Nos etiam etiam Christum nosse nos ore confiteamur, factis tamen illi contradicimus, dum aliam viam ab ea, quam Christus ex cruce Cathedra docuit, ingredimur; vitamque talem instituimus, ac si discipuli essemus Epicuri, aut Mahometi, honores, diuitias, ac carnis delicias ardentioribus animis, quàm Iudæi, & Pagani consecrantes. Ira vt nulli magis cruci Christi contradicant, ac repugnent, quàm illi ipsi, qui Christianam religionem colunt, ac profitentur; cum tamen non sit feruus supra dominum suum, nec discipulus supra magistrum, nec deceat sub capite spinoso esse membra delicata.

Tertiò dici posset, Cōtradictionem quandam prima facie continere, atque implicare Christi passionem; dū Deus, qui immortalis est, morti sit obnoxio, impassibilis patitur, virtus illa omnipotens debilitatur, sapientia in sanire, & infatuari visa est, bonitas ei⁹ maledictis exponi, gloria deturpari, pulchritudo deformari, perfectio deficere; cū tamē hæc omnia ob duas naturas humanā, & diuinā impermistas, & sua quæq; munia exercentē, verissima sint, & omni cōtradictione careat, si diligēt⁹ inspicimus. Ad hæc cōtradictio mors Christi rectè nominari potest: quia

Nihil magis perturbauit, & offendit, ac mysteriū crucis. **Luc. 18.**

Matth. 16.

Ioan. 12.

Psal. 88. & 109. & 126.

1. Cor. 1;

Act. vlt.

Tim. I.

Acerrimi omnium crucis Christi aduersarij qui sint Iudæi di.

Matth. 10.

II. ratio.

Quomodo verū sit; Dæmini passionem quandā esse contradictionem.

III. ratio.

lignum

lignū infamiae, instrumentū honorificauit, mortē ipsam viuificauit, maledicta in benedictionē cōuertit; paupertatē ditauit, infirmitatem corroborauit, impropria optabilia reddidit; amara quæque, & acerba indulcauit. Nam vt Dominus imposito ligno, vt Hebræi tradunt, aloës in aquas Maræ, eas dulces ac potabiles reddidit; ita postquam Christus aquas tribulationum, & crucis tormenta sustinuit, omnia nobis dulcia reddidit, & amabilia; ita vt mors eius viuificet, vulnera eius sanēt, sanguis lauet, vincula soluant, luctus risum generet, dolor præstet gaudium, sitis inebriet, nuditas vestiatur, & emissio spiritus nobis vitam spirituale immittat. Præterea cōtradictio videtur, quod dæmon autor, & procurator huius mortis, hinc sollicitaret vt fieret dicendo per organa sua: *Tolle, tolle, crucifige eum:* inde verò per vxorem Pilati, vt beatus exponit Ignatius, impedire conabatur. Proditor qui vili pretio Christum vendiderat, contradixit sibi, dicens: *Peccauit, tradens sanguinem iustum.* Pilatus iudex, qui sciebat quod per inuidiam sibi eum tradissent Iudæi, & eius innocentiam declarauit, dicens: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis;* sibi met contradixit, dum eum Cæsaris metū morti addixit. Herodes illiuit eum, & vt sibi contradiceret, veste alba, in signum innocentie, indutum remisit. Lattro, qui prius blasphemabat, postea eius innocentie atque iusticie aduocatus & defensor est factus; rectè sibi contradicens. Centurio, qui per milites crucifixerat, eumq; in cruce seruabat, exclamauit: *Verè Filius Dei erat ipse; & Verè, hic homo iustus erat.* Turba etiam, quæ ad spectaculum conuenerat, & fortè in necem Domini consenserat, visis signis, quæ sub mortem eius acciderunt, salubriter sibi contradixit, percutiens pectora sua. Amplius, vt omnes peccatores Christo crucifixo contradixerunt; quorum tamen peccata Christus in cruce expiauit; ita ipse de cruce omnibus contradicit: superbis quidē, caput inclinando; iracundis dicendo: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt:* inuidis, cor ex charitate ape-

ariendo aris, extendendo manus; gula, fel gestando; luxuriæ deditis, corpus flagellis exponendo; otiosis & pigritia torpentibus, sanguinem sudando; hypocritis, seipsum nudum exhibendo; inconstantibus, pedes ligno configendos exhibendo. Deniq; Christus sensui nostro, prudentiæ, ac motibus carnis contradicit omnibus.

Addit, *Talem,* non explicando illā, quoniam neque verbis exprimi, neq; cogitatione concipi potest. Nam si ad ea, quæ passus est, oculos mētis erigas, syluam tormentorum inuenies, & suo quoduis membrum ac sensum peculiarī dolore affectum. In capite enim coronam spineam, & ictus arundinis perpeffus est, in facie sputa, in genis alapas, in barba vellicationes, in lingua siccitatem, in collo colaphos, & funis alligaturam, in humeris onerosum crucis pondus, in brachijs violentam extensionem, in manibus & pedibus clauos, in latere perfossionem, toto in corpore durissimam flagellationem, ac nuditatem; in ossibus, visceribus, venis, ac neruis dilatationem rigidam; vt ossa possent enumerari, in membris vitalibus omnimodam sanguinis effusionem, atque adeò summā, & incredibilem ariditatem. Si sensus, ac facultates explores, erit & ampla contemplandi materia. Nam in oculis sustinuit lacrymas; velamē, quo tectus fuit, & matris charissimæ, aliorumq; amicorum præsentiam: in auribus, blasphemias, irrisiones, atque insultationes: in naribus sputorum foetore, ac loci Caluarie pedorem: in gustu amaritudinem fellis, atque aceti: in tactu; totius corporis lacerationem; in anima, tristitiam, mortisque amaritudinem. Si verò eos, à quibus est tam dirè tractatus; enumeres, vniuersos in illum insurrexisse inuenies. Contradixit enim illi Pilatus vices Imperatoris agens, qui in illum sententiam mortis protulit; Herodes, qui spreuit illum, ac illiuit vt stultum cum exercitu suo; Annas, & Caiphasque Pontifices; qui illum dignum morte in tribunali spirituali iudicarunt tanquam blasphemum; Scribæ & Pharisei, qui illi insidias tetenderunt, & causam

Expenditur verbū illud Talem.

Quæ Christi in singulis passus sit membris.

Quid in sensibus internis & externis sit. Dñs passus.

A quib⁹ passus sit Christus.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Matth. 26.

Ibidem.

contra

Luc. 23.
Ioan. 18.
& 19.
Ibidem.
Ibidem.
Luc. 23.
Matth. 26.
Ibidem.
Ibidem.
Ioan. 19.
Matth. 27.
Psal. 21.

Ioan. 11.

Matth. 27.

Contradictio
nem talē cur
Christus to-
lerare volue-
rit.

Matth. 19.

II. ratio.

contra eum vt aduocati egerunt, ministri, qui alapis eum, & colaphis percusserunt; militum cohors, quæ illum comprehendit, flagellisq; & spinea corona torserunt; turba, quæ clamauit, Tolle, tolle, crucifige eum; latrones, qui ex cruce illi improperabant; Apostoli, qui eum deseruerunt; Iudas, qui eum prodidit; Petrus, qui eum ter abiurauit, mater sanctissima, quæ conspectu suo grauiora sua reddebat tormenta; Pater æternus, qui eam videtur dereliquisse, vt ipse sua voce testatus est Christus, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Spiritus sanctus, qui per os Caiphæ dixerat; Expedi vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, atque adeo ipsemet sibi contradixisse, ac defuisse videtur, qui ne vno quidē verbo pro se tuendo vt voluit, ita vt miraretur præses vehementer. Atque ita si rectam rationem ducas, inuenies non tantum homines, sed etiam Deum ipsum, Gentiles, ac Iudæos, mares, ac fœminas, Principes ac subditos, Ecclesiasticos, ac seculares, dominos ac seruos, literatos, atq; idiotas, incognitos ac notos, homines tū bonos, tū malos habitos, dæmones ignem excitates, & Angelos quodammodo non subuenientes, aut illi nō ministrantes soli Christo contradixisse, atque aduersatos fuisse. Hæc enim omnia, & plura, & maiora continet illud verbum, Talem contradictionē. Quā Christus magnis de causis sustinuit, tū vt se Deum verum, ac Dei Filium esse comprobaret. Dicebant enim Iudæi perfidi, Nos legem habemus, & secundū legem debet mori, quia Filium Dei se fecit. Si ergo Deus non fuisset, vt ipse se esse prædicabat, profectō omnium hominum arrogantissimus fuisset, atque superbissimus, eiusque arrogantia illam vicisset Luciferi: at hominē tam superbū, suæq; amantē gloriæ, ac diuinitatem sibi vsurpātem, impossibile erat spontē, tanta patientia, & charitate, qualem ipse exhibuit, mortē sustinere. Rursus si Deus est iustus, vt est, & innocentē hominem non punit: cū Christus crucis morte sit extinctus, si pro nostris debitis expiādis mortuus non esset, aut Christus nocē-

tissimus fuit, quem tanto supplicio affecit, aut Deus plectens innocentē, in iustus fuisset: quorum neutrum affirmari potest, asserentibus Scripturis Deum iustum, & Christi iustitiam prædicantibus; præter iudicem, atque eius vxorem, & proditorem Iudam, qui eius innocentia sunt attestati: Deus ergo verus erat. Adhæc si maiorem dilectionem nemo habet, quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis, ipseque hunc gradum charitatis superauit pro inimicis qui actu persequebantur moriendo, plusquam homo fuit, ac proinde Deus, cuius diuinitati miracula tū de cœlo, tū de terra attestata sunt, in super tanta pati voluit, vt docet Bernardus, ne vlli essent homines ingrati, cū se conspicerent tanta beneficiorum multitudine obrutos, si considerent tanta flagella, opprobria, cruciatus, & vulnera, quæ amoris cuiusdam eximij, atque singularis sunt symbola, pro se à Deo tolerata, ac proinde animi ingrati maculam à se depellerent, tantisque donis Dei existerent grati. Quintō, docere nos voluit Deus in Christo, quanta sint flagella, quæ manent impios, & peccatores. Nam si ita flagellatur patientissimus Iob, qui in omnibus, quæ locutus est, non peccauit labijs suis: si ille, quo inter natos mulierū non surrexit maior, tali morte ingressus est viam vniuersæ carnis: si ita affligitur innocentissimus Dei Filius, qui peccatum non fecit, & in quo solo Pater sibi bene com placuit: quid futurum putamus de damnatis, qui se ipsos ad gehennæ ignem inextinguibilem comparant? Docentur & Martyres nullis, quantumuis magnis, & horrendis supplicijs terreri, aut à via iustitiæ declinare: sperantes quod in Christo omnia vincunt tormenta, præcipitia, ignes, feruentis olei dolia, cruces, equuleos, immanissimasque bestias, nam de his omnibus triūphauit Christus in suis Martyribus. Docemur & nos cū à Deo flagellamur in hac vita, ne metam illi aut temporis, aut verberum, aut qualitatis tormentorum præscribamus: nam illi est cura de nobis,

Matth. 27.
Ibidem.

III. ratio.
Ioan. 15.

Matth. 27.

III. ratio.
Bernardus.

V. ratio.

Matth. 11.

Esa. 53.
1. Pet. 2.
1. Ioan. 3.
Matth. 17.

Documenta.

1. Pet. 5.

Psal. 79.

VI. ratio.

Deo tamen
remuneret
vltra cōdig-
num, punit
tamen citra
condignum.
Heb. 4.

Virg. 4.
Æneid.

Christi pas-
sio qua ratio
ne à nobis
recogitanda
sit, atque me-
ditanda cū
fructu.
I. modus.
2. Tim. 2.
Matth. 27.

II. modus.

III. modus.

& vt clementissimus pater neminem supra vires eius flagellat, & non dat potum lacrymarum nisi in mensura. Nam ob hanc causam Christus sine vlla mensura, & sine vilo modo flagellis, & tormentis fuit expositus. Postremo voluit Dominus tam acerba, & ignominiosa sustinere, vt qui iudex factus est à Pilato, Herode, & Pontificibus, vt eum aduenerit dies iudicij, omnes nostras miseras, atque dolores ipse experientia degustauerit, & tardior in puniendo, atque lenior fiat. Nam vt sacri docent Theologi, vindicta erit omnis citra condignum. Vt enim ait Apostolus, Non habemus Pontificem, qui nō possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Scimus enim, homines experientia de ærumnis, & doloribus edoctos multo esse ad commiserationis affectum promptiores: hinc illa dixit: Nō ignora mali, miseris succurrere disco. Sequitur in proposita Apostoli sententia: Vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. Ad multos fructus recogitanda est Domini passio oculis fidei considerata. Primō, vt cogitantes Christum summa nobis dilectione coniunctum, illi compatiāmur, eiusque dolores, ac vulnera nostris cordibus sentiamus: nam si sustinebimus, & conregnabimus, ne simus duriores elementis, & inanimatis rebus, quæ luctum, & doloris sensum in Christi morte testatæ sunt. A cū ille in nobis aduersa sustinentibus patitur, vt caput in membris; ita illo patiente, æquum est, vt & nos, si caput nostrum diligimus, eius incommoda, & molestias sentiamus. Sed de hac re fusius infra. Deinde potest salubriter recogitari, vt Dei sapientiā contemplemur, qui antidotum, & salutiferum pharmacum peccatorum nostrorum morbis excogitauit, contraria contrarijs curando. Tertio, cum fructu meditamur Passionem Domini; si consideremus Dei Patris lenitatem, ac bonitatem, tam dira Filium suum perpeti sustinentem, ipsumque Christū, Dei virtutem, qui vno verbo, aut nutu vniuersos suos hostes in barathrū demer-

gere poterat sempiternum; & tamen voluisse illis parcere, tanquam Pater phrenesi laborantibus filijs, & in se manus iniicientibus; quod mansuetudinis suæ, ac patientiæ documenta mūdo splendescerent, atque ita in Christo erudiamur, quanta benignitate, ac mititate Deus nobiscum grauissimis delictis ipsum offendētib; agat. Quarto utilis est meditatio passionis, si cogitemus quid in singulis iniurijs, & tormentis nobis promeruerit. Eius enim merita nostra sunt, qui illum per baptismum induimus: vnde & cū illo omnia nobis donata sunt, vt ait Paulus. Feliciusque nobis actum est quod ille in se pro nobis sustinuerit, quā si ipsumet in nobis ipsis illa eadem tormenta tulissemus. Nam in illo infinitæ virtutis extiterunt ad expianda peccata, Satanæque iugum à nobis excutendum, æternumque beatæ vitæ regnum promerendum: at hæc vix meriti alicuius rationem in nobis haberent. Quid enim promereri valeat apud Regem inimicus, eius qui grauitur eum offendit? Hæc autem cogitatio iocundissima est, si quis illi fidem adiungat, vt se vnum cum Christo agnoscat, ac proinde bonorū suorum participem. Adhæc non potest esse non fructuosa passionis meditatio, si in singulis tormentis, & iniurijs Domino illatis, non tam Iudæos, aut milites, quā nos ipsos, nostraque flagitia, quæ contra illū perpetravimus, passionisque causam illi præbuerunt, serio, ac diligenter consideremus: tunc enim non alijs, quā nobis ipsis indignabimur, nosque ipsos fletu, ac lacrymis prosequemur, quæ pretiosi sunt Dominicæ passionis fructus. Denique illa est per omnia salutaris atque utilis recogitatio, qua Domini passionem in exemplar, ac documentum vitæ nostræ honestius traducendæ assumimus, atque rationē patienter perferendi aduersa quæque ac molesta, addiscimus: huncque fructum tanquam præcipuum & singularem frequenter Apostoli ante oculos nobis obijciunt, & præfertim in his verbis, dicendo; Vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. Omnes enim mundi tentationes, & Satanæ explo-

III. modus.

Rom. 8.

V. modus.

Pretiosi Do-
minicæ pas-
sionis fructus
qui sint.
VI. modus.

Exod. 25. Act. 7. Heb. 8. Explicatur hac verba: Vt ne fatige mini animis vestris deficientes.

Philip. 2. Documētū.

Quid est: Nō dum enim vī que ad sanguinem restitit, aduersus peccatū repugnātes. Heb. 10.

rantis impulsiones, carnisque incommoda forti animo tolerantur, si ad Christi mortem inspicimus iuxta illud: *inspice, & fac secundū exemplar quod tibi in monte* (Caluarie scilicet) *monstratum est.* Re. Et ergo addit, *Vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Expende verbum, *Animis:* Etenim quandoque contigit corpus concidere, aut carnem labascere; quod tamen caro est infirmior, eō debet esse animus infra- &ior, & fides solidior, & Spiritus vegetior: quemadmodum Christus constantissimus extitit Evangelicæ veritatis assertor, atque Diuinæ gloriæ vindicator acerrimus, permanens in obedientia Patris vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quo exemplo nos inuitamur à Paulo, vt constantes in Fidei certamine permaneamus, & ad vltimum vsque vitæ spiritum in propugnanda veritate perseueremus. Postremò adiungit: *Nondum enim vsque ad sanguinem restitit, aduersus peccatum repugnantes.* Id est: Etsi hætenus passus sitis cum gaudio rapinam bo-

norum vestrorum; nondum tamen ad hanc gloriā peruenistis, vt peccato ad malū sollicitati resisteretis etiam ipso sanguine fuso. Nā ante superatā mortem non dum sumus emeriti milites: Et in hanc pugnam contra peccatum non potuit Christus descendere, qui purus erat, ac innocens; sed nos egeamus, vt per tribulationes destruat corpus peccati. Siue igitur nomine peccati veniant Satanas ad peccatum impellens, siue fomes, internaque concupiscentia blandē ad impura quæque alliciens, siue mundus ex peccatoribus constatus, qui nos à Christi fide, & charitatis iustitia nunc minis, nunc blanditijs, nunc prosperis, nunc aduersis inflectere conatur, fortiter à nobis est repellendus, & cū omnibus suis thesauris, delicijs, atque splendoribus cōtemnendus propter Christum; & hunc crucifixum, qui in immensum omnia regna mundi, opes, atque honorificos titulos, etiam in cruce positus superare dignoscitur: Ipsi honor, gloria, & imperiū in seculis sempiternis. Amen.

Rem. 6.

Variæ corporis peccati acceptiones.



TRACTATUS II.

De meditando mortis Christi causis; & in quo, nū illa necessaria omnino extiterit, an voluntaria, differitur.

Viatorū ingenium.

2. Reg. 2.

Infr. 20.

MORIS est, vt viatores, qui festino, ac concito gradu, in aliquem se volunt locū recipere, vt si in via insolens, & inusitatum aliquid contigerit, tandiu moram trahere cogantur, donec causas, ac rationes eius euenti penitus exploratas, & compertas habere possint. Hinc Aſaē fratre Ioab, ab Abner interfecto, omnes qui transibant per locum, in quo ceciderat, subsistebant: vt habes in secundo libro Regum. Amasa quoque per fraudem à Ioab extincto, sanguineque confuso, in via om-

nis populus ad videndum eum consistebat: donec de media via in agrum sublatus est, vt in eodē libro traditur. In hac igitur Christi morte; quæ, quod attinet ad Iudæos, proditoria fuit, ac fraudulenta; quod ad Christum verò spectat, amoris, obedientiæ, atque patientiæ plena fuit; quantum ad signa verò, quæ in ea peracta sunt, admirabilis atque stupenda extitit; ex parte verò nostra, si cum fide eam meditemur, singulares, atque copiosos fructus nobis ex ea colligendos porrigat, paullisper sistendū est, cædisque huius causæ,

Varij mortis Christi respectus.

ratio-

Thren. 1.

1. Cor. 1.

Ordo huius tractationis.

Omnium, ac singulorū operū Dei ars & sapientia qualis & quāta sit.

Themistius in 2. de Anima.

Eorum quæ scimus maxima pars, est minima eorum quæ ignoramus, auctore Themistio. Eccles. 43.

1. Cor. 2.

Esai. 53.

Ioan. 12.

rationesque diligentius inuestigandæ sunt, atque inspiciendæ. Nam & ita olim desolata Ierofolyma, voce gemebunda, ac querula dicebat per Prophetam; *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus;* Et Paulus dum Christum crucifixū asserit Iudæis esse scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis verò vocatis, Iudæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam; tacite inuitat nos, vt tantæ rei causas tam varias, atque diuersas inquiramus, illasque attentius perscrutemur. Dicemus igitur in primis quæ fuerint causæ, quæ Christum ad mortem crucis adegerunt, & num voluntaria, an necessaria extiterit; deinde obiectiones omnes, siue quæ à Iudæis, siue quæ à Gentibus fiunt, vt Christi Filij Dei mortem ostendant aut impossibilem, aut absurdam, aut cū ratione minimè coniunctā, refellemus, disoluemusque; tertio loco fructus passionis Christi explicabimus, illosque ab scrupulis rationibusque, quæ in eos fieri possunt, vindicabimus.

Ad primum igitur perspicacius inuendendum, duximus præmittendū, omnia opera Dei, etiam naturalia vel minima, tantam artem, & sapientiā Dei in se continere, vt omnium hominum intelligentias in admirationem rapiant; cū ea quæ scimus, sint minima pars eorum quæ ignoramus, vt insignis quidam tradidit Philosophus. Imò in his ipsis creaturis, in quibus periti videmur, & sapientes, plura sunt quæ nos latent, quæ sint quæ scientia comprehensa habemus. Vnde Iesus filius Sirach postquā multa de cælis, & elementis atque iride philosophatus fuerat, subdit: *Multa abscondita sunt maioribus, pauca enim vidimus operum eius:* Si igitur hoc verum est de operibus naturæ, quid de operibus gratiæ, & redemptionis dicendum, quæ nulla ratione comprehendi, aut intelligi valent, ac reuelata vix percipiuntur, cū absurda, stulta, & præter rationem ab homine animali, qui non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, iudicentur. Vnde per Prophetam dictum est; *Quis credidit auditui nostro? Et brachium Do-*

mini cui reuelatum est? Est enim tantus bonitatis, ac misericordiæ Dei splendor, tantumque voluit in benevolentia, charitateque abundare, vt ferè nobis eripuerit fidem eorum, quæ credenda traduntur: tantaque est gloria Filij Dei in cruce acti, vt ne cum Iudæis, & Gentibus tanto splendore acies nostra obtundatur, atque excæcemur; opus habeamus velū fidei petere à Deo, quod oculi intellectus nostri suffulti, hanc tantā lucis claritatem cū fructu, & iocunditate spectare valeamus: quemadmodū in cælo lumine gloriæ corroboratus intellectus, potest Dei essentiā, & lucē illam inaccessam intueri, & ad perpetuā beatitudinis participandæ gloriā cernere. Vt enim nō expedit ferrū candens, & ignitum manu nuda tangere, ne contingat nos cū dolore comburi, sed forcipe est tenenda, atque versanda ferri massa; ita Christi Humanitatem per Diuinitatis confortium, & inhabitationē (vt sic dicam) deificatā, ratione nuda (nisi forcipe fidei sit protecta) attingere non debemus. Orāmus est igitur Deus à nobis cū Propheta: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernaculo tua.* Fides enim, quæ lux est spiritus, & veritas illum stabiliens, necessaria est ad hoc, vt quis in montem Caluarie sanctam, ex quo ad omnes homines sanctificandos procedit sanctitas, ad speculandum tantū mysterium accedamus. Intellectus igitur noster luce fidei, atque diuinæ sapientiæ illustratus, eō peruenire potest; vt non solum sine scandalo, vel stultitia, aut deformitate aliqua, siue absurditate, aut rationis congruentiā, vt sic loquar, mortem intelligat Christum acerbissimam, atque turpissimam fuisse perpeffum; verum etiam cum maximo suæ sapientiæ decoro, pulchritudine, autoritatisque suæ, ac dignitatis ratione conseruata. His igitur præmissis, iam causas mortis Christi explicabimus, & quibusdam sub certo numero comprehensis veritatibus expediemus.

Sit ergo prima veritas: Si Adamum cum tota posteritate peccantē, æterna

Diutnæ bonitatis affluētia.

Quo lumine intellectus creatus Diuinam possit essentiam intueri.

Christi item Humanitas quo tantum lumine possit à nobis apprehendi.

Psal. 42.

Fides lux est spiritus.

Intellectus noster ad causam mortis Christi notitiam quibus præsidijs perueniat.

De causis Christi mortis prima propositio hæc ostenditur: Ad eiusque posteritatis peccantis æterna damnatio si acciderat, Deo inconueniens minimè fuisset.

damnationi adiudicasset Deus, ipsi Deo in cōueniens minimè fuisse, nec iniustum quicquam fecisset; cū damnare peccatorem, ac punire, opus sit iustitiæ vindicantis, nec in eo quicquam clementiæ suæ, ac misericordiæ contrarium admisisset. Quod Scriptura ipsa ratione, atque exemplo clarum, & apertum addimus. Scriptura, siquidem in libro Sapientiæ dicitur: *Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? Aut quis in conspectum tuum veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti? Non enim est alius Deus, quam tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas, quoniam non iniuste iudicas iudicium.* Paulus quoque ait: *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; Et infra: Ergo cui vult, miseretur: & quem vult, indurat.* Ratio etiam idem docet. Quia cū sit summus rector, superior iudicem, cui rationem reddere debeat, non habet, & suum ipsius factum ipsissimum est ius, voluntasque sua omnium est regula, vt non possit, aut nō velit efficere quicquam, quod non sit cum summa æquitate, & iustitia coniunctum. Nam vt in eodem loco Sapientiæ dicitur: *Quum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas. & exterum æstimas à tua virtute.* Si ergo iustum sine iniustitia damnare potest: multo magis eum, qui peccauit, Exempli quoque huic rei confirmandæ adhiberi possunt. Nam Angeli, qui ceciderunt, non tamen sunt subleuati, aut reparati, sed in ignem æternū detrusi, & in hunc aërem caliginosum deiecti, vt ad tempus nos exercent. Idem etiam probat eorum hominum impiorum, qui ad mortē vsque in impietate perseuerarunt sua, documentum, quos Deus iusto iudicio, & sine aliqua suæ misericordiæ violatione, gehennam ignis æterni mittit cruciandos. Adhæc cū Deus hominem cōdiderit in gloriam suam, vt videlicet in eo glorificetur: hinc est, vt siue homo factus vas misericordiæ seruetur, siue factus vas iræ pereat, in ipso Dei gloria illustretur: nec plus in miseri-

cordia, quàm in iustitia, quia vtraque est infinita: quare ipse gloriæ iacturam non potest facere, tamen creatura ratione prædita à gloria sibi preparata excidat. Nihil ergo Deo fuisset detractū, si omnes homines periissent.

Sit secunda veritas: Potuit Deus hominem iniustum, & peccatorem alia ratione, quàm passione Christi per meram gratiam, & misericordiam suā liberare: quod si fecisset, modus fuisset conueniens, diuinamque iustitiam minimè dedecens, nec in hoc suæ iustitiæ vullo modo extitisset iniurius: Tūm quia iustitia ad seipsum non est propriè, sed ad alterum, vt eius habet notio; tūm quia Deus non potest fieri alteri debitor, qui superiorem nō habet, & iniuriam vllam in hoc diabolo non fecisset, quia non erat dominus animarum, sed purus licitor, & carceris custos: tūm denique, quia ipse est dominus vitæ, ac mortis. Nam vt Rex, qui nulli aut reipublicæ, aut superiori est subiectus, maleficum potest pro voluntate sua liberare, aut sola sua gratia, & clementia, aut accepta compensatione alterius pro eo soluentis, aut amici precantis interpellatione; ita Deus, qui summa libertate fruatur, neminique tanquam superiori quicquam debet, multo magis præstare potest. Talis tamen liberatio ex mera misericordia profecta, emptio, vel redemptio, vel satisfactio, vel meritum dici nō possit, & ex ea aliquod inordinatū, ac præposterū in vniuerso minimè sequeretur, si peccatum Deus inultū dimitteret: siquidem peccatum sua adfert secū supplicia, dū viuunt. Nā auertit creaturā à vero Deo, ac beato sine, cruciat conscientia, timoremque incutit gehennæ, suoque pondere ad aliud trahit. Verū hæc omnia cessant, si à Deo remittatur. Quod si obijcias, Deus contra suam iustitiam nihil efficere potest: quia iustus Dominus, & iustitias dilexit; æquitatemque vidit vultus eius: cū igitur seipsum negare non valeat, & reatus pœnæ indiuisibile sit annexus culpæ, citra satisfactionē culpā remittere nequit. Respondemus, quod etsi necessariū sit, peccantem pu-

II. propositio: Aliter Deū potuisse genus humanum redimere, & quidem conuenienter, quā fecit, triplici ratione. Iustitia ad quem sit verè.

Qualis ea liberatio fuisset generis humani.

Cur peccatū sua adfert secū supplicia dū viuunt.

Quomodo Deus culpā citra satisfactionem possit remittere. Psal. 10. 2. Tim. 2.

I. argumentū, ab Scripturis.

Sap. 12.

1. Pet. 5.

Rom. 9.

II. argum. à ratione ductum.

Sap. 12.

Exemplis illustratur.

Homine cui rei gratia cōdiderit Deo. Rom. 9. 2. Tim. 2.

Deus qualis sit Index.

Quid est: Tibi soli peccauit, &c.

2. Reg. 11. Ibidem.

Psal. 50.

III. propositio: Nullus Adæ filius præuicatoris, vel quiuis alius à Deo conditus homo iustus, potuit pro Adæ peccato ad condignum Deo satisfacere.

Psal. 48.

Satisfacere quod sit.

niri, non tamen necessum est Deū pœna illū condigna punire: nam qui potest remittere culpā, quod maius est, potest & pœnā culpæ debitam condonare. Deus igitur mūdū ex gratia, sine sanguine Christi, vel alterius creature liberans, nihil propterea contra iustitiā suam cōmitteret, cū iudex sit supremus, qui alterius legi vel iustitiæ subditus nō est, nec ad aliū aliquē eius referatur iustitia. Quare si sibi factā absque vlla satisfactione remitteret iniuriā, cōtravllam iustitiā nō peccaret, nec in quēquā iniuriā cōmitteret. Quamobrem David post homicidium, atque adulteriū perpetratū in hominē, hoc est, in Bethsabeam, & Vriam virū eius, dicebat tamen: *Tibi soli peccauit, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, &c.* Id est, Potes mihi salua tua iustitia peccatū remittere. Quē admodum homo, qui iniuriam sibi factā condonat, non agit iniuste, sed clementer, magisq; quàm si exigeret satisfactionem, laudatur. Ille autem iudex, qui iustitiæ, & potestati alterius subditus est, salua iustitia culpam sine pœna dimittere non potest.

Sit tertia veritas: Nullus, qui filius Adæ ex eius sanguine descendens sit, vel etiam non filius Adæ extra peccatum à Deo miraculo conditus potuit pro peccato Adæ ad condignum satisfacere, siue ex iustitia redimere: quia peccator sordidus, & vinculis alligatus non potest alium à sordibus, aut vinculis liberare. Iustus etiā homo, quicūque ille sit, dummodo Deus simul etiam non sit, non tanti est valoris Adæ, pro quibus satisfacit, vita. Hinc David dixit, *Frater non redimit, redimet homo? Non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis anime sue.* Ratio etiam in promptu est: quia satisfacere est, facere tantū, quantū satis est, aut offenso ad vindictā, aut creditori, seu damnū passo ad compensationem. Est enim interdum damnū cū offensa coniunctū, interdū solum damnū, interdū verò offensio sola. Et vbi vtrūq; cōcurrit, nō satis est aut solū damnū reparare, aut pro sola culpæ offensione debita, aut

iusta humiliatione satisfacere, sed oportet duplicē satisfactionem intēdere. Quemadmodū in lege Moyfi furanti ouem, aut bouē, præcipitur non tantū reddere aut vnā ouem, & bouē pro damno, sed etiam alias tres oues, seu quatuor boues pro offensa: Peccāte igitur Adam contra Deū, de duobus erat illi exhibenda satisfactio. Primum quidem de offensa propter rebellionem in mandatū Dei, deinde de damno, quia non tam seipsum, quā omnē suam posteritatem Deo abstulerat, De offensa autē Adæ in Deum infinitum, quæ propterea infinita est, & in omnes posteros eius transferat, non potest satisfacere, nisi qui Dominū offensum cōdigna retributione placare possit. Nullus autē ex Adæ posteris propagatus cū peccator esset, Deum iratum potis erat placere pro altero. Debet enim homo pro peccato mortem Deo, quā dam pro se sustinet, non potest pro alio illā ferre, nisi ille qui mortis non est debitor, vt Christus, in quo dæmon partem non habuit. Siquis verò obijciat, opus bonum iusti (siue sit meritum, siue satisfactio) propter Deū factum, non minus esse infinitum, quā peccatum, vel offensa fuit infinita, verè & acutè responderi potest, non esse eandem rationem satisfactionis nostræ, atque offensæ, etiamsi vnum, & idem obiectum, id est, Deū respiciat. Offensio enim crescit ex dignitate personæ offensæ, quæ quo maior est, maior quoque est & offensa: etsi sit infinita, offensa quoque infinita erit. At in satisfactione secus se habet: nam decreuit satisfactio ex dignitate personæ cui satisficit: quod enim persona maior est, eò minor est satisfactio, vt in humanis videmus. Nā si aliquis offendant Regem, & aliquem priuatum artificē, eodē offensæ genere & mensura, certe eò grauior erit offensa regi facta, quàm illa artifici illata, quod maior est Regis persona illa artificis. Quare satisfactio eadem vtrique facta non eò maior euadit, quod persona Regis cui fit, maior est, sed eò cōtrario eò minor, quod Rex maior est. Vnde elicitur, vt offensa crescit ex dignitate personæ offensæ, ita satisfactio crescit ex digni-

2. Exo. 2.

Cur Adæ peccati duplex fuit Deo exhibenda satisfactio.

Peccatoris debitum, & obligatio.

Bonū opus iusti cur nō infinita Dei satisfaciō offensa.

Quare Christus solus potuit Deo satisfacere. Heb. 10.

Ibidem. Deus etiam sibi cur non ipse satisfacere, nec item Angelus.

Quare qui humanū genus redempturus esset, debuerit esse Deus, & homo.

Psal. 84.

tate personae satisfaciētis. Quare cū nulla persona nisi Diuina potuerit esse æqualis personae offensa, hoc est Deo infinito, sequitur nullum hominem purum potuisse satisfacere ad eō dignū, nisi idem etiam fuerit Deus qui satisfaciat. Non potest etiam alia persona, vel etiā Deo grata, & amica, pro alio ex cōdigno satisfacere: quia oportet tantam esse satisfaciōem, in dignitate, quanta fuit offensa ratione indignitatis, quæ ob Deū iratū, atq; offensum infinita fuit. Vita igitur Christi solius, quia Deus erat, tantū grata Deo exitit; quantum peccati offensa exosa erat, & inuisa. Ad placandum igitur Deum pro peccato neque homo purus, neque sanguis taurorum, & hircorum, neque Deus ipse, neque Angelus, per se idoneus erat. Non quidem homo purus, vt ex his, quæ ratiocinati sumus, validè colligitur, siue ille sit peccator filius Adæ, siue homo iustus, alio modo, quàm ex Adæ progenie miraculo à Deo conditus. Minus quoque quàm homo poterat sanguis taurorum, vitulorum, & hircorū auferre peccata: vt docet Apostolus ad Hebræos. Deus verò haud poterat quidem satisfacere, quia nec ille sibi quicquam debebat, qui peccare nō poterat. Nemoq; sibi ipsi vt diximus, propriè satisfacit, cū iustitiæ opus sit satisfacere, quod propriè est ad alterū, & nō ad seipsum. Angelus porrò nec ipse quicquam debebat, cū esset sanctus: nec poterat, quia finitus: nec debebat, quia sic Angelus homine superior constitueretur: nam perinde est redimere, atque creare, tantundemq; redimenti, nos atq; cōdenti debemus. Cū igitur his omnibus modis non posset cōitare hominis redēptio, opus fuit vt redēptor esset Deus, & homo: Homo quidē, vt qui debebat, pēderet; Deus autem, quod posset soluere; Deus verò, & homo, vt deceret: nihilq; inde corū in hoc opere inueniri posset, in quo concurreret Dei iustitia, atq; misericordia: & ita impleretur verbū Prophetæ: Misericordia, & veritas obuiauerūt sibi: Iustitia, & pax osculata sunt: idēq; esset conditor, & redemptor, & homo, atq; Angelus pares existerent, atq;

huius rei docendæ gratia, fingunt Patres, maximè Augullinus, Bernardus, & Anselmus, corā Dei tribunali obortā fuisse altercationem quandā, atque contentiōnē inter Misericordiā, & Veritatē, Iustitiā, & Pacē; non quidem propriè, cū in Deo sit summa tranquillitas, atq; quies; sed vt ita populus aliquo modo intelligeret, ac degustaret diuinorū iudiciorū arcana, & nihil ab illo fieri, quod non sit summa cum sapientia, misericordia, atq; iustitia coniunctū. Nato ergo peccato per Adæ, præuaricatiōnē, ac diuinæ legis transgressiōnē duplex orta est quæstio. Prima, an gratis esset remittendū. Misericordia quidē suadebat, vt mera ex gratia illud remitteret: Iustitia vrgebat, vt iustè puniret: Pax producebat, qd non esset dissensionis Deus, sed pacis, quodq; destruere, & punire op^o esset hostis, non pacem amantis: Veritas instabat, vt sicut ex Angelis rebelles puniuit, bonos verò, ac morigeros remunerauit, simile quoque cū hominibus iudiciū exerceret. Porrò Dei misericordia proferebat Dei natiuā bonitatē, propitiatiōnē, ac lenitatē, vocesq; illas sacra Scripturæ: Misericors, & miserator Dominus: Patiens, & multū misericors: quodque esset Pater misericordiarū, & Deus totius consolationis. In oppositū obijciebat Diuina Iustitia, cōdona re gratis peccatū, contra naturā ipsius Dei esse, qui iustus est, & iustitias diligit. Producebat illa testimonia Scripturæ: Deus vltionū Dominus, Deus vltionū liberè egit; & iterū, Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, visitans iniquitatē patrū in filios, &c. Deindē Misericordia proferebat, literas Prophetarū toties decantata Dei clementia, ac mititate plenas esse. Quod si non parceret, Prophetæ inuenirentur mēdaces. Da Domine, inquit, mercedem sustinentibus te, vt Propheta tui fideles inueniantur; Et, Conuertimini ad Dominū Deum vestrū quia benignus, & misericors est, patiens, & multa misericordia, & prastabilis super malitia. Siue, vt Græcè legitur, meropontos, imi nauas, id est, pœnitēs suę iracūdię in nostris afflictionib^o: & rursus, Vivo ego, dicit Dñs De^o, nolo mortē impij, sed vt cōuertatur impi^o à via suā,

August. lib. Cur Deus homo, c. 6. Bern. super misus est hom. 1. Ansel. libr. 1. Cur Deus homo, sub initiu.

Misericordia, & veritatis, iustitiæ, & pacis ante Deum pulchra contentio atque dimicatio. 1. Cor. 14.

Psal. 110. Psal. 44. 2. Cor. 1.

Psal. 10.

Psal. 93.

Exod. 20.

Eccles. 33.

Ioel. 2. Quid illud de Deo: & prastabilis super malitia. Ezech. 33. Supra. 18.

Psal. 144. Amos. 6.

Deut. 21.

Psal. 13. Rom. 3.

Facilitas veniæ fomentum prabet delinquēdi.

Psal. 102.

2. Tim. 2.

Controuersia de redēptore generis humani, quis esset ille, insons vtilis & innocens.

Psal. 84.

II. controuersia de redēptore generis humani, quis esset ille, insons vtilis & innocens. Psal. 13. Rom. 3.

& viuat. Ex aduerso obijciebat Iustitia: Fidelis Dominus in omnibus verbis; & sanctus in omnibus operibus suis, Et, Iurauit Dominus Deus in animā suā, &c. Detestor ergo superbiam Iacob, & domos eius odi; Et, Pro mensura peccati, erit & plagarum. modus. Quod si Deus secus faceret, Prophetas suos falsos, ac mendaces deprehendendos. Tertiò allegabat Misericordia, quod si Deus non parceret, totius mundi regnum delere cogeretur; & neminem suum in eo possideret: quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Ex aduerso obijciebat Iustitia: Si parcis, nullum erit regnum: quia vbi non est iustitia, regni fundamentum, neque ædificium eius consistere potest. Rursus proponebat Misericordia: Si Deus esset gratiæ, & lenitatis expers, homines eius exemplo futuros, immisericordes, duos, feros, ac immanes, omnemq; misericordiā de terra exulaturā. In contrariū respondebat Iustitia: Sublata de terris equitate, homines futuros dissolutos, remissos, magnosq; peccatores, eo quod facilitas veniæ fomentum præbeat delinquendi. Denique illa dicebat: Qui coronat te in misericordia, & misericordibus: Hæc respondebat: Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Auditus hinc inde rationibus, mediā assurrexit Sapiētia: cumq; vtrinque fortia argumenta adducta comprobasset, sententiam protulit, vt misericordia esset iusta, siue iustitia esset misericors: & tunc misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: Iustitia, & pax osculatae sunt. Innocens igitur vnus pro peccatis mortis pœnam pendat, quod est iustitiæ, & in eo omnes gratiā consequantur, quod est misericordiæ. Altera controuersia orta est, quis nā esset hic innocens, qui pro omnibus moriendo, gratiam omnibus impertiri valeret? Proposuit Misericordia: Si homo, vt qui debet, soluat, Obiecit Iustitia, id fieri non posse, quia omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, nō est vsque ad vnum. Deindē proposuit Misericordia: Sit Angelus à Deo in hoc ipsū mis-

fus, qui purus, & innocens est. Obiecit Iustitia, nō decere ibi pœnam mortis inueniri, vbi non fuisset culpa: at boni Angeli minimè peccauerunt, mali verò damnati fuerant, neutri porrò mortem sustinere poterant, cū immortalitate essent præditi. Tertiò, protulit Misericordia; Sit Angelus ex traduce Adā carnem assumens. Contradixit Iustitia: Vbi tradux est naturæ humanæ per seminationem, ibi peccatum originis inuenitur: at peccator, non modò pro alijs, sed neque pro seipso Deū placare potest. Homo etiam, quasi per Angelos, vt à principio fuit, nō esset, sed inferior eo maneret, nec secus Angelos, quàm Deo creatori subderetur, quia perinde est redimere, atq; creare. Quarto, denuò proposuit Misericordia: Sit quidem Angelus incarnatus, sed sine peccati traduce, condaturq; nouus homo, vt Adam olim fuit, in quo insit Angelus illum hominē assumens. Replacuit Iustitia, tā hominē nouū, quā Angelum sine traduce finitæ esse virtutis, & pro infinita hominū culpa non posse satisfacere. Adhæc ille de integrò homo conditus in Adæ lumbis nequa quā fuisset, nec carnem, & sanguinē naturæ habuisset peccantis. Vbi autē nulla est in natura communicatio, ibi & nulla est participatio meritorū. Quintò, Misericordia vbi vias sibi omnes præcludi videret, proposuit: Sit Deus ipse. Huic sententiæ Iustitia non acquiescens, obiecit, primū Deū mori non posse, Deumq; non peccasse: nam ad peccantem spectat satisfactio: nemi nē prætereā sibi ipsi satisfacere posse. Adhæc si Angelus homini merita sua cōmunicare non valet ob diuersitatem naturæ; nec Deus qui longius à natura humana distat, id poterit præstare. Cū has hinc & inde rationes fortissimas Sapiētia audisset, sententiam in hunc modum pronuntiauit: Quando quidem peccatorum omnium redemptor homo purus esse nequit, nec Angelus purus, aut carnem assumens, aut purus Deus: superest vt, pro diuino consilio, & arte, simul sit Deus, & homo. Homo quidē innocens, & ex carne, & sanguine Adæ, vt eiusdē sit naturæ solus, & qui peccauit, & qui mori possit;

Vbi nulla est in natura communicatio, ibi nulla est participatio meritorum.

Determinatio quæstionis.

Christi satisfactio pro peccato Adæ, eiusque posteritatis vniuersæ, quadruplici condicione constabat.

II. conditio. Illa regula iuris: Scienti, & volenti non fit iniuria, vbi locū habeat.

III. conditio.

III. conditio.

Ioan. 1.

1. Tim.

Psal. 100.

& pro hominib⁹ amabis pati, & passio nis suæ merita illis applicare; Deus ve rò, vt meritū sit infinitum, & infinitis (si tot existerent) possit suā satisfactio applicari, vnusque atq; idem sit inflau rator, qui fuerat conditor, cum nō mi nus gloriosum sit opus redimēdi, quā creandi. Fiatque hæc satisfactio cū qua tuor quæ sequuntur cōditionibus, in ter quas prima sit: Vt hæc satisfactio fiat citra derogationem, læsionemque Diuinæ Maiestatis. Nam Deus post in carnationem, & diram mortem in cru ce perlatam, tam altus, potens, atque gloriosus permāsit, ac prius erat: quia immortalis, impasibilis, atq; immuta bilis cū sit, ne hilū quidē suæ diuinita tis amisit. Secūda cōditio sit: quōd spō te hæc mors fuit subeunda: qđ & factū est, eo quōd volens illā sustinuit. Obla tus enim est, quia ipse voluit: non ta men ob id quōd voluntaria fuit, inferri potest minus peccasse qui mortem intulerunt, iuxta regulam iuris, *Scienti & volenti non fit iniuria*, quia hæc regu la intelligēda est de ijs, in quib⁹ quib⁹ dominus est, non autem in alijs, vt in honore, & vita, in quibus maius habet Deus dominium, quā nos ipsi, & si auferantur, magis quā nos Deus of fenditur. Tertia: Citra damnū sit: quia post peractum passionis mysterium, re diuinam poterit assumere naturam cū maiori quā ante illam habuisset glo ria: & per tridū de honestatis hono rificetur in sempiternis seculis. Quarta: Fiat cum demonstratione tum iusti tiæ, & satisfactiois abūdantis, vt ex in de iustitia Dei appareat, tum cū ingen tis bonitatis, & diuinæ charitatis, quæ pro inimicis, & malē de se meritis ani mam ponere potuit, ostensione. Tunc Filius Dei dixit: *si propter me orta est hac tempestas, projicite me in mare*. In me peccauit Adam appetendo diuini tatis similitudinem, & sapientiam. Sa pientia diuinæ est quod fecit, refice re, Si Filius Dei sum; ego Filios Dei homines faciam. Si media sum perso na, mediator ero Dei, & hominum. Si mortem incurrit homo peccando; ho mines propter meam mortem immor talitatem consequantur, mihi que illud accinant: *Misericordiam, & iudicium*

cantabo tibi Domine; atque de me Pau lus prædicet: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu; quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, & quæ sequuntur. Et hætenus de tertia veritate.

Quarta veritas sit: Christus Deus, & homo, vel sola Incarnationis humiliatone, vel obedientia diuinæ legis, vel sanctæ vitæ merito, atque exem plo, vel vno ieiunio, aut vna lacry ma, aut sanguinis sui guttula, etiam si nullam sustinisset passionem, vel mortem, iustē, & ad condignum pro peccatis totius mundi satisfacisset. Estque huius rei ratio aperta, & in promptu: quia vel minima Christi actio ab eodem diuinitatis Verbi prin cipio dignitatem ac valorem infini tum tribuente procedebat, atque ex eodem habitu charitatis creatæ proficisceretur. Nec enim minus Deitas in alijs, atque in morte operabatur: nec habitus gratiæ, & charitatis minor in operationibus existit, etiam dum in cunis vagiret, & vbera matris lactaret, & alia puerilia opera præstaret, quā fuit in ipsa cruce, cum seip sum Patri obrulit pro mundi salute. Christus namque à momento concep tionis plenus fuit gratia, & veritate, nec incrementa gratiæ, vel sapien tiæ, vel virtutum per accessionem sus cepit ætatis. Et quanquam dicatur cre uisse sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines: illud quan tum ad exaltationem, & notitiam in cordibus hominum intelligendū est, vt suo loco exposuimus. Etsi autem, quantum ad radicem meriti, & satis factiois, omnes Christi actiones pares, & æquales sint; ex genere suo tamen maiora operatus est tempo re vno, quā altero. Nam ex ge nere suo maiora erant opera quæ vir edebat, quā quæ infans: nam il la congruere debebant infantia, vt hæc ætati virili. Constat etiam inter miracula alia alijs maiora existisse; vt illuminatio cæci nati, & suscitatio La zari, si cum alijs conferantur: & ex na

Rem. 3.

III. propo sitio. Christus mi nima sua ac tione pote rat, citra vlti mam passio nem, genus humanum re dimere.

Ioan. 1.

Luc. 2. Christus vt dicatur sa piētia; & gra tia proficif se.

Lib. 3. tra ct. vlt.

Qua rations Christi ope ra alta alijs maiora sint, & quānam illa.

Ioan. 9. Infr. 11.

Iaco. 1. Ioan. 15.

Scot. in 3. dist. 7. Soluuntur ar gumenta ne gantū Chri sti actiones infiniti fuisse valoris.

Actiones Christi dupli citer accipi possunt.

II. argu. Du ranti videli cet.

Philosophus lib. 8. Ethic.

Vt sit verum Aristotelis di ctū, Dijs, Pa rentibus, ac præceptorib⁹ parem gratiā non posse re ferri.

Debitū quin tplex inue nitur.

tura operis ipsius maius est fundere sanguinem, & pati mortem, quā ieiunare, & orare. Hinc dicitur: *Patientia opus perfectum habeat, & Maiorem hac dilectionem nemo habet, quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis.*

Leuia autem sunt argumenta, quæ à quibusdam fiunt ad probandū, Chri sti actiones, vel passiones non extitisse meriti, aut satisfactiois, infinitæ: quia illæ Christi actiones inquit, en tia quædam erant limitata, & creata, cum Deus non essent. Respondemus enim, Christi actiones dupliciter posse considerari: aut secundum suam essen tiam, & sic sunt finiti meriti, vt finitæ essentia; alio modo secundum perso nam, à qua proficiscuntur, atque hac ratione cum à persona Verbi infinita prodeant, virtutem merendi, & satis faciendi fortiebantur infinitam. Nec deinde valet, Christus non valuit red dere æquivalens pro beneficijs accep tis; cum Dijs, & parentibus, & præce ptoribus reddere haud valeamus, vt Philosophus in libris Ethicis docet; cum redditio, æquivalētis fieri debeat de eo quod aliās debitum illi non est, cui redditur. Respondemus enim, dic tum Aristotelis intelligi de redditi one æquivalentis à creatura; secus, si reddatur à diuina persona incarnata. Nam etsi quanto magis creatura Deo gratias agit, tanto magis Deo obstrigatur, quia ipsa gratiarum actio nouū est beneficium; tamē quia in diuinam personam nullum redundat beneficiū in se ex gratiarum actione, ita nec sibi vllum præstitum est beneficium ab ini tio incarnationis. Quare ex hoc quōd humanas actiones diuinum Verbum personaliter exercet, omnia creata abunde adæquat, & in infinitum ex ce dit. Præterea multiplex constat esse debitum. Primum, quod ex iniuncto superioris mandato nascitur, & soluitur per obedientia subiectionem: alterum, quod oritur ex suscepto bene ficio, quod penditur per gratiarum actionem: tertium, quod præcedit se cundum meritorum quantitatem, quod redditur distribuendo vnique se cundū opera sua bona, vel mala: quartum, quod originem habet ex alieni a-

blatione, lædendo eum, aut in perso na, aut in facultatibus, quod non sol uitur nisi per æquivalentis restitutio nem. Postremum est, quod offendendo superiorem contrahitur, quod hu mili subiectione, & prompta poenæ su steatatione reddi solet. Non valet er go argumentum: Impossibile est, vt homo pro beneficio accepto soluat Deo debitas grates, sic vt homo non remaneat amplius debitor gratiarum actionis: quia semper remanet obliga tus ad perpetuam gratiarum actionē: ergo nec pro commissis delictis po test satisfacere: quia esto Christus secū dum humanitatem semper sit debitor diuinitatis Deo ad perpetuam gratia rum actionem. Pater, inquit, quod de dit mihi, maius omnibus est, id est, di uinitas: negamus tamen quōd nō po tuerit satisfacere pro peccatis humani generis ad condignum: quia potuit se mel offerendo pretium sanguinis, & mortis, quæ aliās erant Deo indebita, pro nobis Patri pendere. Nec tertio se quitur: si satisfactioes Christi infini tæ fuerunt, frustra igitur est Purgato rium, superflua est tertia pars Sacramē ti Pœnitentiæ, quæ dicitur satisfactio; gratis indulgentia concederetur. Res pondemus enim, satisfactioes Chri sti infinitas extitisse, sed idoneæ nobis applicatas non fuisse, & ideo opus esse nostras adiungi, vt in illarum Chri sti virtute valeant. Quare statuendum est, virtutes Theologicas, Fidei, Spei, & Charitatis, iuxta triplicem statum, incipientium, proficientium, & perfe ctorum, suum habere principium, me dium, atque finem; & ideo scriptū est: *Domine, adauge nobis fidem*. Proinde Purgatorium, & indulgentiæ nō sunt propter eos, qui perfectam fidem ha bent, & charitatem, qua omni poenæ debito sit satis, sed propter eos, qui in via, aut incipiunt, aut progrediuntur. Illis etiam indulgentijs, atque satisfa ctione augentur plerunque merita ad gratiæ incrementum, vel ad doman dam carnem, vel si quis sit perfectus, ad satisfaciendum pro alijs, quæ ad mo dum Paul⁹, qui dicebat: *Adimpleo ea quæ defunt passionū Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia.*

Ioan. 10.

II. argum.

Christi satis factioes in finite cum sint, cur etiā nostræ requi rantur.

Luc. 17. Purgatoriū, & Indulgentiæ ad quos spectent potissimum.

Indulgentiæ quid confe rant.

Coloss. 1.

V. propositio: Mors Christi fuit necessaria, cōsiderato pretio secundū genus pœnæ, quam exigebat diuina iustitia.

Gen. 2.

Christus cur ex morbo, aut senio morte euaserit.

D. Thom. 3. p. 9. q. 46. ar. 3. ad 2. to. 13.

Violētā mors quatenus Christo dicatur illata.

Ioan. 10. Psal. 3. Christi mors cur dormitio dicta.

Quare nō solum conueniens, sed necessaria fuerit mors Christi.

Rom. 4. 1. Pet. 3.

Quinta veritas: Etsi quilibet Christi pœna citra mortem nostram fuisset sufficiens pretium redemptionis considerata dignitate personæ operantis, quæ Deus, & homo est, attenta etiā habitus gratiæ, & charitatis quantitate, in qua tam moriens, quam uiuens operabatur: perspecta tamen vi, atque efficacia pretij secundū genus pœnæ, quæ erat à diuina iustitia taxata, & quæ mortem exigebat pro peccato, secundū illud: *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris*; ad nostram liberationem simul, & eruditionem, opus fuit Christum mori. Christus enim etsi ratione deitatis esset immortalis, atque impassibilis; ratione tamē humanitatis necessitatem habuit moriendi. Et etiam si mortem violentam non esset passus, mortē tamen ex morbo, aut senectute, perpeti minimē uoluit, sed vi illatam, & in iuuentute, ac sanitate sustinere dignatus est, ne inuitus, aut ex infirmitate putaretur extinctus: ut egregiē Thomas docet in tertia parte. Dicitur autem mors violenta Christo illata ex parte nature humanæ, licet personæ eius, hoc est, Deo, uolentia inferri non posset: *Nemo, inquit, tollit animam meam à me, scilicet inuito*. Hinc mors Christi dormitio dicitur: quia non secus ad mortē, quam ad somnum accessit; ad quem nisi propria uoluntate non accedit: illam tamen mortem, quam sponte assumpsit, & contra omnem iustitiam per sua organa intulit diabolus, Patri offerendo promeruit, ut nos à peccati mortē, & captiuitate peccati; & diaboli liberaret. Fuit ergo Christi mors nostræ redemptioni conueniens, atque necessaria: nam ad satisfaciendum pro humano genere morti à Deo adiudicatio: optimusque satisfactionis modus esse solet, cū quis luit pœnas pro altero; quibus ille dignus erat. Vnde Seleucus Rex, qui legem tulerat in adulteros; ut deprehensi oculorum effossione punirentur, cū filius eius in adulterium incidisset, alterum sibi, alterum filio oculum effodi precepit, quod legi satisfaceret. Ad hūc modum Dominus, ut Paulus ait, tradit⁹ est propter delicta nostra, & ut Petrus ait,

Christus semel p peccatis nostris mortuus est, iustus pro iustis. In quo etiam nature humanæ ueritatem ostendit. Nam ut docet Eusebius, si aliter post conuersionem cum hominibus euasens, ab omnibus phasmati compararetur. Nec tantū Christo mori fuit conueniens pro satisfactione peccati, sed etiam debuit: quia non est condigna, & iusta satisfactio peccati nisi per eum, qui sit infinitus; Christus autem infinita erat persona Verbi Filij Dei.

Sexta ueritas: Etsi plures alij modi liberandi homines à peccato, & Satiæ potestate, illosque glorificandi extiterint diuinæ potentia, sapientia, ac bonitati possibiles: hæc tamen ratio redimendi per unigenitum, & propitiorem nostrum in morte, & sanguine suo, congruentissima, iustissima, ordinatissima, atque sapientissima fuit. Ille etenim modus ad finem aliquem adipiscendum conuenientior esse solet, quanto per ipsum plura accedunt, quæ sunt ipsi fini accommodata. Per hoc autē quod homo per Christi mortem est liberatus, ac redemptus, multa concurrunt ad salutem hominis spectantia præter liberationem à peccato. Hæc sententia, diui Augustini auctoritate nititur. Ita enim in lib. 13. de Trinitate cap. 10. scribit: *Eos itaque qui dicunt: Ita ne defuit Deo modus alius, quo liberaret homines à miseria mortalitatis huius, ut unigenitum Filium suum sibi coeternum hominem fieri uellet, induendo humanam animam, & carnem, mortalemque, factum mortem perpeti: parum est sic refellere, ut iustum modum, quo nos per mediatorem Dei, & hominū, hominem Christum Iesum Deus liberare dignatur, asseramus bonum, & diuina cōgruum dignitati, uerum etiam ut ostendamus, non alium modum possibilem Deo defuisse, cuius potestati cuncta equaliter subiacerent, sed sananda nostra miseria conuenientioremodum aliam non fuisse, nec esse oportuisse. Quid enim tam necessarium fuit, ad erigendam spem nostram, mentesque mortalium conditione ipsius desperatione liberandas, quam ut demonstraretur nobis, quanti nos pederet Deus,*

Euseb.

VI. propositio: Non fuit conuenientior modus redimendi humani quā passio & mors Christi.

Ad finem adipiscendum quis sit modus conuenientior, & aptior.

Aug. 10. 3.

Negantes aliter Deū quā per crucē, & mortem Christi redimere hominem potuisse, aptera fellit Aug. 2. Tim. 2.

quan-

Idem li. cur Deus homo, c. 9. Dei Patris in humanū genus bonitas quanta.

Eccle. 4.

VII. propositio. Passio & mors Christi ad redimendum hominē simpliciter & absolute fuit necessaria, dupluciter.

Aristo.

Necessarium est duplex secundū Philosophum.

quantumque diligeret? Idem Augustinus lib. cur Deus homo: *Quid misericordius intelligi potest, quam cum peccatori aternis tormentis damnata, & unde se redimat, non habenti, Pater dicat, Accipe unigenitum Filium meum, & da pro te: & ipse Filius dicit, Tolle me, & redime te: Quid ergo iustus, quam cui datur pretium maius omni debito, ut peccatum dimittat illi, qui pro debito offert hoc pretium? Hæc ille. Ex hac igitur liberandi ratione per mortem suam ostendit Deus, tum iustitiam, tum misericordiam suam, & quanti nos faceret Deus, atque diligeret, quantum etiam esset à nobis diligendus, dedit summū obedientia, humilitatis, atque patientiæ exemplum; docuit agonizare pro iustitia usque ad mortem, & innumera bona contulit.*

Hinc septima, atque postrema ueritas deducitur, absolute quidem si Dei potentiam, & sapientiam, quæ infinita est, spectes, necessariam non fuisse Christi mortem, cū alij innumeri modi seruandi illi non defuerint: sed si Deus non tantū ex misericordia, sed etiam ex iustitia mundū redimere decreuit secundū genus pœnæ à Deo peccatoribus constitutum: & ad attingendum simpliciter nobiliorem rationem liberandi, Deo quidem gloriosiore, nobis uero utiliore, necessaria profus fuit passio Domini cum effusione sanguinis, atque morte cōiuncta. Ista ueritas etsi ex utraque parte per superiores assertiones sit confirmata, addita tamen est ad maiorē, clarioremque explicationem præcedentis ueritatis, & adhuc magis illam explicabimus, quod dilucidior ac magis perspicua lectoribus fiat. Illud ante omnia præmittendum, quos notum est ex Aristotele in quinto Metaphysico: duplex esse necessariū: alterum, quod secundū naturam impossibile est aliter se habere; alterum uero ex aliquo exteriori, quod si sit causa efficiens, uel impellens, facit necessitatem coactionis: ut cum aliquis uolenter detentus non potest ingredi in domū suam. Si uero illud exterius, quod necessitatem inducit, sit finis, appellari solet necessitas finis: quia scilicet finis aliquis

nullo modo haberi potest, aut non inducit necessitatem illius rationis, ac uia. His positis ut ueris, ac certis, statuendum est mortem Christi necessariam minimē extitisse prima illa necessarii acceptione, neque ex parte Dei, quia Deus est agens liberum, & uoluntarium; & merē contingenter operatur in creaturis. Nec etiam ex parte hominis illa inerat necessitas; cū alijs modis eius salus constare posset apud Deum. Nec etiam ex parte Christi: nā ille cum mandato absoluto simpliciter moriendi, seclusa Dei præscientia ad nos nō uenit. Quod his rationibus efficitur. Prima, quia si mors Christi simpliciter fuisset à Deo intenta, per se esset bona, & ab id non diceretur: Deus mortem non fecit. Deinde si exacta est à Deo, & tanquam bona, & iusta quæ sita citra ullam præscientiam, inferre illam peccatum non fuisset, uel si est mala, & absolute mori debuit, Deus uoluisset peccatum, id est, eadem innocentis, aut potius, ut sic dicam, Deicidium, quod est horrendum, cū scriptum sit: *Non Deus uales iniquitatem tu es, & per Decalogū expresserit uoluntatem suam: Non occides, non tantū innocentem, sed etiā fontem propria auctoritate. Ad hæc populus Iudæorum seruicus Dei, & Christi uoluntati in morte infligenda nequaquam peccasset, imò esset præcæteris nationibus Deo dilectus, & gratus, & magis dignus, qui fructum passionis Christi magis participaret; qui tamen ob mortem illam Christo illatum, odiosissimus est Deo, & toti mundo inuisus. Præterea si mors eius simpliciter fuisset necessaria, cessantibus Iudæis potuisset Dominus, ut Dei mandato pareret, cum magno obedientiæ merito sibi ipsi mortem consciscere, fierique sui ipsius carnifex, uel, ut alij docent, potuisset mater Christam crucifigere, quod impium uideretur, & absurdum uel cogitatu. Item, si incarnatio Filij Dei simpliciter ad salutem necessaria non fuit, sed tantū conueniens, ergo etiam mors, quæ illam consequitur, uel si dederis, necessariā simpliciter fuisset mortem, necessariā ponens, in carnationem necessariā fuisset,*

Quod mors Christi necessaria non fuerit absolute.

Sap. 1. II. ratio.

Psal. 5. Exo. 20. Deut. 5. Matth. 5. III. ratio.

III. ratio.

Bona uentura de Christophorum rationi, & pietati contentantē meditaro. V. ratio.

sine

VI. ratio.

sine qua mors esse non poterat. Amplius, eo modo videtur Deus voluisse mortem Christi, atque illam Martyrū qui pro veritate Fidei tuenda sanguinem suum profuderunt. Atqui Martyrum mortē simpliciter Deos non vult, sed sub conditione, ait enim: Certate pro iustitia, propugnate Fidei veritatem: etsi contingat mortem occumbere, illam amplecti ne formidatis. Et ita Deus non nisi sub conditione vult illorum mortem, & illam permittit quādo infertur: quia contra omnem æquitatem, & iustitiam infertur, atq; ad eodē contra eius mandatum. Simili ratione Imperator, qui exercitum ducat, militibus iubet, ut oppidum aliquod inuadant, & de manibus hostium recipiant; vellēt quidem si fieri posset, ut nullo ex suis militibus desiderato cōtingeret: sed quia id fieri nequit, & quo animo fert aliquorum militum iacturam, dummodō oprato potiatur oppido. Adhuc modum, missus est Filius Dei, ut veritatem Euangelicam mundo prædicaret, quam si amplexus fuisset, in virtute Incarnationis Christi, illaque volūtate, qua se pro nobis morti exposuit, & gratia à Deo accepta salutem omnium hominum fuisset affectus: non secus atque voluntatem Abrahamæ volentis immolare filium, ad Mesiæ promissionem acceptauit, ac si illum immolasset. Cæterum si mundus reclamaret, & se illi opponeret, voluit Deus, ut Christus sponte vitam morti exponeret pro gloria Dei, & veritate à se prædicata propugnanda; illaque ipsa mortis perpessione mundum, ut faceret saluum. Adde his, si necessarium fuisset simpliciter Christum mori, qua ratione nos illi pro morte, quam vitare non poterat, essemus obstricti? aut quo modo mors necessaria valeret satisfacere? Postremo, si necessario mortuus est Christus, quomodo verum est illud: *Oblatus est quia ipse voluit?* Et rursus: *Nemo tollit animam meā à me, sed ego pono eam à me ipso: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam?* Quomodo Spiritus sanctus per os Caiaphæ dixit: *Expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo?* Expende verbum, *Expedit*, nō ait,

Qua ratione Deus Martyres mori voluerit.

Exemplum.

Gen. 22.

Si violentam Christus mortem non tulisset, spontanea subiisset.

VII. ratio.

Octava atq; postrema. Esa. 53. Ioan. 10.

Infra 11.

necessum est, aut oportet. Quomodo rursus Christus in oratione dixit: *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste?* Etti ergo ex parte humanitatis quam passibilem assumpsit, mortalis esset Christus, & moriendi necessitati expositus; noluit tamen, aut senectute, aut morbo interire, ne inuitus mori videretur. Mortem tamen violentam pati voluit, illamque acceptando, neque impediendo, cum facile posset, quam nouerat sibi inferendam, dicitur voluntariē tulisse.

Quantum attinet ad necessitatem coactionis, mors Christi necessaria nō exiitit. Nam Deus liberē definiuit, ut Christus moreretur: & Christus ipse spontē, & alacriter illam suscepit. Neque simpliciter moriendi præceptum habuit, sed prædicandi veritatē: quod si pro illa tuenda etiam mori contingeret, illam amplecteretur libenter. Et sic intellige illud mandatum, de quo Ioannes: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo, & illud: Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc, scilicet ad mortem; & rursus illud: Humiliauit semetipsu factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.* Atq; hoc mandatum conditioni alligatum, ante præuisam voluntatem Iudeorum volentium eam interficere, non tollit: imò ponit obedientiam, & voluntatem Christi. Vnde Anselmus libro Cur Deus homo: *Potest etiam dici, quia præcepit illi mori Pater; cum hoc præcepit Pater, vnde incurreret mortem.* Sic ille. Falsum proinde est, Christum constellatione siderum ad mortem crucis subeundam coactum fuisse, ut Astrologi quidam, & nostro seculo Hieronymus Cardanus impiè ausi sunt asserere. Semper enim Prophetica illa sententia locum habuit: *Oblatus est quia ipse voluit: & verbum Christi: Potestatem habeo ponendi animam meam.* Quod si Dominus non nisi stellarum virtute obstrictus est crucis mortem subire; eadem ratione promptum esset euincere, Iudæos non nisi stellis cogētib; ad mortem Christo infligendam impulsos fuisse: cuius sceleris rei mini-

Matth. 26.

Quod Christus necessitate coactionis non sit mortuus.

Ioan. 10.

Mandatum quod Christus accepit à moriendi Patre, quale fuerit. Infra 14.

Philip. 2.

Ansel. li. 1. cur Deus homo. c. 9.

In eos, qui siderum constellatione Christo assue mori necesse fuisse.

Esa. 53. & 1. Pet. 2. Ioan. 10.

Quo modo necessaria fuerit mors Xpi.

Luc. vlt.

Ioan. 3.

Num. 21.

Luc. vlt.

Præceptum cui datur propriè.

Mar. 14.

Luc. 22.

Redemptio- nis generis humani per crucē & mortem Christi multiplex cōuenientia.

Philip. 2.

mè fuissent. Si autē consideremus tertium illud necessarium, quod ex fine rationem necessitatis ducit; statuendū est, mortem Domini necessariam extitisse: tum quia hic modus Deo erat illustrior, ad indicandas opes bonitatis, & charitatis suæ: tum quia nostræ infirmitati sanandæ, vitæque nostræ infirmitudinæ erat accommodatior: tum vt ipsi Christo esset gloriosior, vt per humilitatem promereretur gloria exaltationis, iuxta illud: *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Denique hoc genus mortis erat ab æterno à Deo præuisum, & per Prophetas prædictum, multisque præfiguratum modis. Sed hæc necessitas ex hypothesi sumitur, de qua ait Dominus: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis; & Neesse est impleri omnia, qua scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, de me: quia præscientia de morte Christi voluntaria erat. Et neque præceptum Dei, neque præscientia tollit libertatem, imò ponit: quia præceptum non datur nisi homini libertate prædito: præscientiaq; erat de actione libera. Nec oratio, qua deprecatus est mortem: *Transfer calicem hunc à me,* libertatem eripuit: quia tantum significauit quid vellent naturalis, & sensitius appetitus in Christo, non quid vellent voluntas ratione prædita. Cum igitur dicitur, oportuit, necesse est; Filius hominis secundū quod definitum est de eo, vadit: intelligitur de ea, quæ est ex hypothesi, necessitate. Et cum toties dicitur: Hoc factum est, vt adimpleretur Scriptura, & similia: intellige, Vt, accipiendum esse tantam quam consecutionem, nō vt causam. In hac igitur ratione seruandi, magis illustri redditur charitas Dei, atque providentia, quæ tanti fecit hominē, vt pro seruo redimendo Filium donaret. Apparuit & iustitia eius peccatorum vindex, quæ tam severo iure peccatum nostrum in Filio suo puniuit. Cernitur & eius sapientia, quæ pharmacum præsentaneum peccato superbiæ Adæ, diuinitatem, & sapientiam Dei expetentis opposuit, dando Filium suum, qui verè Deus erat, humili-*

atum vsque ad mortem; mortem autem crucis; dulcedinemque pomi, crucis asperitate compensauit. Illustratur quoque eius sapientia, quæ callidos illos atque versipelles dæmones, esca humanitatis obiectæ, sub qua delitescerat hamus diuinitatis, seduxit, & capere dum voluerunt, capti sunt ipsi, ac deuorando tanquam serpentes illi per maleficos facti, deuorati sunt à Moyse serpente. Audi Eusebium Emyssenum homilia de Pascha; Sic, inquit, *Daniel maximus Prophetarum horrendum draconem, id est, qui spiritum diaboli præferbat, solidioris cibi virtute conficit, faciens de pice, & adipe, id est, de duabus substantijs, vnam offam: qua assumpta, quod putabatur cibus, interitus fuit. In pice, homo intelligitur: Deus adipe demonstratur, qui totius puritatis candor, & pinguedo est bonitatis.* Hæc ille. Vides igitur quàm egregius hic modus exiitit, Dei que bonitatis, iustitiæ, ac sapientiæ conueniens.

Fuit etiam ipsi Christo gloriosus: nam oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suā. Primæ gloria Regis est habere multū, & copiosum populum: quia, vt ait Salomon, in multitudine populi dignitas Regis: & in paucitate plebis ignominia Principis. Ideo passione, ac morte sua auxit populum, secundum illud: *Nisi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuū fuerit, multum fructum affert.* Et per Esaiam ait Dominus: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longauum.* Gloria item Regis est non finire perire populum suum, ac dissipari, sed vniri potius, ac congregari: ita Christus passus est, vt populus qui erat dispersus, conueniret in vnum, & in populo congregato, & recuperato glorificaretur: si Codrus Rex Atheniensium oraculo admonitus se pro populo suo liberando certæ morti obiecit. Hoc autem Iesus non faceret, cum esset sub lege, & non esset missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël; at verò post mortem, accepit potestatem in cælo, & in terra. Tertio non satis est populum habere saluum, & congregatum, nisi esset bonus, & sanctus,

Exod. 7.

Euseb. Emyssen. ho. 11. de Pascha, sub fruem.

Dan. 14.

Quid offa Danielis, qua draconem interfecit, ex pice, & adipe confecta significauerit. Prædictū modum hominis redimendi, Christo per quam honorificum, & gloriosum extitisse.

Luc. 24.

Regis insignia memoratur.

Prou. 14.

Ioan. 12.

Esa. 53.

II. ratio.

Ioan. 11.

Codrus pro Republica Atheniensium mortem occubuit.

Gala. 4.

Matth. 15.

Infra 27.

III. ratio.

Tit. 2.

III. ratio.

iustamque, ac piam vitam traduceret: & ita Christus mortuus est, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & suo exemplo mudaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Nec quartò hoc satis erat, nisi populus suus magnum indueret animum: nã in populo infirmo, ac pusilli animi, quædã est Regis ignominia, videlicet habere populũ non fidentem protectioni Regis sui, sed paupertatem, infamiam, ac mortem metuẽtem, quẽ sub infirmo, mundanoq; Rege timere solent. Quare oportuit Christum pati, & resurgere, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolu; & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Quod si pugna non esset; non tam videretur animi magnitudo, atq; fortitudo in eo populo, quã felicitas; nec appareret quid in eo virtutis esset à Rege suo. Quare consilium diuinum fuit, ut non nisi ad extremum mortem destrueret, iuxta verbum Pauli: *Novissimè inimica destruetur mors*, quo relicta cum morte, & autore mortis pugna, populus Dei ad gloriam Regis sui semper vincat, & dominetur in medio inimicorum suorum. Visus profectò non fuisset Deus, si pro ipso mori homines dubitarent, & terrena tantum à Deo sperarent, & ab eo, qui æternus est, temporalia tantum peterẽt. Quintò, gloria Regis est, cum obedientiam, quam ipse ab alijs exigit, prius reuera ipse præstat, ne grauari alios superbè velle videatur, sed magis expertus alio s commiserari valeat; & non imponere onera graua, & quæ ferti nequeant, quæ tamen ipse nolit, vel digito suo mouere, ut Pharisei illi, ac Scribæ faciebant, quos merito Dñs reprehendit. Propterea decebat eũ, qui dicebat: *Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, & Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*, per passionẽ consummari. Sextò ad gloriam Regis pertinet, non solũ habere populũ fortẽ, & inuictũ, sed etiã pium, & benignũ, bonãq; sua alijs communicantẽ, inimicorumq; suorũ amantem, eisq; beneficentẽ, & pro re nulla magis, quã pro

Luc. 24.
Heb. 2.

1. Cor. 15.

V. ratio.

Matth. 23.

Apocal. 2.
Matth. 10.

VI. ratio.

gloria Regis sui, & aliorum salute etiam inimicorũ mori detrectantẽ vincere, ut illi aggregentur ad Regẽ suũ, illiq; dent gloriam, & honorẽ. Visusque non omnium Deus fuisset, si non etiam pro salute inimicorum suorum Christiani libenter morerentur. Cũ enim Deus Gentes occidi præceperit, particularis Deus videri poterat, & crudelis: cum autem sic omnes ad salutem vocat, & Filium suum, & quos impleuit Spiritu suo, in mortem pro alijs subeundam impellit, iã Deus omnium videtur. Quare & Rex noster patri voluit, ut virtutem hãc suo merito, populo suo compararet, & exemplo erudiret: nam cum pateretur, non comminabatur, sed orabat pro cõuitantibus, & crucifigentibus. Ad maiestatem quoque Regis spectat, & decus, populũ habere, qui non defatigetur tædio, vel labore in virtutum officijs perficiẽdis, sed alacris, & promptus munia sua obeat. Hinc Christus passus est, ut hanc alacritatem, & facilitatem bene operandi promereretur, etiam si caro resistat: exemplumq; daret, ne tædio, vel labore, vel timore voluntatẽ Dei amplecti recusaremus; imò obuiam capere nos volentibus procedamus, ut fecit B. Thomas Cantuariensis; neq; rogati descendamus de Cruce: neq; modò pro inimicis deprecemur, sed promittamus nonnullis paradisu, ut Christus latroni, & Blandina martyri tortori suo pollicita est. Adhæc Regij splendoris erat, & magnificentiæ, habere populum tam diuitem, & locupletẽ, ut pro eius gloria omniũ bonorum suorum temporalium iacturam facere nõ ve reatur: hinc nudus passus est Christus diuidentibus militibus vestimẽta sua, ut quod olim in lege maledictio erat, id est, nuditas, iã sit benedictio. Hinc Paulus ait: *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiã*. Amplius gloria Christi Regis erat, ut omnibus heroicis virtutibus esset ornatus, quo populus eius absolutum, atque perfectum exemplar perfectẽ vitam suam instituendi haberet. Hinc Dominus ad summum gradum suas virtutes euexit, ut quo amplius

1. Pet. 2.
Luc. 23.
VII. ratio.

B. Thomæ Cantuariensis, fortitudinis documentũ iustitie. *Ibidem.* Martyr Blandina præmiũ tortori suo pollicita est

VIII. ratio.
Matth. 27.
Deut. 28.

Heb. 10.

IX. ratio.
In Christo patiente, omne genus virtutis in summo, licere contemplari.

progre-

Ioan. 15.
Rom. 5.

Philip. 2.
Gen. 22.

Humilitatis gradus supremus, & celsissimus quis nã sit.

Esa. 53.

Christi charitas erga humanum genus incomparabilis.

Hilarius in Psal. 131. Christus, pro salute generis humani votum Patri nuncupauit, Hilariote stẽ. *Eccles. 5.* *Judic. 11.* Jephthæ ppiã suam filiam virginem ex voto immolauit. X. ratio.

progredi possit, vel cogitare non valeamus. Nam in primis amorem suum erga nos supremum indicauit: quia cũ maiorem hac dilectionem nemo habeat, quã ut animã suam ponat quis pro amicis suis; Christus, pro impijs mortuus est, ut expendit Paulus. Obedientiam suam exaltauit vsque ad mortem Crucis contemptam ac duram; ut obedientia Filij Dei ab illa Abrahæ volentis Filium immolare, non vinceretur. Humilitatem euexit suam, cuius gradus summus est, ut maior, ac perfectior toto mundo, extremam iniuriam patiatur, hoc est, mortem, à nequioribus mundi hominibus, pro maximo bono mundi, id est, redemptione eius à summis malis, id est, peccatis, & æternis gehennæ miserijs, & capitalissimis hostibus, id est, dæmonijs, ac vilissima seruitute, hoc est, carnis patientiam suam sublimauit: quæ summa extitit in perferendo, & vincendo omnium terribilissimo, hoc est, morte, & in reprimendis animi sui motibus, a deo, ut quasi agnus coram tondente se, obmutuerit, & non aperuerit os suum: qui, nisi immolatus, nec redimit, nec vestit, nec paciscit. Pietatem erga patriam maximè illustrauit. Nam si Decij pro vrbe Romana occumbere non formidarunt, & Damon pro Pythia in causa capitali obsidem se præstitit: quanto magis Dei Filius pro salute mundi totius, pro quo seruando per Prophetas fideiusionẽ præstiterat, pium se erga patriam eminentissimè exhibuit? Deniq; religionem suam, qua Deum colebat, erexit. Nam teste Hilario in illa verba: *Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob*, Christus de redimendo mundo per mortem suam, votum Patri nuncupauerat. Cũ autem displiceat Deo infidelis, & stulta promissio; debuit Iesus votum suum perficere, si Jephthæ propriam filiam virginem ex voto immolauit. Ad extremum Christus non tantum Rex erat, sed etiam Prophetas, Pontifex, Pastor, iudex, ac legislator; atque his omnibus rationibus conueniebat, imò debebat aliquo modo mori: nam Propheta, maximè summus, pro veritate tuenda, ac præ-

dicanda mori debuit, si omnes alij Prophetæ, qui typus Christi fuerant, pro veritate, quam annuntiabant, extincti sunt, nam vel ipse Ioannes vltimus prophetarum decollatus est: hinc Stephanus obiecit Iudejs: *Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nunc pro ditores, & homicida fuistis*. Nec tantum mori debuit, sed etiam sponte se offerre, si Ionas dixit: *Tollite me, & mittite in mare, &c.* Scio enim ego quoniam propter me tempestas hac grandis venit super vos. Quod si iustus non est, nisi ille, qui pro iustitia defendenda, & infamiam, & mortem potius est paratus sustinere, quã peccare (aliàs iusta faceret non iustẽ) debuit profectò Christus pati, ut hoc doceret. Nã quo quis iustior est, eo magis pro Deo, à quo iustus factus est, pari formidare non debet. Cũ ergo Prophetas non tantum iusti, sed ceteris in iustitia eminent, pro veritate debebant occumbere; ac proinde multò magis iustorum omnium caput Christus. Adhæc si Pontifex summus est, debuit ergo sacrificium suum supremum offerre, quod ipso offerente non esset minus; hoc est, seipsum in victimam Crucis, ut morte Pontificis omnes homicidæ, qui exulabant à cœlesti patria, possent illuc reuerti. Item si Pastor est bonus, debuit ponere animam pro ouibus suis, ut eas à lupo inuadente seruariet, & de faucibus illius eueret, ut faciebat Dauid, daretque vberissima pascua; id est, corpus, & sanguinem suum in cibum, debebatque ouem errantem, per lutum, & spinas quærere, ut inueniam illam reduceret in caulam. Præter eã si iudex supremus est, debuit summo amore prosequi virtutes, illasque remunerare; peccata, & vitia odisse maxime, illaque condignis supplicijs vindicare: quia apud Deum nullũ peccatum est impunitum; nec vllũ meritum irremuneratum. Cũ igitur de illo scriptum sit: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem*, iusteq; non possent in hominibus plesti peccata, quo suis esset iustitiæ locus, ea in se ipso patiente, ac moriente punire voluit. Adhæc si le-

Matth. 14.

Act. 7.

Ion. 1.

Iustus solum quis.

Christus qualis iustus.

Pontifex ite

Ioan. 20.

Ioan. 10.
Pastor.

1. Reg. 17.

Christus qualis iudex.

Psal. 44.

Legislator. gislator est Iesus perfectissimus, debuit profecto quam ferebat legem, prius opere complere: at nobis edixit, vt pro fratribus nostris animas nostras ponamus, hoc est, vitam: debuit ergo ipse prior pro his, quos in fratres recipiebat, mori. Dixerat per Dilectum: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Si ergo charitas in Christo erat, vt fuit, & quidem summa, debuit nobis necessitatem patientibus succurrere, & per vitam, & sanguinem nobis subuenire, ne non succurrendo, charitatis faceret iacturam. Præterea præcepit Christus: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam; præbe illi & alteram.* Impegerat Deo Adam alapam transgrediendo legem in Paradiso: veniens ergo Christus in carne, qui alapam vt Deus acceperat, & alteram maxillam præbuit, in qua à ministro coram Pontifice grauissimam alapæ iniuriam accepit, & postea innumeras alias, tum in domo Caiphæ, tum in domo Pilati. Præceperat per Apostolum Dominus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi:* Cum ergo per incarnationem similis nobis factus sit; onera peccatorum nostrorum, quæ humeros nostros grauabant vsque ad mortem, ipse debuit in humeros suos fortissimos transferre, & qui solus poterat pro eis expiandis Patri satisfacere, quemadmodum Petrus inquit: *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Et cum in Scripturis dicitur, ad significandum peccatum à Deo dimissum, Dominus transtulit peccatum tuum: non nuda dimissio, sed cum iustitia coniuncta denotatur: quia ex humeris peccatoris peccatum in humeros Christi transfertur luendum. Adhæc in lege ipse Deus prædixerat Christi mortem, eiusque genus, tempus, locum, ac socios mortis: debuit igitur ipse, qui non venit soluere legem, sed adimplere, pro nobis mori. Fecisseq; Deus videtur instar creditoris, qui summam magnam à debitore accipere debet: videns enim creditor debitorem esse

in mora soluendi, ait illi: *Cõficias chirographum, siue contractum, ne possis saltem debitum denegare, sed quod tali loco, & tempore numerabis quod debes.* Hoc chirographum lex fuit, cuius notarius est Moyses, testes vero rogati sunt Prophetæ, de quibus: *Huic omnes testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere.* Christus ergo pro nobis debitor, cum Patre Aeterno pactus est de sanguine suo fundendo pro nostra redemptione in Cruce: nam illa erat moneta numeranda, & ille locus, in quo solutio fieri debebat: qua facta, de more debebat rescindi contractus ab eo. Ideo Christus morti proximus dixit: *Consummatum est;* & rupit velum templi, deleuit que quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis; continuoque cœpit in limbo animos sanctorum Patrum beare.

Sed quedam peculiaria mors Christi habuit. Nam in primis maximum, & horrendum fuit peccatum, ac simul gratissimum Deo sacrificium. Peccatum enim grauissimum fuit ex parte Iudæorum qui illam intulerunt innocentissimo homini, & Filio Dei, non sine inuidia subornando falsos testes; & importune cogendo iudicem ad ferendam mortis sententiam. Fuit quoque & acceptum Deo sacrificium ex parte Christi illam suscipientis; ac illam Deo pro nostra salute offerentis. Vnde dici solet: *Actio displicuit (scilicet Deo) passio grata fuit.*

Fuit deinde mors illa spontanea, & inuoluntaria. Ex parte enim rationis superioris illam acceptatis, vt Patri obediens, & nobis pereuntibus succurreret, spontanea fuit: eadè tamen fuit inuoluntaria ex parte corporis, & delicatissimi appetitus sensitui, qui illa horrebat, & ex parte eius orabat, dicens: *Pater, si possibile est, trahat à me calix iste.* Tertio fuit hæc mors violentissima, & summè voluntaria. Nam si ad Iudæos tantum respicias, qui turpissimum, & terribilissimum mortis genus procurarunt, & intulerunt, violenta fuit. Vnde & ipsi Iudæi occiderunt eum, dicentes: *Hic est hæres, venite occidamus eum, & habe-*

Act. 10.
 Ioan. 19.
 Matth. 27.
 Quid veli tē pli diuoptio.
 Coloss. 2.
 Mortis Christi prima conditio.
 Matth. 26.
 Ioan. 19. & seq.
 II. conditio.
 Philip. 2.
 Inuoluntaria fuerit quomodo mors Christi.
 Matth. 26.
 III. conditio.
 Infra 27.
 Supra 21.

Voluntaria Christi mortem fuisse. Esa. 53.
 Ioan. 7.
 Infra 8. & Infra 10.
 Psal. 53.
 Matth. 27.
 Ioan. 19.
 Iona. 1.
 Cur vocetur mors Christi dormitio.
 Ioan. 10.
 Christi mortis tantū, nō nostræ, peculiaris duo.
 Luc. 12.
 Christū sponte moriendo, non ideò tamen occidit se seipsum.
 Mar. 9.

bimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Eadem quoque mors maxime fuit voluntaria: nam oblatus est, quia ipse voluit. Poterat enim mille modis aduersarios suos de medio tollere, poterat per fugam se subtrahere, poterat pluribus rationibus impedire, & prohibere illam, vt plerunque fecit ad mortem quæsitus, & cum ministris missi essent, vt eum caperent, & lapidibus Iudæorum manus essent armatæ ad eum morte lapidationis interficiendū, semper tamen euadebat. Quare & voluntariè Dominus sacrificare voluit, & emisit, siue sponte tradidit spiritum suum: & Ionas in typo Christidixit: *Tollite me, & mitte in mare.* Nam & ob id quoq; dicta est mors eius dormitio, vt voluntaria designetur, iuxta illud: *Ego dormiui, & soporatus sum;* idem quoque: *Potestatem habeo, inquit, ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Quorum neutrum est in potestate nostra: quia naturalia in nobis non subiaccēt voluntati nostræ: quemadmodum in Christo subiacebat omnis natura creata, nedum humana sibi hypostaticè vnita natura. Homo enim omnis & inuitus, suam amittit animam, vnde diuini illi dictum fuit: *Stulte hæc nocte animam tuam repetunt à te;* à Salvatore autem nemo animam abstulit, sed ipse sponte tradidit spiritum, siue emisit.

Non tamen propterea, quod spontè mortem pro nobis obtulit, dicitur est sui ipsius homicida, quod crimen est horrendum, & hominum deperatæ mentis, nam ea ratione Iudæi immunes essent à culpa tanti homicidij, vel potius Deicidij, cum tamen ipsi veri fuerint Christi interfectores. Vnde Mar. 9. dixit Dominus: *Filius ho-*

minis tradetur in manus hominum: & occident eum, & occisus, tertia die resurget, & Petrus: *Hunc desinito consilio, & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes, interemistis.* Et infra: *Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis; autorem vero vitæ interfecistis.* Et Paulus in 1. ad Thess. de Iudæis ait: *Qui & Dñm occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt.* Vides quot & quâlis rationibus obstringeretur Christus ad debitum mortis pendendum.

Cum igitur talis sit Christi mors, ac tot modis salutem nostram comparauerit, totque rationibus nos liberauerit; merito dicitur redemptor, id est iterum emptor. Itã enim dixit Propheeta: *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Declaro quomodo sit copiosa ista redemptio. Quia enim Christus passus, & mortuus Deus, & homo est; ratione diuinitatis quidem operatur salutem nostram per modum efficiētis ac principalis; ratione verò humanitatis per modum instrumenti, & organi coniuncti: sed ita vt ratione voluntatis, quæ est in humana natura, agat per modum meriti apud Deum, quo passionem, & mortem illi offerebat. Deus enim propriè mereri apud seipsum nihil valet. Ratione verò corporis cruciati, & sanguinis effusi agit per modum quidem satisfactionis, qua seruamur à reatu pœnæ, & per modum redemptionis, qua liberamur à seruitute culpæ: totus verò Christus Patri oblatus operatur salutem per modum sacrificij, quo reconciliamur, & placamur Deo, cui per Iesum Christum in Spiritu sancto immortales sint gratiæ, & honorificæ laudes decantentur ab intellectu prædita creatura in perpetuis seculis, Amen.

Act. 2.
 Infra 3.
 Matth. 27.
 1. Thess. 2.
 Quare Christus dicitur redemptor.
 Psal. 129.
 Vt sit copiosa Christi redemptio.





TRACTATUS III.

IN quo refelluntur, ac diluuntur omnia argumenta, quæ tùm à paganis, tùm à Iudeis fiunt, vt probent, passionem, ac mortem Christi, aut impossibilem, aut absurdam, & à ratione alienam; ac proinde minimè necessariam fuisse.

Iudæi, & Ethnici scandalum de Christi passione, ac morte cursumperint.

Incredulitas illorum & imptetas quid nobis profuerit.

1. Cor. 2.

Huius suscepti laboris ratio, aduersariorum calūnijs respondendi.

I. argum. 1. Tim. 1. Infra 6.

RECEDENTI tractatu cui&um reliquimus non solum mortem Domini congruentissimam, & ad multos fructus edendos vtilissimam, sed etiam quodammodo necessariam ad expiandum peccatum, ac perfringenda Satanæ vincula, quibus peccatores victos, captiuosque detinebat. Sed quoniam hæc tanta veritas splendore suo oculos multorum perstrinxit, neque eam humanæ mentes capere valuerunt, multa propterea, tùm Iudæi, tùm Pagani in ea intorquere non destiterunt argumenta; sed ita, vt per eorum obiectiones Evangelica veritas magis inclaruerit, & fides tanti Sacramenti solidior, & constantiior apud Orthodoxos reddita fuerit.

Postquam igitur nostrum est cum Paulo profiteri: Non iudicauis me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, de tantaque sapientia gloriari: nostrum quoque esse debet eas omnes refellere atque diluere obiectiones, quæ quo quomodo à quibuscunque fiant, & Evangelicam lædere veritatem videantur. In primis igitur ita quidam argutantur: Deus immortalitatis priuilegio gaudet, iuxta illud Apostoli: Regi seculorum, immortalis, inuisibilis; Rursus: Qui solus habet immortalitatem: quomodo igitur mori potuit Filius Dei? Adhæc si Deus contrarium non habet; quomodo pa-

ti potuit, qui impassibilis est, cuius tabernaculo flagellum non appropinquat? Cumque de illo scriptum sit: Ego Dominus, & non mutor: quomodo ille qui immortalis erat, & mortalis factus est, aliqua ratione non est mutatus? Prompta est, ac facilis huius argumenti dilutio. Nam etsi Deus in se ipso mortis, passionis, & motus cuiuslibet sit expertus, ac proinde mori, aut pati, aut mutari nequeat, in humanitate tamen assumpta illarum mutationum capaci planè mutatus est. Nam quemadmodum sine sui vlla mutatione, mutata tantum creatura creat, ita sine sui vlla mutatione, incarnatus est, & passus, & separata anima à corpore, & neutrum à Deo separatum. Vt enim patiente corpore meo, aut febricitate, Deus qui ibi præsens est, nec patitur, nec febricitat; & radius Solis in ligno securi percusso non percutitur, neque scinditur: ita Christo patiente in corpore suo, diuina Verbi natura nihil perpetiebatur, quanquam Verbum ipsum impassibile ob vnionem cum corpore pati affirmemus. Debent autem serio infideles admoneri, vt non scandalizentur, neque existiment diuinam Christi naturam per mortem eius in aliquo læsam fuisse: nam hæc, fides Catholica prorsus denegat, sicut pfitetur Christum cruci affixum. Quare Esaias inquit: Sicut enim in Monte diuisionum stabit Dominus sicut in valle, quæ est in

Psal. 90. Malac. 3.

Cum diuinâ natura pati nequeat, quomodo diuinum Verbum potuerit pati.

Stulle.

Esa. 28. Mons diuisionum apud Esaiam quid mystice.

Gabaon,

2. Reg. 5. 1. Paral. 4. Iosu. 10.

Peregrinū opus Dei, & ab eo alienū, apud Esaiam quod nā sit.

Arnobii li. 1. contra gentes, circa finem.

Pulchre, & eleganter Arnobius Dei impatibilitatem in humanitate patibili, aduersus Gentiles suorum etiā deorum percuntium demonstrat exemplis.

Damasce. lib. 3. de orthodoxa fide, ca. 26.

Gabaon, irascetur, vt faciat opus suum alienum est opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Stetit olim Dominus in Monte diuisionum, ex quo facillè Dauid percussit hostes suos Philisthæos, vt habes in libris Regum: stetit etiam in Gabaon sub Principe Iosue, quando dixit: Sol contra vallem Aialon, vt habes in libro Iosue, vt populus Dei hostes suos superaret: ita Christus in Cruce stetit contra hostes suos, vt eos traduceret, ac debilitaret. Opus suum, vocat seruare, & redimere: sed peregrinum, & alienum opus eius est pati, sanguinem fundere, ac mori, quæ Verbo, nisi ratione communicationis idiomatum, non conueniunt; idèque in Cruce peregrinum, & alienum opus passionis, & mortis in se sustinuit, vt opus suum seruandi, ac liberandi præstaret. Hoc argumentum diluens Arnobius libro aduersus Gentes, in hunc modum respondit: Sed more est hominis interemptus non ipse, neque enim cadere diuinas in res potest mortis occasus, nec interitionis dissolutione dilabi id, quod est vnum, & simplex, nec vllarum partium congregatione compactum. Quis est ergo visus in patibulo pendere, quis mortuus est? homo, quem induerat, & secum ipse portabat. Incredible dictum est, & cæcis obscuritatibus inuolutum. Si velis, non cæcum est & similitudini proximè constitutum. Si quo tempore Sibylla præsaga oracula illa depromens, fundebat vi (vt dicitis) Apollinis plena, ab impijs, esset cæca atque interfecta latronibus, nunquid Apollo diceretur in ea esse occisus? Si vates Helenus, si Martius, alijque similiter vates hauriantes: essent vita, & luce priuati, nunquid aliquis diceret lege eos humanitatis extinctos, qui illorum per ora loquentes, vias rerum postulantibus explicabant. Mors illa, quam dicitis, assumpti hominis fuit non ipsius gestaminis, non gestantis: quam nec ipsam perpeti succubisset, tanta si non agenda res esset, & inexplicabilis ratio fatis clausis patefacienda mysterijs. Hæc tenus Arnobius. Idem confirmat Damascenus lib. de Orthodoxa fide, his verbis: Et id sciendum, quod dicimus Deum carne passum, diuinitatem autem carne passam, aut Deum per carnem passum nequaquam. Nam quemadmodum Sole arborem super illucens, si securis incidat arborem, in incisus, & impassibilis perseuerat Sol: multo magis impassibilis Verbi diuinitas, secundum hypostasin carni copulata, carne patiente, impassibilis perseuerabit: & quem admodum si quis ignito ferro superinfundat aquam, quod quidem natum est pati ab aqua (ignis, dico) extinguitur, incolu me verò manet ferrum; non natum enim est ab aqua corrumpi: multo magis carne passa, sola impassibilis diuinitas passionem non admittit, inseparabilis ab ipsa permanens. Non tamen necesse est, omnimode, & sine quocunque defectu, exempli imaginem referre: quandoquidem necesse est in exemplis, & simile contemplari, & dissimile. Alioquin non esset exemplum: nam quod in omnibus simile, idem profectò fuerit non exemplum, & maxime in diuinis. Impossibile enim est, in omnibus simile inuenire exemplum, siue in sermone qui de Deo, siue in dispensatione carnis, scilicet assumpta. Ante Damascenum Eusebius lib. de Demonstratione Euangelica, sic inquit: Hæc namque omnia ad vsum, atque vtilitatem omnium nostram, humanum genus omni prosequens amore Dei Verbum, paternis consilijs administrabat: ipse interim iustus, & materia expertus, & incorporeus manens, cuiusmodi etiam pridem apud Patrem erat, neque mutans essentiam, neque perdens quod sua ipsius natura proprium erat, neque verò, aut corporis vinculis impeditus, aut à sua diuinitate deiectus: ac ne domesticam quidem Verbi potestatem amittens, sed neque ijs, qui illic quidem, vbi ipsi humanum vas aderat, degeret tantum, in alijs verò vniuersi partibus esse prohiberetur. Et enim tunc quoque, cum inter homines versabatur, nihilominus omnia complebat, interim & in Patre, & cum Patre idem erat, & omnium rerum pariter in eodè tempore, tam cælestium, quam terrestrium curam gerebat: nusquam ab illa presentia, qua cunctis rebus adest, nostro more exclusus: neque, diuinam, ne ageret more suo, impeditus, sed illa quidem à se ipso communicans homini, hæc verò à mortali ipse non accipiens: item mortali quidem

Solis, & arboris ad Deitatem, & Humanitatem Christi comparatio S. Ioannis Damasceni.

Altera eiusdem.

In exempli quid spectandum sit eodè autore.

Euseb. li. 4. de demonstratione. Euag. 6. 13. 10. 1.

Duo naturæ in Christo impermixtæ, ac pœnitè distinctæ.

vim diuinam suppedians, à mortali verò ipse non contra in partem, aut communitatem adductus. Neque igitur in partu à corpore ipse incorporeus inquinabatur, neque item qui patibilis natura expers erat, aliquid à mortali secundum essentiali pariebatur. Nam neque, verbi gratia, dū lyra pulsatur, aut nerui conuelluntur, patet verisimile est eum, qui ita praludit, neque dum cuiuspiam viri sapientis corpus torquetur, illius sapientiam, aut quam in corpore gerit animam, cadi, aut puniri merito dicere possumus. Eadem ratione neutiquam, multoque etiam minus, quod Verbi, aut nature, aut vis, detrimenti quippiam ex corporis affectionibus trahat, affirmare par est. Hæc illi Patres peracutè sanè.

Similitudines Eusebij Cæsariensis ad idem confirmandum.

II. argum.

Mors quomodo induat rationem boni, cū tamen maximum hominis malū sit.

Qua ratione mors Christi nobis profuerit.

Secundò argumentantur: Quomodo mors, quæ pura priuatio est, & nudum malum, potest esse causa boni, & maximè tanti boni, quantum est redemptio, & salus totius mundi? Respondemus, quod etsi mors, quatenus optimo bono hominis, id est, esse seu vita priuat, maxima sit pœnarum, potest tamen aliquã rationem boni induere, siue dum vita vitiosa, & peruersa priuat, siue cum inducit ad vitam æternam: nam hac ratione pœnarum omnium est remedium. Deinde assero, quod etsi mors Christi ex se, & quatenus priuatio est, nihil nobis proffit, ob virtutes tamen, quibus coniuncta fuit in Christo patiente, & acceptante, illamque non impediante, hoc est, amorem, obedientiam, atque patientiam, Deo quod ad se attinet, vniuersum mundum placuit, & profuit maximè, ob patientem Deum, & hominem Christum virtutem, ac pacto omnes homines continentem (quemadmodum Adam, qui in substantia seminali, atque pacto Dei omnes continebat homines, omnesque proinde læsit) plus igitur passio Christi nobis influit, quàm si omnes nos ipsi moreremur: magisque pretiosa est in conspectu Dei mors Filij eius, quàm nostra pessima mors extiterit illi ingrata: quia patiens, & vniuersalis fuit, id est, Deus, & caput omnium hominum, sicut finis eius Deus, & mundus, ac mors vniuersitatis ra-

tionem aliquam habent. Tertio, quomodo mors, quæ iam actu transijt, nec est amplius in rerum natura, saluare, ac reconciliare Deo peccatores valeat? Nam dicitur de illa: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et rursus: Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad inuicem, & sanguis Iesu Christi Filij eius emundat nos ab omni peccato. Respondemus, quod sicut transeunte prauo actu peccati, remanet reatus pœnæ; secundum quem is, qui peccauit, supplicio fit obnoxius, quemadmodum Adam vetitum fructum edens, nudus Dei donis remansit, atque mortalis: ita actu bono, ac meritorio transeunte, remanet vis, ac dignitas boni ipsius operis, secundum quam iustè, & laudabiliter operans dignus remanet præmio, vel in se, vel in alijs; atque ob hanc causam cum opera bona citò fiant, & perpetuo præmio remunerentur, bonorum operum gloriosus est fructus. Idem quoque dicendum de fructibus passionis, de quibus illud à Paulo asseritur: Non sunt condigna passionis huius temporis, ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis. Et rursus: Id quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ; supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Ad hunc modum obedientia à Christo Deo Patri impensa vsque ad mortem, tam viua, efficax, & accepta est hodie apud Deum, atque propter eam recipit peccatores, & iustos quosque remunerat, quantum fuit eo ipso die quo peracta est. Nec tantum futuris valet, sed omnibus electis, qui à principio mundi extiterunt, efficax fuit; vt propterea dicitur Agnus occisus ab origine mundi: quod eius virtus retroacta operaretur in illis gratiam, & salutem: Passio igitur Christi etsi non sit amplius in rerum natura, sicut non erat in mundi principio; virtus tamen eius in continua memoria est apud Patrem, vt propter illam præmio afficiat omnes, qui illi fide, & Sacramentis adhærent: siue illa essent præfigurantia, vt Circunci-

III. argum.

2. Cor. 5.

1. Ioan. 1.

Quemadmodum Christi mors quæ iam præterijt, & amplius non est, salutem conferre valeat. Gen. 3.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

Philip. 2.

Christus cur dicitur Agnus occisus ab origine mundi.

Apoc. 3.

fio, & sacrificia veteris legis; siue commemorantia, vel fructum ipsius continentia, vt apud nos Eucharistia.

III. argum.

Quartò obijciunt: Non esse boni consiliarij ea consilia captare, vt salutem mundi non nisi per horrendum, & summum peccatum operari velit: constat autem, mortem Christi, sine ingenti flagitio Iudæorum non fuisse perpetrata; videtur igitur diuinæ sapientiæ modus iste incommodus, atque dissentiens. Respondemus, ad bonum consiliarium spectare, vt nihil in salutem aliorum quicquam facere designet, quod cum peccato sit coniunctum. Nam de his dicit Apostolus: Aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt veniant bona, quorum damnatio iusta est. Sed tamen Christus peccatum aliorum non fecit, nec præcepit illis vt se interficerent, sed vetuit potius, & opera præstitit, propter quæ alijs erat ab ipsis cum omni veneratione tanquam verus Dei Filius, & indubitatus Messias recipiendus. Sapientiæ tamen diuinæ, atque infinitæ fuit aliorum peccantium malo bene vti, ac proinde ex tanto odio, tantam amoris flammam elicere; ex tanta stultitia, tantum sapientiæ lumen, ex tanta ignominia, tanta gloriâ; ex tanta paupertate tales, ac tantas diuitias; ex tanta ingrati animi significatione, tantâ gratiâ; ex tot, tantisque plagis, tantum medicamentum; ex tanta imbecillitate, tantam fortitudinem; denique ex tanta humilitate, tantam sublimitatē. Quam verò crimen Iudæorum ex se dignum fuisset mundi ruina, ob cuius horrorem Sol Eclipsim passus est, terraque motu insolito contremuit: Christus tamen ex alia parte mortem acceptans, & Deo in salutem pro omnibus offerens, plus valuit charitate sua seruare, quàm possent homines peccatis se contaminare, ac perdere. Cum enim virtutes vitij contrariæ sint: plus potuerunt Christi virtutes Deum mundo placare, quàm potuerint vitia, & peccata totius mundi, vel se sordidare, vel Deum irritare.

Boni consiliarij proprium quid.

Rom. 3.

Propriū Sapientiæ Diuinæ.

Matth. 27.

V. argum.

Quintò obijciunt: Quare summa Dei sapientia pro medio reconcilia-

tionis voluit mortem crucis eligere, quæ horrorem ingerit vel solo auditu, & Iudæis fuit scandalum, Gentibus autem stultitia, cum Deo innumeris alij modi seruandi minimè defuissent? Respondemus, Christi crucem vocatis, Iudæis, atque Græcis, nihil aliud esse, quàm Dei virtutem, & Dei sapientiam, alijs verò Iudæis, vel Gentibus nolentibus credere, factam esse scandalum, & stultitiam. Nam si Iudæi scrutari voluissent Scripturas, & lumini prædicationis Apostolicæ acquiescere, cognouissent vtique, illam vt pote in Scripturis prædictam, præfigurataque, omni acceptione dignam extitisse. Gentiles præterea, siue Græci, siue Romani, si plusquam oportet, sapere non voluissent, Christum in Deum verum recipere minimè dubitassent, si meminissent multos alios violèta morte interemptos se in Deos recepisse. Audi Arnobium libro aduersus Gentes: Pythagoras, inquit, Sapiens suspicione dominati: nis iniusta viuis concrematus in fano est: nunquid ea qua docuit, vim propriam perdidit, quia non spiritum sponte, sed crudelitate appetitus effudit? Similiter Socrates ciuitatis suæ iudicio damnatus, capitali affectus est pœna, nunquid irrita facta sunt qua sunt ab eo de moribus, virtutibus, & officijs disputata, quia iniuria expulsus à vita est? Innumerabiles alij gloria, & virtute, & existimatione pollentes, acerbissimarum mortium experti sunt formas, vt Aquilius, Trebonius, Regulus: nunquid idcirco post vitam iudicati sunt turpes; quia non publica lege feneratorum, sed mortis asperrimo genere lacerati, excruciatique perierunt? Nemo vnquam innocens malè interemptus infamis est: nec turpitudinis alicuius commaculatur nota, qui non suo merito pœnas graues, sed cruciatoris perpetitur scuitatem. Et tamen isti, qui hominem nos colere morte functum ignominiosa rideris, nonne Liberum & vos patrem membratim ab Titanis dissipatam sanorum consecrationi aptatis? Nonne Aesculapium medicaminum repertorè post pœnas, & supplicia fulminis, custodè nuncupauistis, & præsidem sanitatis, vaterudinis, & salutis? Nonne ipsam

1. Cor. 1. Quin aliter Deo, cum posset, quàm per horrendam Christi passionem, & mortem, hominè seruauerit. Ibidem.

Arnob. lib. 1. aduersus Gentes, paullo post menium. Pythagoras Samius cur occisus.

Nullus tamen cès malè interemptus infamis est.

Infames deorum interitusteorum tamen cultoribus sacris atque venerabilibus.

Herculem magnum sacrificijs, hostijs, & thure inuitatis incenso? Quem ipsi vos fertis viuum arsisse post pœnas, & concrementum in funebribus busticetis? Nonne illum Atym Phrygem abscissum, & spoliatum viro magna Matris in adytis Deum propitium, Deum sanctum, Gallorum conclamatione testamini? Nonne ipsum Romulum patrem, Senatorum manibus dilaceratum centum, & Quirinam esse Martium dicitis, & Sacerdotibus, & puluinaribus honoratis, & in adibus adoratis amplissimis, & post hæc omnia cœlum ascendisse iuratis? Aut igitur ridendi & vos estis, qui homines grauissimis cruciatibus interemptos Deos putatis, & colitis, aut, si certa est ratio cur id vobis faciendum putetis, & nobis permittite scire, quibus istud causis, Nationibusq; faciamus. Hactenus ille & acutè, & eleganter. Adhæc Gentiles scire possent, hanc ipsam mortem ex se non elegisse, sed à Iudæis electam sustinuisse: & quod plura, ac duriora pro nobis est passus, eo magis amoris sui magnitudinem nobis indicasse, maioraque nostra flagitia declarasse. Sexio: Quomodo non videtur Deus in perditione, & morte innocentis delectari, si à Christo innocente mortem, & illam quidem crucis exegit; cum scriptum sit in libro Tobia: *Non enim delectaris in perditionibus nostris, & Sapiens dicit: Quoniã Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum?* Respondemus negando antecedens: nec enim Deus delectatur in Christi passione, quatenus eum afflixit, aut vitam eius arripuit; sed quatenus voluntarie tolerata pro iustitia, & humani generis salute fuit; quemadmodum Deus non in pœnis, sed in patientia, & fide Martyrum delectatur: sic etiam non delectatur in pœnis damnatorum, sed in decore iustitiæ mala merita ipsorum punientis. Et ita intelligenda est illa sententia Prophetæ: *Latabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Hinc Ambrosius rectè dixit: *Christus qui immeritus occiditur, placet Deo: non quia occiditur, sed quia vsque ad mortem iustitiam conseruauit.* Hæc ille. Patet ergo Deus non pœna

mortis, sed piam Filij voluntatē, quã tam vtiliter mortē pro genere humano sustinuit, comprobauit. Ac vt Deus à nobis exigit suorum obseruantiam mandatorum, ac dilectionē, non propter suam vllam vtilitatem, aut indigentiam, sed propter nostrum omniū emolumentum: ita à Christo exegit satisfactionem pro peccato Adæ, & posteritatis suæ, non propter suam, sed Adæ ipsius, & posterorum indigentiam, & pro ea tradidit Christum in mortem, non quia maluit mortem Christi, quã vitam, sed quia maluit salutem totius mundi per temporalem mortem Filij mox suscitandi, quã vitam Christi absque morte temporali, siue salute mudi totius: gloriosiusq; ipsi Christo fuit mori ad tempus, & acquirere nomen quod est super omne nomen per resurrectionis gloriam in corpus immortale, quã sic semper viuere in carne mortali.

Septimo: An non fuisset melius, nobisq; proinde salutaris, Christū vnã nobiscū permanere, atque ita versari inter nos verbo, & exemplo docedo, signisq; nos excitando, quod facilius salutē assequeremur, quã per mortē crucis, qua omnes offendimur, & scandalum patimur, à nobis discedere, salubrius nobis esse pro spectum per Christi mortem quã si nobiscum vitam exegisset perpetuã: quia etsi per Christi mortē, facultate perficiendi virtutū opera, ampliusq; patiendi sit destitutus; quod videtur esse maius bonum quã sit bonum nos saluari, cū Christi opera magis essent in Dei gloriam, quã felicitas, & beatitudo electorū omnium: Christus tamen in cruce, exemplar omnium virtutū in supremo atq; heroico gradu exhibuit, quod celsit in maiorem Dei gloriam, & in maius nostrum, & meriti, & exempli beneficiū, quã si semper vnã nobiscum vixisset, & vitæ exemplo, atque verbo docuisset. Christi siquidem charitas in cruce detecta suprema fuit, & maior illa ex cogitari nõ potest. Cùm enim maiorē hac dilectionē nemo habeat, quã vt animam suam ponat quis pro amicis suis: ipse etiã pro inimicis, atque impijs extinctus est; hanc autem

Cur Deus à nobis exigat suorum obseruantiam mandatorum.

Philip. 2.

VII. argum.

Christus in cruce maiora nobis contulit bona, quã si per totam vitam suam nobiscum vnã fuisset.

Ioan. 15.

Rom. 5.

chari-

charitatis efficaciam, nõquã vitæ merita æquare potuissent. Præterea plus potest in nobis illa charitas per mortem crucis reuelata ad præseruandū nos à peccatis, & ad excitandū vt præstemus opera iustitiæ, quibus gloria Dei illustretur; quã omnes virtutes Christi multis annorū millibus viuientis nobiscū. Quocirca Dñs dicebat: *Nisi granū frumenti cadens in terrã mortuū fuerit, ipsum solum manet; id est, pauci conuertentur.* Rursus inquit, *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.*

Octauo obiiciunt Pagani, vt testatur Anselmus lib. Cur Deus homo: *si per redemptionē libertati estis, in qua quæso custodia, vel carcere, & in cuius potestate detinebamini, vt non potuerit vos vno verbo redimere, qui solo verbo mundum, vt dicitis, creauit? Quod si non potuit aliter liberare, quomodo sapiens est, qui tam indecora, ac absurda est perpessus? Quod si in voluntate Dei est ira volens punire, ergo in eadem volens parcere, & nolens parcere erit liberatio, seu redemptio sine morte.* Respondemus, captiuitatē hanc, & captiuantē ipsum, & carcerem quo detinebamur, & vincula, seu cõpedes spiritualia esse, & spiritualiter accipiēda, id est, per fidem, sine qua cū capere non valeant, admiratur Gentiles: at si Scripturas legissent, & peccata quantã spiritus captiuitatē inducant, & quã sint indissolubilia vincula, & quã sit captiuitatis dæmonis potestas, aliter loquerentur iniqui. Ait enim Apostolus, *Ascendens (nẽpe Christus) in altũ, captiuam duxit captiuitatē; & iterũ, Funes peccatorũ circumplexi sunt me, & Salomon, Iniquitates suæ capiunt impiũ, & funibus peccatorum constringitur.* Item Apostolus, *Vt respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.* Tantaq; est huius captiuitatis vis, vt vix citra diuinũ lumen à quo quã agnoscat, nec nisi diuina virtute hæc vincula diripi queant. Est enim captiuus qui nõ est sui iuris, sed in alterius potestate additus, & viuēdi libertate priuatus, vt rectè Christus dixerit: *si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.*

Nono: Non videtur prudentis mercatoris, pro vili merce maius pretium

Quid est, granum frumenti, nisi moriarur, ipsum solum manere. Ioan. 12. Ibidem. VIII. argum. Ansel. libr. 1. Cur Deus homo. c. 6.

Quæ sit illa captiuitas, à qua per mortem suã nos Christus eripuit, atque redemit.

Ephes. 4. Psal. 67. Psal. 118.

Prou. 5. 2. Tim. 2. Spiritualis captiuitatis vis, atque potentia.

Captiuus quisnam sit.

Ioan. 8.

IX. argum.

pendere, quã valeat: constat autem, Christū sanguinem suū fundēdo, plus dedisse, quã valeat totus mūdus. Respondemus, emere rem carius quã valeat, sapientis non esse mercatoris, si videlicet pretij indigentiam habeat, intendatque potius seipsum ditare, quã alienam inopiã subleuare. Non est autem Deus talis mercator, qui diues est in misericordia, & bonorū nostrorū non eget: qui nos ab alio, quã à seipso, non redemit, sed à sinistra iustitiæ nos eruens, per condignū pretium in dexterã misericordiæ transtulit, & ita pretiū datum minimè alienatur. Adhæc etsi minori pretio potuisset temere; voluit tamen tanto nos pretio dignos facere, ne à captiuitate semel dæmonis educti, iterũ Tentatoris fraudibus, delicijsq; mundi submergeremur, inuolueremurque. Pone. v.g. Regis filiū sub immanissimo Turca captiuum detineri, & pro eo afferendo in libertatē numerari mille aureos, deinde duo alia millia numerari illi iam redempto, vt in patriam redeat, & habeat vnde honeste itineris sumptus faciat: ad hunc modum Christus nõ solum redimit, sed dat gratiã, virtutes, atq; alia charismata, quibus fultus in patriam redire valeat. Ita cū Helisæus propheta ad inopiam viduæ subleuandam, de oleo misericordiæ prospexit, & plusquã esset debitū viduæ pretium olei excederet, dixit Propheta: *Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo; tu autem, & filij tui viuite de reliquo.*

Decimo obiicitur: Deus Pater plus dilexisse videtur genus humanū, quã Filiū suum, quemadmodū plus diligimus mercē, quã pretiū, quod pro ea numeramus; & quia nos per mortem Christi redempti sumus, Christus autē non habuit alium Christū, qui pro eo moreretur: dicendū est in primis, nõ esse duos in Deo amores, vnum videlicet imperfectū, quo nos diligit, & alterū perfectū, quo diligit Christū: quia in Deo nulla est imperfectio, & non possunt esse duo amores infinite perfecti. Ideo dicendū, quod Deus eodem infinito amore perinde nos dilexit, atq; Christū: quod ad effectum tamen

Cur tantū Christus nos viles adeo, atque nihil emerit, atq; redemerit. Ephes. 2.

II. ratio.

Qualis illa Christi sit redemptio generis humani.

Alterū exemplum. 4. Reg. 4.

X. argum.

In Deo imperfectū nihil. Deus eodem infinito amore, quo Christum, & nos dilexit.

attinet,

attinet, videretur maiorē nobis indicasse amorē, quā Christo: tū quia dādo vnigenitū ad mortē pro mūdo, maximū honoris gradū ostendit: quod tamen Christum non habet: quia non habet aliū Christū pro se mortuū, nec potest gloriari sicut nos de Christo mortuo pro nobis. Quod si dicas, animam Christi fuisse innocentissimā, neq; redēptione egentē, id facile cōcedā. Sed vt pater plus blanditur filio infirmo, quā sano, quia plus eget; ita Deus plus amoris nobis impedit infirmis, & peccatoribus in medelā nostrorū delictorū sanguinē Christi dādo, quā ipsi Christo innocētī peccatū non habenti dederit. Respōdemus tamē, maiorem charitatē ostendisse Christo, dādo illi diuinitatē, & eligēdo eū in nostrū mediatōrē, impertiēdo illi tātā gratiā, & donorū, & virtutū charismata, vt spōte pro nobis in cruce moreretur, quā nobis fecerit: Et simpliciter beatus est magis dare quā accipere. Itē, nos simpliciter propter eū sumus, nō ipse propter nos, etsi propter nos sit fact⁹ mortalis, & passibilis. Ita enim dicit Paul. *Decebat enim eū; propter quē omnia, & reliq;. Deinde si quis obijciat: Quisquis filiū morti pro seruo redimēdo exponeret, ostenderet se maiori affectu prosequi seruū, quā filiū. Sed profecto nō hinc sequitur, qd plus dilexerit nos: quia dādo Christū in mortē, non priuauit se ipsum Christo, imō illū dedit in mortem, vt illū excitatū a morte, & gloriosum cū seruo iam liberato reciperet. Tertio si obijcias: Etsi dedit plura, & maiora dona animæ Christi, quā nobis; quia tamen illa recepit Christus non propter se, sed propter nos, & in beneficiū nostrū; ideo videtur pl⁹ nos dilexisse, atq; illa dona plus videntur fuisse nostra, quā sua. Respōdem⁹, finē vltimū, cuius gratia illa data sunt dona, nō esse nos, sed Deū, vt vtatur illis donis in gloriā Dei, & suā. Ideo verū nō est qd infertur, plus nos dilexisse, quā Christū. Adhęc suo amore Christus, quia illū Dei sequitur, plus dilexit seipsum, quā nos: nā etsi pro nobis posuerit animā suam, plus tamen posuit propter Deū in nobis redemptis glorificandū, quā propter nos simpliciter.*

Qua ratione nos Deus pl⁹ quā Christū, dilexisse videatur.

Simile.

Deus ē contrario cur magis Christū dilexerit, quā nos.

Act. 20.

Heb. 2. II. obiectio in contrariū diluitur.

III. obiectio.

Vndecimō obijciatur: peccatū crucifigentū Christum maius esse peccato Adę, qd Bernardus vocat omniū peccatorū mundi grauissimū. Si ergo pro Adę peccato opus fuit morte Christi: ergo pro flagitio crucifigentium opus fuerit alia maiori, efficaciori; morte, & passione quā illa Christi. Respōdemus, extra rem esse quod populus Iudæorū occidēdo Christū plus deliquerit, quā Adā vetitū pomum gustando. Nā licet, habita ratione ad peccati speciem, grauius delictū sit cædes Christi ex intentione admissa, quā Adę præuaricatis, nec odio habentis, aut blasphemantis Deū, neque se, neque alios occidere cogitantis: pensata tamen cōditione peccantis, grauius deliquit Adam. Ait enim B. Augustinus: *Magna fuit Adę peccantis iniquitas, cui tanta inerat in non peccando facilitas: Sicut Abrahæ magna obedientia predicatur, quia vt occideret vnicū filium quem diligebat, res difficillima est imperata. Magnum malum est non obedire in re facili, & sub tanta potestatis imperio, & sub tam terrenti supplicio.* Hęc ille in sensu. Quare sub hac ratione grauius deliquit Adam. Nec obstat sententia Bernardi, dicentis: *Graue est peccatum originale, quod non solum personam inficit, sed naturam. Grauius tamen personale est cuique, quod propria voluntate committitur. Grauiissimum autem est singulare, quod commissum est in diuinam maiestatem, cum viri impij sacribegas manus iniecerint in Dominum ipsum Dei Filium crudelissimi homicida, imō si fas est, deicida. Quid duo precedentia ad tertium? Ad hoc expauit tota machina mundialis.* Hactenus Bernardus. Sed ille certē nō cōparat originale peccatum quod peccauit Adā, ad proprium cuiusque personale: nec ibi, nec alibi docet, Adam cæteris hominibus nunc peccantibus minus deliquisse, sed cōparauit originale nostrum peccatū, qd sola origine, & non propria voluntate contraximus, ad cuiusq; personale, quod asserit esse grauius, quā originale. Nam etsi illud originis maximū sit, ratione extensionis; non tamen est grauissimū pro cuiusq; persona. Deinde ibi Bernardus pensat criminū gra-

XI. argum.

Berna. ser. in 4. feria hebdomada penosa, ante medium.

Qua ratione maius sit peccatum Adę, peccato crucifigentium Christum. B. August. lib. 14. de Ciuit. Dei, c. 15. to. 5. Gene. 22.

Berna. ser. in Feria 4. hebdomada penosa, ante medium.

Explicatur Bernardi sententia asserentis eadē Christi si longe grauius fuisse peccatum illo Adę.

Alterā solutio.

uitatem

uitatem non secundum conditiones personarum, sed tantū delictorū obiecta: & sub personali nō complectitur primum Adę peccatum, quo perdita est originalis iustitia, seu innocentia, & infecta est humana natura, in posteris propaganda: nam personale duntaxat transit in personam eius, qui delinquit. Quanquam autem concedamus, crimen Iudæorum crucifigentū Christum, grauius, quā Adę peccatis; non tamen sequitur, peccatum illud Christi morte non posse expiari. Nam adē placuit Deo Patri obedientiæ, & amoris Christi patientis meritum, vt idoneum extiterit ad diluendum flagitium populi se in necē dantis: lōgē enim maius, & excellētius est Christi Dei & hominis patientis meritum, quā peccatum populi occidentis: vt docet Paulus in epistola ad Romanos. Atque in huius signum gloriose victoriæ Christus inquit: *Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt:* Et exauditus est pro sua reuerentia, nam reuersi sunt percutientes peccata sua. Quanquam verō non sit cōgruus satisfaciendi modus, quo peccatum additur peccato: tamē peccatum aliorum inuentum ad bonum finē referre, & facere ne impediatur satisfaciōnem, magni est satisfactoris. Et quanquam occisio Christi fuerit infinitæ malitiæ, quia eripuit vitā, quæ coniuncta erat Diuinitati, quæ infiniti est valoris, & pretij: Christi tamē meritum superare potuit illam malitiam, quia coniuncta fuit cum aliqua ignorantia, *Non enim sciunt,* Dominus ait, *quid faciunt,* & Petrus, *Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri,* & Apostolus, *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Ignorarunt siquidem Iudæi, etsi suo vitio, illum esse Deum. Hinc Bernardus: *Ad hoc,* inquit, *illi singulari peccato ignorantiam copulauit, abscondens illis suā diuinitatis Sacramentum, vt sub aliqua inuitia vmbra ignorantibus posset ignoscere.* Sic ille. Si ergo poterat Dominus expura malitia peccantibus ignoscere; multo magis cum illa.

Rom. 5. & seq.

Luc. 23.

Hebræ. 5.

Luc. 23.

Congruus satisfaciendi modus quis nam sit.

Luc. 23.

Act. 3.

1. Cor. 3.

Bernar. ibidem.

XII. argu.

Duodecimō: Eius est peccatum luere, & pœnas subire, qui peccauit; sed

Christus fuit iustus, & innocens, qui peccatum non fecit, & in quo dolus non est inuentus; ergo deformis videtur pœna in Christo innocente, secundūque videtur, peccatorem impunitum abire; vel magis debuit Verbū personā Adę assumere, & in illa satisfacere, vt eiusdem esset peccare, & peccati debitū luere. Respōdemus, aliud esse quēpiā inuitū pati, & puniri pro peccato, aliud, voluntariē satisfacere pro peccato. In puniēdo siquidē peccato, oportet illū qui deliquit, puniri, in satisfaciendo tamen potest vnus pro altero volūtariē pœnā sustinere. In priori pœnatur eius, qui deliquit, iniquitas, in posteriori eius, qui pœnā sustinet, beneuolentia, & charitas. Idē eius est inuitū puniri, cuius est peccare; ille tamen, qui nō deliquit, potest sua spōte satisfacere, & subire pœnā pro peccate, sicut debitoris est creditori soluere, etsi possit alius pro debitore, qui non est soluēdo, se aut fideiussorē prestare, aut creditori pendere debitū. Omnis enim pœna ex precedētī culpa oritur, nō tamen semper ex culpa propria patientis. Cū igitur dicitur turpe esse, si miseria sit, vel pœna, vbi eā non cōuenit esse: dicimus, deforme esse miseriam adesse non præcedente culpa, propter quā infligatur: turpis quoq; esset ordo vniuersi. In Christo autem pœna assumpta volūtariē pro nostris peccatis conueniebat illi, cuius bonitati, & misericordiæ congruū erat laborē, & dolorem sustinere pro peccatis parentū, vel filiorum: decorū enim, ac rationi consonū videtur, vt quemadmodū per Adam, & Euam parētes in omnes posteros peccatū transfusum est, vt aliquis ex eorū progenie natus pro peccatis omnium, qui nō sunt soluēdo, satisfaceret. Hinc si homo denuo a Deo conderetur, qui non esset ex eius stirpe, non pertineret ad eum pro debito Adę satisfacere. Quod verō dicitur, magis congruū fuisse diuinæ Sapientiæ, quōd Verbū assumpsit Adę personam, qui peccati causa fuit in vniuersos posteros transfusi, & quod in illo satisfecisset: quia magis decet puniri eum qui habet naturam peccatricem, quā illum, qui habet naturā

Esai. 53. 1. Pet. 2. 1. Ioan. 3. Inter eū, qui inuitus patitur, & pro peccato punitur, & eū, qui voluntariē satisfacit pro peccato, quid interficit.

Punitur pro priē quis inuitus.

Vbi nam turpe sit miseriam adesse.

Christo, nostrorū pœna peccatorum quatenus cōueniret.

Gene. 3.

Rom. 5.

Ad illud obiectum: Diuinū Verbū cōgruentius Adę personam, quā naturā assumpsit, pro eius peccato, omniumque nostrum satisfecisset.

inno-

innocentem: Respondemus, verum esse de poena ultionis diuinæ, quam inuitus quis patitur, non autem de poena placationis, vel reconciliationis, per quam quis satisfacit. In hac enim poenæ exolutione talis debuit esse satisfactor, qui non esset aliunde debitor: siquidem in satisfactione innocentia, & sanctitas requiritur. Hinc Apostolus pulchrè dixit: *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, & reliqua.* Opus etiam fuisset vel Christum incarnatum esse à principio viuentem Adamo, vel Adamum vsque ad plenitudinem temporis vitam produxisse. Homo igitur iustus, & innocens Iesus mori potuit pro bono publico, & pro Dei tanto honore, maximè cum cederet eiusmodi mors in bonum corporis sui ad gloriam immortalè suscitandi, & nominis sui exaltandi, & dominij in cælo, & in terra, & potestatis vniuersum orbè iudicandi. Porro bonum publicum nostrum est, quia per illud trahimur ad fugam vitiorum, ad amplectendas virtutes, ad Deum, atque æterna, ad decertandum vsque ad mortem pro iustitia, atque ad eum pro Deo ipso, qui pro me extinctus est. Nam milites præcedentes Imperatorem, si timeant mortem, excusantur, ut olim Patres: secus est de nobis, qui Christum dum sequimur, & ante oculos habemus. Ex quo autem Christus nostra peccata super corpus suum assumpsit, non habitus fuit simpliciter innocens, sed reputatus tanquam maximus peccator, quemadmodum fidei iussor, qui pro alijs se obtrinxit.

Decimotertio: Si Deus non nisi tanto pretio persoluto peccata remittit; quomodo dicitur gratis remittere, aut quomodo illi accinit coetus fidelium: Qui saluandos saluas gratis? Aut qua ratione à nobis iam iustificatis, poenas; & satisfactiones exigat? Aut quo pacto præcipit nobis, ut peccatis in nos sine vlla satisfactione dimittamus; cum ipse satisfactionem exigat, & nobis exemplum in oppositum proponat? Dicendum, quod etsi exigat pretium iustum redemptionis, dicitur tamen gratis sal-

uare, id est, absque nostris meritis, & tamen empti sumus sanguine Christi: itaque gratiam, & iustitiam in hoc opere redemptionis coniungit, ut Apostolus ad Romanos docet: *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem precedentium delictorum, &c.* Quod verò exigat vel contritionem, vel confessionem, vel satisfactionem à nobis; non mirum est. Veteris enim vitæ dolor, & motus fidei in Iesum Christum exiguntur: non tanquam opera, quibus pro peccatis satisfaciamus, sed ut dispositiones necessariae, quibus applicetur nobis Christi passio, & meritum: satisfactio verò, & confessio relapso post baptismum poenitenti imponitur, non ex eo quod pretium Christi sit minus sufficiens, sed ex eo quod vis pretij illius nec semper, nec æqualiter applicatur in omnes. Nam cum hæc Christi passio per fidem, & fidei Sacramentum communicetur, & non sit in omnibus æqualis fidei per dilectionem operantis mensura; nec æqualiter in omnibus Sacramentis operetur, quia in baptismo in totum applicatur pro expianda culpa, & reatu poenæ etiã temporalis; at in Sacramento Poenitentiae remissa culpa, & poena æterna, superest reatus poenæ temporalis persolendus, aut in hac vita satisfaciendo, aut flagella Domini paterno animo immissa patienter ferendo, aut denique in Purgatorio luendo, nisi aut sacrificio altaris, aut suffragijs viuorum, aut per indulgentias comunicatas subleuemur. Quod verò Deus tam duram exigat satisfactionem, qui tamen vult nos sine satisfactione remittere: nihil distans obstat. Quia illud locum habet in satisfactione, quæ detrahatur aliquid ab eo, qui iniuriam fecit, ceditque in utilitatem eius, qui iniuriã passus est: at in proposito Deus ipse est, qui de suo dat id, quod sit pro nobis satisfactio; nihil commodi illi accrescit ex huius pretij solutione, quæ tota nobis proficit: nec detrahatur nobis aliquid, sed Filius datus est

Rom. 3.

Contritione, confessione, atque satisfactionem à nobis cur exigat Christus olim qui pro nobis latifecit.

Quare tam duram à nobis Deus exigat satisfactionem, qui tamen citra vllam satisfactionem vult à nobis remitti.

nobis,

nobis; ut eum Patri danti pro nobis reddamus. Ad id verò, quod Deus præcepit nobis, ut peccatis in nos, absque vlla satisfactione dimittamus: responderet Anselmus, negans secundam partem. Deus autem præcipiens ut vindictam non faciamus, præcipit ut non præsumamus id, quod solius Dei est: quia ad nullum pertinet vindictam facere, nisi ad eum, qui Dominus est omnium, cuius solius legem peccans aut contemnit, aut negligit. Homo autem; cum quicquam damni vel incommodi temporalis admittit in proximum, non peccat, nisi contra legem Dei id faciat: nam Deo volente licuit filijs Israël spoliare Ægyptios, imò etiam filium innocentem occidere, ut patet in Abraham parato. immolare filium suum, quem diligebat, Isaac. Deus verò ultionum peccati est Dominus, potestas autem creata non est domina; sed ministra ultionis, ad quam spectat poenas sumere, & peccata inferiorum corrigere, iubente Deo, & leges, & magistratus confirmare.

Decimoquarto obijcitur: Quomodo passio singularis hominis Christi potuit promereri salutem omnium hominum, & pro omnibus satisfacere apud Deum? Dicendum est, Christi passionem non esse nudi hominis, sed eius qui Deus sit, & homo; & ob id pro toto mundo efficax est. Deinde est passio hominis vniuersalis, vnde etsi naturam atomam assumpsit, nulla tamen substantia, vel hypostasi humana circumscriptam: in quo homine Deus posuit nostram liberationem, & salutem, quemadmodum in primo parente Adamo nostram primam sortem posuit ad lucrum, vel ad damnum. Ad hæc cum Christus caput sit Ecclesie, hinc eius merita toti corpori suo, & singulis eius membris valere Deus voluit. Quod duplici exemplo habet illustrare, altero de femina grauidâ, quæ cum gemellos habeat in ventre, non tantum pro se, sed etiam pro illis edit, aërem spirat, dormit, ambulat: ita Christus pro omnibus filijs suis, atque electis, quos in mente sua, quasi in utero suo gestabat; & opera omnia

fecit, & passionem, & mortem sustinuit. Alterum exemplum sit Pontificis, qui olim ad Sancta sanctorum ad sacrificandum, & orandum intrabat, sed vestitus Rationali, in quo erant nomina duodecim tribuum filiorum Israël, ut agnosceret se pro omnibus intrare, proque omnibus peccatis, ac sacrificare: hic est Christus verè summus Sacerdos, qui nomina omnium hominum in memoria sua, quæ nunquam desunt, scripta habebat, pro quibus omnibus omnia opera sua, atque passiones cum morte Patri suo obtulit. Triplex consideratur operum genus à Doctoribus in Christo: quod dam eorum, quæ solius sunt Dei, ut peccatum remittere, viuificare, iustificare, glorificare, & miracula edere. Alterum genus operum erat, eorum, quæ non nisi solius hominis sunt, ut obedire, orare, sacrificare, certare pro iustitia vsque ad mortem, gratias agere, pati, mori, sanguinem fundere, & quæ sunt huiusmodi: hæc enim, nisi solius hominis esse non possunt. Postremum genus est eorum, quæ non possunt esse nisi illius, qui simul sit Deus & homo, ut, satisfacere per iustum pretium, mereri ex condigno, & perfectè redimere genus humanum; omnes tamen operationes ob vniõnem naturarum in vna persona, pretij, ac dignitatis infinitæ vim habet, & sunt simul humanæ & diuinæ; ut gladius igneus, qui simul secatur & urit, & ideo pro omnibus, quibus vellet; illa applicare poterat.

Decimoquinto: Si Christus soluto pretio redemit nos à potestate damonis, quomodo dicitur vincere, prædari, spoliare, & Christus victor, fortis, bellator, gigas, atque triumphator? Repugnat enim ratio emptionis, & venditionis, cum victoria depredate, quod hæc violentiam & potentiam denotet, ut illa iustitia. Item si vicit, & satisfecit, quomodo dicitur orando, & impétrando habuisse regnum: *Postula, inquit, a me, & dabo tibi: Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra?* Ad hæc si Christus bellator, & victor, quomodo dicitur victima, siue sacrificiũ, & hostia,

Exod. 28.

Triplex operum genus in Christo agnoscent Doctores.

Decimoquintum argumentum. *Esaiæ 8.*

Psalm. 21. Act. 13.

Heb. 1. & 5.

In satisfactio ne quid requiratur. *Heb. 7.*

Quid nobis profuerit omnibus passio, & mors Christi. *Eccles. 4.*

XIII. argu.

Si gratis nos Christus saluat, cur pretium exigit redemptionis?

Duplici exemplo hæc veritas declaratur.

pro peccato? Præterea, si hæc Christi saluandi ratio dicitur redemptio à seruitute; quomodo vocatur curatio, mundatio, sordium purgatio, viuificatio, siue resuscitatio, & illuminatio? Postremo; quomodo Christus redemit à diabolo, cui Pater, & Filius nihil debebant? quomodo cum diabolus non sit alienatus à Dei dominio, & potestate, sicut nec homo ipse reus, & peccator? Et quid opus fuit ad eum spoliandum de cælo descendere, cum Dominus sit eius, & infinita potentia posset spoliare, & iustum esset, vt is, qui violenter, & per fraudem occupauit spoliū, illo ipso vi, & fraude spoliatur. Quoniam hoc argumentū multa inuoluit, peculiariter ad singula quæque est respondendum. Et vt ad vltimū primo loco respondeamus, dicendum est, nec Patrē, nec Filiū quicquam diabolo debuisse, sed Deo offenso factum esse hominem debitorem, reumque decem millium talentorum, hoc est, debiti per hominem insolubilis, pro quo Christus ex misericordia se debitorem constituit; ideo dicitur Agnus tollēs peccatū mundi. Deinde diabolus nec fuit alienatus à potestate Dei, nec vnquā habuit iustū dominū super hominē, nisi fortē iubente Deo, sicut custos carceris, seu tortor. Similiter homo per peccatū à Dei potestate non fuit alienus, vterque tamen à lege, & obedientia Deo debita, & libertate perueniendi ad eius visionem alienatus fuit, semperque Deo subiectus, aut infcius, aut inuitus, aut spontaneus. Infcius quidem, vt impius, qui interdum in hac vita permittitur viuere; inuitus; dum pressus sentit pœnā sub Deo vindicante: spontaneus verò, vt iustus, qui voluntariē Deo sacrificat. Qui ergo recedit à voluntate Dei legem dantis; incidit in voluntatem Dei iuste peccatum vindicantis. Cum ergo dicitur in argumento: Nemo quicquam emittit, aut redimit nisi quod suum non fuit; aut quod suum esse desijit dicitur, quod homo per culpā desijit esse Dei, non quidem vt creatura, nec alienus à Dei dominio, sed vt filius & heres regni, factusque est vas, & filius iræ, & seruus peccati. Cūm

ergo dicitur, redemisse nos Deum à potestate dæmonis; intellige non tanquam domini, sed tanquam licitoris & ministri vlticis diuinæ iustitiæ: ideo Christus non tam liberauit nos à potestate dæmonis, quàm à manu iræ Dei, vt simus sub manu gratiæ, & misericordiæ. Christus igitur, cum vocat diabolū Principem huius mundi; & Apostolus tradit, diabolū habuisse mortis imperium, impiosque detinere ad ipsius voluntatem: intellige illum, principatū, & imperium habuisse, non tanquam dominum, & iudicem vitæ, & mortis, sed vt ministrum iustitiæ Dei peccatum punientis, velut latronem, non ex amore iustitiæ, sed ex odio; & inuidia torquentem. Iustam ergo habuit dæmon in peccatores potestatem, id est, iuste desuper datam; sed tamen nunquam meruit illam habere, quia fraude, & mendacio illam obtinuit, etiamsi homo meruerit sub eo pati tyrannidem. Non ergo pretium penditur vt custodi, & ministro, iustitiæque executori, id est, diabolo, sed proprio, & vero domino, id est, Deo. Adhæc, etsi Deus potentia, quā vbique regnat, diabolū pervincere potuerit, etiamsi de cælo minimē descenderet: hic tamen modus, quo Iesus vsus est, superfluous non est, aut ratione caret: imò congruus erat diuinæ sapientiæ. Tum quod in eo sacrificium fieret agni innocentis ad placandam iram Dei, tum quia in eo declaratur Dei misericordia, & iustitia: tum quia sanando nostro morbo congruentissimus fuit, in quo nobis & remedium contulit, humilitatisque, patientiæque, & dilectionis præbuit exemplum; tum denique, quia ad vincendum diabolū modus fuit consultissimus, vt sic calliditate, atque prudentia Satanę delusa magis per iustitiam, quàm per potentiam sentiret se esse deuictum. Nam

*Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat:
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret.
Et medellam ferret inde,
Hæstis vnde leserat.*

A potestate dæmonis, & seruitute Christus quomodo liberauerit.

*Ioan. 12.
& 14.
Hebr. 2.
2. Tim. 2.*

Qualē dæmonius imperiū teneat, mundi que principatū, teste Scriptura.

Cūm alla ratione Christi dæmonū vincere, quā de cælo descendēdo, potuerit, quare potius per passionem voluerit.

Ecclesia in Hymno de passione quæ dicitur ad Matutinum.

Quomodo Christus redemit à diabolo, cui Pater & Filius nihil debebat

Ioan. 1.

Quis quidem mat aut redimat proprie

Ephes. 2.

Postremo rationi congruum erat, vt is, qui violenter & per fraudem aliquid occupauerat, sua præda per superiorem potentiam, & non per iustitiam spoliaretur. Sed hoc locum habet, vbi spoliū occupatum innocenter opprimitur, & vbi non debetur vlla satisfactio ab eo, qui detinetur, cum quenquam non offenderit. Nunc autem homo non sine suo merito opprimitur à diabolo, atque torquetur: cui etsi Deus Pater, & Christus nihil debeant, quare nec illi satisfacere, aut pretium soluere oportuit, aut decuit; miser tamen homo suo merito datus est spoliū diaboli, quia factus erat debitor Deo, quem offenderat: proinde diuinæ sapientiæ congruum erat, vt in ipsa liberatione hominis à potestate diaboli seruaretur iustitia quædam sapienter puniendo peccatum.

Ad aliud verò, Quomodo cum pretio emerit à potestate dæmonis; cum dicatur vincere, prædari, & spoliare, & orando impetrare, & per modum victimæ, & sacrificij Deum placare, hominem sanasse, purgasse, atque illuminasse, atque in vitam excitasse? Dicendum est, Christum vt pote Dei sapientiam ac virtutem pluribus modis, vt copiosa esset apud eum redemptio, salutem nostram fuisse operatū; vt ita dum pluribus modis nos Christo obstrictos intelligeremus, eò magis illum diligeremus, gratique essemus, ampliusque imitandi exemplum haberemus. Est enim liberare, eum, qui aut seruus, aut victus, aut captiuus erat, manmittere, id est, liberū, & solutum facere. Emerere verò, est, aliquid pretio iusto dato suum facere; redimere autem, aut idem est quod emere, vel addit tantum iterationem quædam emptionis, recuperationisve tum iuris, tum possessionis semel amissæ. Differunt ergo redimere, & liberare: liberare enim est, liberū solutumve facere, quod erat seruituti, vel captiuitati obnoxium: redimere verò est per se iustum pretiū recuperare, quod erat amissum: satisfacere verò, tantum est facere, quantum satis est, aut offenso, siue læso, & irato ad vindictam, aut

creditori ad solutionem: vincere verò est in certando, luctando, seu pugnando hostem, seu aduersarium superare, illique vim facere, & sub iugo, & potestate sua eum ponere: reconciliare, est, pacem inter vnum, & alterū, qui dissidebant componere, & restituere in pristinam amicitiam, & gratiam alterius eos qui interposita offensa fuerant aliquando inimici, ideo dicitur mediator & Princeps pacis Christus. Hostia dicitur, ab hostibus victis; sicut victima ob eosdem deuictos, secundum illud: *Victima, quæ cecidit, dextra victrice vocatur:* Hostibus à domitis hostia nomen habet. Sacrificium verò, oblatio est Deo sacrata, qua offerēs protestatur se agnoscere Deum, vt conditorem, conseruatorem, omniumque bonorum largitorem, propitiatoremque. Sacrificium autem, reconciliationem, aut propitiationē pro peccatis ex ratione sua non habet, sed accidit illi ex animo, & mente sacrificantis per illud Deum iratū placare volentis: nam sacrificium constare poterat in recognitionem beneficiorum, etiamsi nullum peccatū exitisset. Porro viuificare, illuminare, sanare, purgare, vel mundare ex eo Christus dicitur, quod peccata secum adferant mortem, tenebras, vulnera, siue infirmitates, maculas, siue sordes: ideo Christus in Scripturis illos amplos habet titulos, vt dicatur liberator, redemptor, reconciliator, propitiator, mediator, reparator, instaurator, susceptor, viuificator, fortis bellator, ac victor; & apud Esaiam, velox spoliū detractor, apud Dauidem verò, salus, salutare, illuminatio, spes nostra, refugium, virtus, fortitudo, σωτηρία, id est, qui salutem præstat, hoc est, qui sanitatem vitæ, siue incolumitatem à malo seruat. Ipsi ergo Iesu Christo tot ac tantis modis potentissimo, ac sapientissimo redemptori, ac salutis nostræ autori, & conseruatori, cum Patre & Spiritu sancto, ab omnibus creaturis ope sua salutem consecutus, ac reconciliatis, iugis reddatur gratiarum actio, honor, & imperium in sempiternis seculis. Amen.

Quomodo Christus cum pretio soluto emerit à potestate dæmonis; cum dicatur prædari, & spoliare, & orando impetrare, & similia.

*Esaia 8.
1. Cor. 1.
Psal. 129.*

Liberare proprie quid sit.

Emerere quid sit, & redimere.

Redimere & liberare inter se quid differant.

Satisfacere, & vincere quid.

Quid sit reconciliare.

Esaia 9.

Hostia vnde dicitur a victima.

Quid lib. 1. Fast.

Sacrificium quid.

Peccata secū quid adferant

Christi nomē claturæ in sacris literis.

*Esaia 8.
Psal. 68.
Psal. 14.
Psal. 26.
Σωτηρία quid.*



TRACTATVS IIII.

In quo innocentia & iustitia Domini Iesu peculiariter cōtra Iudæorum, putantium Christum iusta ac digna morte peremptū, argumenta defenditur: & magna ex parte Caput vndecimum Sapientiæ explicatur.

SI superiori tractatu omnibus Iudæorum & Paganorum rationibus respondere pro virili nostra studuerimus, quibus illi in Christi mortem debacchantur, illam aut impossibilem dicentes, aut infirmitati & stultitiæ tribuentes: superest tamen ut peculiariter illam contra obstinatam Iudæorum malitiam tueamur. Aiunt enim Iudæi, Christū morte condigna & à se commerita plexum fuisse, ac proinde merito crucis supplicio affectum, tãquam seditiosum, & in legē blasphemum, communisq; pacis perturbatorē: hoc verò falsum esse, apertis rationibus euincamus. Quod ut commodius præstare valeamus, illa animum nostrum subit cogitatio: fingamus aliquem Imperatorem iniusta animi fortitudine, & rei bellicæ prudentia, atq; dexteritate præditū, atque illi contingere alicuius sui familiaris proditione ac dolo in hostiū suorum manus deuenisse, per eosque indigna morte vitam abrūpere coactū (quem admodum ferè accidit Sampsoni, qui artibus ac fraudibus Dalidæ vxoris in Philisthæorum hostium suorum ditionem traditus fuit) si quis esset ex militibus, qui sub illo fideliter militabant, rei tantæ indignitate permotus, ac vellet causā sui Imperatoris tueri, illumq; iniuria ac fraudulenter de medio sublaturū cōtra omne ius, & æquitatem defendere, nequaquam hic ut se fidum causæ patronum præberet, ad fletum, & lacrymas, quæ sunt arma puerorum, & fœminarum, conuerti

deberet, quia illis nequaquam posset ad vitam illum, qui indignè extinctus est, reuocare: sed si quid honorificum & illustre perficere vellet, deberet prouocatis hostibus, ad ratione & iustitia præditum certamen appellare, ac ira sui Ducis nomen & famam protegere, illumque ut innocentem & iustum omnis iuris & æquitatis ratione violata fuisse interfectum, apertisque atque inuictis argumētis demonstrare, ut saltem hac ratione Imperator, qui iniuria est extinctus, nomine innocentia atque fama iustitiæ in omnium hominum auribus, oribus, atq; scriptis viuere possit gloriosus, honorificus, atque illustris. Ad hūc planè modum ego paruus ac fidus mei magni Imperatoris, ac amantissimi magistri Iesu Christi seruus, cernens illum à rabidis & efferatis Iudæis raptum ad mortē, dolo ac fraude discipuli Iudæi, qui vilissimo pecuniæ pretio illum ausus est Iudæis vendere, proditum, arbitratus sum parū posse lacrymas ac luctum iuuare ad eum in vitam reuocandum, quanquam ad fructū passionis Christi nobis deriuandū, vtilis maximè, & conducibiles videantur: sed illud esse gloriosius, & ad Christi nomē illustrandū aptius, si ostenderimus eius omnimodā sanctimoniam, innocentiam, atque iustitiam longè ab omni scelere, aut eius vel leui suspicionem seiunctā atque alienam: Iudæos verò grauissimo iniustitiæ genere, omniumque flagitiorū maculis conuictos fuisse, ut merito ob immani-

Matth. 26.

Iudæi ob eadem Christi innocentissimi, sanctissimi, que poenas luant omnium hominum miserissimi.

tatem

Iudæorum in Christum obstinata maliguitas.

Quale Christi innocentiam ab improbis Iudæis, eius oppressoribus vindicare volentis officium merito videtur. Iudicum 16

Fletus & lacrymæ arma puerorum & mulierum.

Quam odiosum Iudæorum nomen apud Christianos, quam inuisū

Verba Sapientia apud Salomonem, in persona Iudæorum contra Christum

Matth. 27.

Ioan. 7. Esaiæ 53.

tatem, grauitatemq; tanti sceleris Iudæi, loco, & templo pulsi fuerint, omnibusq; gratiarum, & Prophetarum ornamentis destituti, in vniuersas orbis partes dissipati miseram, atque infelicem vitam ducere cogantur, ut nulla mundi natio tantum sibi odij, & inuidiæ conflauerit, atque ista, ut vel ad solum nomen Iudæorum omnes indignentur, iramque ingentē, & animorum acerbiteriam cōcipiant, vsque adeo, ut atrocior iniuria vili irrogari nō possit, quam si Iudæus appelleretur. Quod si nos, Deo dante, hoc præstare potuerimus, præclare ac perpetuæ famæ vitam (postquam corpoream non possumus, & quā ipse suo Marte confestim recuperauit) Christo tribuere conabimur. Accedat igitur Iudæus, pdeat omni genere armorū munitus, iaculetur argumēta quantumlibet suo iudicio firma atque inuicta: nos hic parati sumus facili negotio illa omnia dissoluere, & in torquentes illa salutariter retorquere, ut ita innocentia Domini Iesu illustris atque perspicua appareat. Quæcunque igitur Iudæus adducere potest, quod ostendat eum morte dignum, per Spiritum sanctum coaceruata sunt, & in vnum veluti corpus congesta, & in capite secundo libri Sapientiæ descripta. Sic enim habetur: *Opprimam⁹ pauperē iustum, & nō parcamus viduæ, nec veterano, nec reuereamur canos multi tēporis. Sit autē fortitudo nostra lex iniustitiæ: quæ enim infirmum est, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iustū, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata discipline nostræ. Promittit se scientiam Dei habere, & Filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutat a sunt viæ eius. Tanquam nugaces estimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquam ab immunditijs, & præfert nouissima istorum, & gloriatur patrem se habere Deū. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciamus quæ erunt nouissima illius.*

Si enim est verus Filius Dei; suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia, & tormento interrogemus eum, ut sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum; erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt; excæcavit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec indicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam Deus creauit hominem inextinguibilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiit in orbem terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Nonne ita descripsit nefarium illud (ut verbis vtar Lactantij) consilium ab impijs inicum contra Deum, ut planè interfuisse videatur? Hæc verba per partes explicanda sunt; & argumenta Iudæorum in eis contra Iesum contenta diluenda. Sed in primis, ne quisquam huius libri autoritatē infringere valeat, statuendum est; hunc librum non esse Philonis Iudæi, sed verè ipsius Salomonis. Duplex enim extitit Philo Iudæus, alter disertissimus, qui vixit sub Caio Caligula Imperatore, ad quem valde iuuenis legatus ab Alexandrinis est missus, ut ipse in libro de legatione sua ad Cæsarem testatur, de quo, ob insignem eius eloquentiam dici solitum erat: *Ἡ Φιλοῦ πλεῖστον ἦν, Ἡ Πλάτων Φιλοῦσι*. Hui⁹ ergo hoc opus esse nequit: nā in primis huius extat Catalogus librorum scriptus ab Eusebio in libro Historiæ Ecclesiasticæ, & à Hieronymo in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Huius autem libri nulla extat in illorum catalogo mentio; quare falsus est Erasmus in lingua sua asserens hunc librum factum esse huius Philonis. Deinde, si hic liber esset Philonis, non esset cum libris veteris Testamenti computandus; sed cum illis noui: quia post Christum vixit, & Romæ cum Petro est versatus, ut testatur Eusebius. Ad hæc non dixisset tam clarè & apertè de morte & passione Christi Messia: prophetans: *Circumueniamus iustum;*

Matth. 27. Psal. 21. Ieremia 11

Rom. 1.

Gen. 2. & 5. Eccli. 17.

Gen. 3.

Lactan lib. 6. cap. 16. in medio.

Quod libet Sapientionis sit Philonis Iudæi, sed Salomonis, probatur.

Philones duo apud scriptores Ecclesiasticos memorantur.

Prima ratio.

Euseb. l. 2. Hist. Eccl. c. 18. to. 1. Hieronym. tomo 1.

Erasmus de hoc libro quid senserit Secūda ratio

Euseb. lib. 2 cap. 2. Tertia ratio.

Quartaratio

Dionys. lib. de diuin. no min. cap. 4.

Idem cap. 7

Idem.

Cyprian. li. 1. epist. 9. & lib. 3. ad Quirinum.

Non etiam hunc librum esse Philonis illius, Ontæ summi Sacer dotis ætate qui floruit. Prima ratio.

1. Paral. 28
2. Paral. 1.

Secūda ratio Iose. lib. 1. in Apionem Grammati.

Tertia ratio Sapien. 1.

Quarta ratio Euseb. lib. 4. Eccl. histo. c. 22. in fin.

Epiphanius

quoniam inutilis est nobis, &c. neque detestaretur Iudæorum inuidiam & zelum in Christum iustum: quod non est verisimile fecisse hunc virum summo affectu Iudæis addictū. Postremo, Patres non citarent eū tanquam diuinam Scripturam, quemadmodum facit Dionysius libro de diuinis nominibus, ubi ait: *In ipsis introductionibus eloquiorum inuenies quendam dicentem de diuina sapientia: Amator factus sum forma illius; quod habetur capite octauo huius libri.* Idem inferius citat illud: *Attingit ergo a fine in finem fortiter, & disponit omnia suauiter: quod habet in cap. 8. huius libri: & cap. 2. de Ecclesiastica hierarchia, quasi ex diuina Scriptura citat illud cap. 5. Acuet diram iram in lauceā, & pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos.* Origenes frequenter citat hūc librum, atque Chrysostomus. Cyprianus in epistolis interdum, & libro in Iudæos ad iucit illud Salomonis vaticinium contra Iudæos: *Contumelia & tormento interrogemus eum.* Augustinus multis in locis huius libri sententias tāquam diuinas vsurpat. Non est igitur Philonis illius Iudæi discretissimi.

Deinde nec est Philonis illius senioris, qui floruit temporibus Ontæ summi Sacerdotis per 160. annos ante Christi aduentum. Et probatur: quia cap. nono autor libri se proficitur a Deo electum in Regem, & præceptū sibi vt ædificaret templum in monte sancto suo: quæ alteri quā Salomoni non possunt competere. Deinde Iosephus libro in Apionem Grammaticū Philonem seniorem non inter Iudæos historicos, sed inter Ethnicos, & qui nunquam sacros libros attigerant, recenset. Tertio Ecclesia feria quarta in die Pentecostes cantat: *Dixit salomon filijs suis: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Adhæc Eusebius in libro Ecclesiasticæ historiæ sic habet: *Verum & hic ipse (scilicet Egesippus) & Irenæus, & omnis antiquorum chorus, librum, qui attitatur, Sapientia, Salomonis esse dixerunt, sicut & Prouerbia & cætera.* Epiphanius libro de ponderibus & mensuris, Librum sapientiæ *ναυτίον*

ab omni virtute, quæ in eo cōtinetur, appellatum, Salomonis esse credit. Et Damascenus in libris de Orthodoxa fide, omni virtutum doctrina referat esse tradit: quemadmodum etiam Athanasius hunc librum sapientiæ Salomonis tradit. Quod autem in Canone Hebræorum non sit, ob id profectō fuit, quod non Hebraico idiomate fuerit conscriptus: vnde Græcā redolet eloquentiam; & quia in eius principio manifeste cōtinetur mors turpissima violenter Christo illata, & futuræ vitæ æterna præmia, quæ manent iustos, & sempiterna supplicia, quæ impijs sunt referuata. B. August. lib. 2. de doctrina Christiana, existimauit Iesum filium Sirach autorem Ecclesiastici, scripsisse librum sapientiæ Salomonis, sed id postea recantauit, lib. 2. Retract. cap. 4. Est igitur in Canone Hebræorum non sit, & aliquando à nostris, vt Athanasio & Hieronymo de eius libri fide fuerit dubitatum: postquam tamen Ecclesia Catholica in concilio vniuersali, tum Florētino, tum Tridentino congregato hunc librum in Canonem recepit, eius fidem in dubiū reuocare nefas est. Est igitur hic liber & verè Canonicus, & Salomonis.

Sed iam ad explicationem illius accedamus. Cū in illo capite Prophetæ impiorum cogitatus, & opinionones descripsisset, animamq; mortalem ex illorum sensu cōstituisset, ac proinde vanam esse cogitationem de alia vita, quæ, extincta anima, nulla esse potest, & quod nemo agnitus sit, qui reuersus sit ab inferis, conclusit: *Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt; & vramur creatura tanquā in iuuentute celeriter. Vno pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereant nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant: nulum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Quoniam, inquit, hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra.* Ex veris principijs conclusionem falsissimam elicientes, & ex eodem quoq; principio aliam subinferunt conclusionē de opprimendis iustis & viduis, aut quibuscunque, qui quoquomodo suis voluptatibus aduersantur. Nam

Damas. lib. 4. de Orthodoxa fide. cap. 18. Athanasius in Synopsi. Quare hic liber in Canone voluminū Hebræorum non sit.

Aug. tom. 3. initio.

Idem eodē tomo 1.

Secundi capituli Sapientiæ præcitatū scopus.

Iudæorū ex veris principijs falsissimæ conclusiones & impiæ.

Athanasius tom. 5. 1. Cor. 2.

Exod. 22. Leuit. 19.

Ouidius. 1. Fast. prope initium. Expenditur illud de Messia dictum In deorum: Op primamus pauperē iustum.

Zachar. 9. Matth. 11.

Quomodo Iudæi (vt ait Salomō) sint reueriti canos multi temporis. Luc. 2.

Ibidem.

Astor. 7.

Deuter. 18

Hæc lectio Græcè quid significet: Robur nostrum sit lex iustitiæ.

ex eo quod impij præsens seculum elegerunt, vt testatur Athanasius in Synopsi, & Dominum gloriæ crucifixerunt, & Apostolos persecuti sunt; sequitur quod ait in genere: *Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterani reuercamur canos multi temporis.* Quod vel in genere dictum est de quouis paupere, iusto tamen, & viduæ, & senes: nam istis naturali quodam rationis ductu reuerentiam, & honorem præstamus, & ab omni contumeliæ specie in illos abstinemus. Vnde scriptum est: *Viduæ, & pupillo non nocebitis, &c. &: Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* Et quidam Poëta dixit: *Magna fuit capitis quondam reuerentia inq; suo pretio ruga senilis erat.* (cani, Et pulchrè ait, *pauperem iustum:* quia rarò inuenitur diues, qui aliquo modo iniustus non sit, vel peculiariter loquitur de oppressione Christi pauperis: nā ille singulariter apud Prophetas dicitur iustus, & singulariter pauper, atq; eius singulari iustitia, quasi quodā Solis splendore offuscari sunt Iudæi: eius etiam eximia paupertate & tenuitate offensi, ne reciperēt in Messiam, de quo per Prophetam Zachariā prædictū erat: *Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinum.* Ecce tibi Messiam simul iustum, & pauperem. Loquitur etiam de oppressione sanctissimæ Matris eius viduæ: nam interfectores filij, iniurij maximè in matrem extiterunt. Non sunt etiam reueriti canos multi temporis, qui in Iesum manus iniecerunt: nam ita non tantum Simeoni seni, qui cum in vlnas recepit, & Annæ prophetissæ anui longæuæ, qui ambo de Christi gloria & redemptione cecinerunt, contumeliosos se præstiterunt, sed etiā vniuersis Prophetis, atq; in primis ipsi Moysi legislatori, qui Christum audiendū, ac recipiendum per Spiritum sanctū præceperat. Subdit: *Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ, quod enim infirmum est, inutile inuenitur.* Prior clausula Græcè aliter habetur: *Εσω δε ημῶν η lex οὐκ οὐκ ημῶν*: Id est, Robur nostrum sit loco legis atque iustitiæ, vt quidquid

possumus, id iustum iudicemus: & legem ipsam iustitiæ metiamur non ipsa æquitate, sed nostris viribus. Et ita vides lectiōne apertiore ac veriore esse, si legamus: *Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ;* vt legimus in correctis codicibus: *Quoniā autem quod viris impijs placet, iniustum esse solet, & ab equitate longè alienū:* propterea legerunt alij, *Lex iniustitiæ.* Nā isti sunt illi, de quibus Satyrus qui Jā dixit: *(luntas. Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione rogetur, et rectè subdit: Quod enim infirmum est, inutile inuenitur, scilicet ad nostrā cupiditatem implendam, & lasciuiam prouocandam. Et inferunt: Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis.* Iustus per antonomasiam, Christus dicitur, vt superius annotauimus. Atque in hac circumuentione videtur alludere ad concilium illud celebratum per modum conspirationis contra eum: de qua Ioannes Euangelista: *Collegerunt Pontifices & Pharisæi consilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, oēs credet in eū, &c.* Vnde rationem ineunt, qua via illum possint de medio auferre, & circumuenire, ne qua rima, aut fuga illis elabatur. Deinde videtur allusisse ad hæc Salomonis verba Esaias Propheta, qui cap. 3. iuxta 60. interpretum versionē (& vt citant Patres, præsertim verò Iustinus martyr in Dial. cōtra Tryph. & Cyprianus in exposit. Symboli, & Ambrosius in lib. de benedict. Patriarcharū, cap. 3.) sic habet: *Va anima ipsorum, propterea quod prauū consiliū ceperunt aduersus seipsos, dicētes: Vinciamus iustū, quoniā inutilis nobis est: itaq; fructus operū suorum comedunt.* Hæc ille, quæ consilio de vinciendo Christo, & præsentando ante Pontium Pilatum mirificè quadrant. Adde etiam Clementis Alexandrini verba, qui loquēs de Platone ait: *Scriptura quæ dicit: Tollamus a nobis iustum illum, quoniā inutilis nobis est, Plato tantum non prophetas de saluari economia & dispensatione in 2. de Republ. libro per quā similia memorat. Ad hūc modū, inquit, animatus iustus ille flagris cadetur, excrucietur, vincietur, oculis priuabitur, postremoq;*

Cur sic vertit noster interpretes: Sit autē fortitudo nostra lex iniustitiæ. Iuuenal. Quid sit, & enim infirmum est, inutile inuenitur.

Expenditur: Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis.

Ioan. 11.

Allusio Esaiæ Propheta ad hæc verba Salomonis.

Iustin. mar. tom. 2. B. Cyprian. B. Ambros. tomo 4.

Clem. Alexand. lib. 5 Stromatum tomo 2. Platoni ad eadem verba Salomonis allusio, ex Clemente Stromateo.

Euseb. Cas. tomo 1.

Matth. 29.

Quibus argu- metis Iudaei probent Chri- stu codigno mortis suppli- cio affectum fuisse, quae quidem con- futantur. Primum ar- gumentum.

Matth. 3. & 7.

Luc. 13. Otiosi quo- modo tracta- di.

Homerus. Telluris in- utile pondus Matth. 11.

mala omnia perpeffus in cruce agatur. Hæc ferè ille bonus Pater, cuius sen- tentia producit ab Eusebio Cæsa- rienfi libro XIII. de Prepara. Euang. Quod Christo Domino absolutè ius- to ad viuum quadrare videtur. Ipse enim pro gloria Patris propugnanda, & pro fidei veritate tuenda tanquam iustus, & Filius Dei flagris cæsus est, excruciatuſ est pluribus modis, vincitæ- fæpius, & alligatus, oculis velatus, vt dicerent ei: *Prophetiz. a nobis, Christe, quis est qui te percussit?* mala & indigna multa passus, & tandè in cruce actus, & extinctus. Perpende etiam illatione illâ, Ergo, quæ ex priori clausula effi- caciùs formatur. Dixerat enim: *Quod enim infirmu est, inutile videtur:* subin- ferunt, Iesus infirmus est, tenuis, ac pauper, ergo inutilis est nobis, vt eum in Messiam recipiamus. Producit autè Salomon sub nomine Iudeorù duode- cim rationes, quibus tanquam firmis argumētis & armis offensiuus Christu supplicio mortis dignum conuincat, & deinde produunt alias quinque, quibus rectè factum mortis consiliu tueantur. Prima igitur ratio, quâ con- tra Christum obijciunt, est, quod sit in- utilis, siue, vt alij vertunt, iniocundus; Græcè enim legitur *Αἰσχροσος*, quæ vox vtrumque significat & potest: sicut cõ- traria *ἡδυσ* & commodu, vtilem, & iu- cundum significat. In primis igitur accusant Dñm quasi inutilem, & in- fructuosè operantem. Nam vt arbor, quæ fructum non facit, & inutilis est, meretur excidi, vt deficu per trienniu expectata dicebat Dñs: *Vt quid etiam terram occupat?* Ita de ciuilitate hu- mana expelli meretur otiosus. Vni- cuiq; enim propria operatio cõuenit, & qui negat actiones, consequenter & essentias rerum neget necesse est. Sed Christus otiosus est, nullum nobis fructum profert, & vt ille dixit *ἡδυσος ἀπὸ πῶς*: id est, Telluris est inutile pondus. Est enim vorax, & potator vi- ni, publicanorù & peccatorù amicus, & cum illis manducat, & bibit; ergo dignus est qui de Republica per mor- tē præcidatur. Respondeo, Et si demus, maiore partē huius argumentationis veritatem aliquo modo habere, at mi-

norem tāquam falsam reijcimus. Fuit enim Christus quod Sol iste, quo nihil est vtilius aut iocundius huic mundo, vnde ipse de se dixit: *Ego sum lux mun- di:* sed huic luci resistunt Iudæi tan- quam latrones, adulteri, & homicide, quorum cū scelera, luce adueniēte, detegantur, indignantur luci, illique resistunt, vt ipse dixit: *Lux venit in mū- dum, & dilexerunt homines magis tene- bras quàm lucē.* Christus in Apocalypfi comparatur ligno vitæ, adferenti duo decim fructus per singulos menses, vt intelligas, nihil vnquam extitisse vti- lius, fructuosius, & mundi commodi- tatibus salutaris ipso Christo, qui sanabat infirmos, fugabat dæmones, illuminabat cæcos, mundabat lepro- sos, suscitabat mortuos, solabatur af- flictos, iustificabat peccatores. Quid, quæso, erat in Christo infructuosum? Num verbu illius, cuius omnipotenti virtuti cedebant omnia, & dæmonia, & venti, & mare obediebant? Num digiti, qui quidem mīsi in aurem re- stituerunt auditum surdo. Num tactus carnis eius? Sed ille mundabat à le- pra. Num salia? sed illa inuncti oculi cæci nati, lumen receperunt. Num ve- stimentum? cuius simbria tacta ab Hæ- morrhoyssa sistere fluxum sanguinis potuit. Num vmbra? sed ecce, discipu- li eius, Petri scilicet, vmbra sanabat infirmos, & mortuos suscitabat. Num sanguis? at in illo abluti sumus à pec- catis nostris. Num vita? sed illa tota in beneficentiam corporum & animorù nostrorum insumpta est. Num mors? sed illa nobis immortalitatis spē cer- tissimā contulit. Vitiosa est igitur pri- ma hæc ratiocinatio, cū falsu assumat. Secundo argumentatur: Bonu Rei- publice potissimū est pax, & quiesq; seditiosè pacē cõmunitatis pturbar, di- gn⁹ est morte. Sed Iesus est pturbator pacis cõmunis, qui quidē dixit se ve- nisse, nō vt pacē mitteret, sed gladiu: & ait se venisse ad separandū hominē aduersus patrē suum, & filiā aduersus matrem suam, & nurum aduersus so- crum suam. Docuit, non posse esse suum discipulum, nisi illu, qui oderit patrē, & matrē suā, filios, & vxorem, adhuc autem & animam suam. Ergo

Christus quo- modo Iudæis inutilis aut iniocandus extiterit. Ioan. 8.

Supra 3.

Apocal. 2.2.

Mundo vel vtilius aut iocundius ni- hil accidere Christo po- tuisse.

Matth. 8.

Mar. 7.

Luc. 5. Ioan. 9. Matth. 9.

Actor. 5.

Apocal. 1.

Secundum argumentu.

Matth. 10.

Ibidem.

Luc. 14.

dignus

Quam pacē venit Christi mittere in terram.

Luca 2.

Psal. 77.

Ephes. 2.

Matth. 10. Luc. 9.

Ioan. 14. Ephes. 2.

Ioan. 20. Actor. 2. Ephes. 4.

Esaia 57. Ieremia 6.

Ioan. 16.

Tertium ar- gumentum.

Ioan. 7. Exod. 24. Supra 5

dignus est qui per mortem de medio tollatur. Commouebat etiam ciuita- tes, & populos, quocunq; ibat; ergo longè erat à pace. Et hoc est quod aiunt: *Contrarius est operibus nostris,* siue vt alij vertunt, *factisq; nostris ad- uersatur.* Sed hæc etiam argumenta- tio simili ac prior ratione peccat. Christus enim venit, vt pacem fal- sam, quam homines cum peccatis, ac dæmonibus contraxerant, dissolue- ret, & vt pacem cum Deo sanctam & salutarem resarciret; pacemque con- scientiæ nunc, & æternitatis postea donaret, veramque pacem inter ho- mines, hoc est, Iudæos, & Gentiles constitueret. Hinc Christus natus est tempore pacis Augusti omnium cele- berrimæ, quæ totum orbem occupa- bat, de qua Propheta dixerat: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna:* Prædica- uit pacem his qui longè fuerant, & pacem ijs, qui propè: discipulis præ- dicaturis, pacem commendauit, ac vt primū dicerent, *Pax huic domui,* præcepit: legauit in testamento pa- cem, & ipse in cruce, & sanguine suo est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & suscitatus à mortuis primū pa- cem obtulit, dicens: *Pax vobis,* ascen- dens in cœlum, misit Spiritum san- ctum, qui vinculum est pacis, totam Ecclesiam in vnum colligans. Excom- municauit pacem mundi: *Non est, in- quit per Prophetam, pax impijs,* &: *Pax, pax; & non erat pax.* Denique paci huic bellum indixit: quia sine bello in falsam pacem, vera, & salu- tatis pax Christi nequit consistere, vt propterea dixerit Dominus: *Hæc lo- cutus sum vobis, vt in me pacem habea- tis. In mundo pressuram habebitis.* Tertio obijciunt contra Christum, qd improperaret illis peccata legis, & quod accusaret eos tanquam trans- gressores legis Moyfi: nam imprope- rare alicui peccatum suum, vitiosum est: & videtur esse finitimum his, qui libellos famosos, aut satyras, aut an- tiquas condebant comedias; nam illi multo sale aspergebant populum, sed Iesus dixit: *Nōne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?*

ac rursus: *Va vobis Scriba, & Pharisei hypocrite, qui decimatis menthã, & ane- thum, & cyminum, & reliquistis qua- grauiora sunt legis, iudicium, & miseri- cordiam, & fidem.* Respondeo, eo no- mine magis Iesum diligendū fuisse, qui cū venerit non vt solueret le- gem, sed vt adimpleret, admonebat vnumquemque sui officij, & tāquam bonus medicus plagas illorum dere- gebat, vt curaret. Nam & ad id desti- nati sunt à Deo Propheta in mundu, vt eum cessantem, & officij sui negli- gentem corrigerent, & acriori sermo- ne reprehenderent. Vnde quidam ex illis dixit: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob pec- cata eorum.* Sed quoniam obsequium- amicos, veritas odium parit: hinc omnes bene monentes Prophetas, & Ioannem plusquam Prophetam, & Christum Prophetarum omnium ver- ticem de medio contra omne ius su- stulerunt. Quarto obijciunt, se ab eo iniuria infamatos, cū aiunt: *Et diffamat in nos peccata discipline nostra.* Verbum, diffamat, Græcè dicitur *καταμαρτυρῶ* id est, obijcit nobis peccata non sine infamia, quæ in nobis ob malam dis- ciplinam deprehendit. Ac si dicerent: Quicumque in docendo seducit, vel abducit homines à bonis moribus, dignus est de communitate expelli: & quicumque imponit alteri aliquod crimen, nisi probet, dignus est pœna talionis. Sed Christus publicè dixit, nos falsas, & friuolas traditiones do- cere, & legem propter illas dissolue- re. Nam cū nos illi obijceremus: *Quare discipuli tui transgredimur tra- ditiones seniorum?* tunc ipse respondit: *Quare & vos transgredimini mandatū Dei propter traditionem vestram?* Et præcipuè præceptum datum à Deo filijs de honorandis parentibus, à no- bis violatum esse dixit. Sed nihil ho- rum probauit, dignus est ergo morte & exterminio. Respondeo, nihil Do- minum contra traditiones seniorum bonas dixisse; tantum superstitionē il- larū abstulit, & quod pluris eas, quã le- gē Dei facerēt, reprehendit: vnde dixit:

Matth. 23.

Supra 5.

Cusus reigra- tia Prophete à Deo in mū- dum missi fuerint.

Esaia 58.

Terent. act. 1. sce. 1.

Matth. 11. Infra 14.

Quam ar- gumentum. Quomodo Christus (vt illi nugaran- tur) in Iu- deos diffama- ret peccata discipline illorum.

Matth. 15.

Ibidem.

Exod. 20. Deuter. 5.

Nequaquam Christum Iu- deos diffama- sse.

Hæc

Matth. 23. *Hac oportuit facere, & illa non omitte- re. Satis honorificauit vos, quando dixit: Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, &c. Item cum inquit: Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei: omnia ergo quacun- que dixerint vobis, seruate, & fa- cite. Et cum ipse a Deo venisset ma- gister, & viam Dei in veritate doce- ret, ad ipsum spectabat publicam do- ctrinam falsam traducere, vt suo mu- neri satisfaceret: quia vt ille dixit: Amicus Plato, amicus Socrates, sed ma- gis amica veritas. Nec fuit infamia, cum eorum falsa doctrina esset mani- festa, & non occulta.*

Supra 8
Infra 23.
Ioan. 3.

Matth. 22.

Aristotelis
prouerbum.

Quintum ar-
gumentum.

Genes. 3.

Ioan. 7.

Ibidem.

Infra 15.

Deuter. 18

Ioan. 3.
Matth. 22.

Nihil Christi
uenturū pre-
dixit, quod
nō euenerit
aut euenturū
fit.

Quadruplex
Christi scien-
tia.

Sextum ar-
gumentum.
Matth. 27.

gem debet mori, quia Filium Dei se fecit. Quicumque enim cultum Deo debitū sibi præstari exigit, in Deum blasphemus existit, & dignus est obrui lapidibus: Qui blasphemauerit, inquit, no- men Domini, morte moriatur: lapidibus obruet illum omnis multitudo populi. Sed Christus hoc sibi usurpauit, cum dixit: Ego, & Pater vnum sumus, &: Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Verū huic obiectioni respondet Chri- stus apud Ioannem, cum dixit: Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non pot est solui Scriptura: quem Pa- ter sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis Quia blasphemus: quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Pa- tris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, ope- ribus credite, vt cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre. Non ergo blasphemus fuit, qui quod re ipsa erat, & operibus apertissime demonstrabat, si Filium Dei verbo se esse diceret: non enim rapinam arbi- tratus est esse se æqualem Deo. An non signa in ipsa morte edita, aperte testantur ipsum verum Dei Filium? Alius, quàm Deus, poterat vno verbo cohortem armatam in terram pro- sternere? An alius poterat restituere Malcho aurem, nisi qui infinita Dei virtute esset præditus? Et quid aliud testata sunt Solis eclipsis, terræmo- tus, petrarum scissio, veli disruptio, monumentorum apertio, quàm quod Centurio clamans, dixit: Verè Filius Dei erat iste.

Septimò obijciunt: Factus est nobis in traductionem animarum nostrarum. Traductionem vocat, propalationem eius, quod est occultum, & cedit ad dehonestationem alicuius, secundum proprietatem verbi Græci, de quo Matthæus: Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traduce- re. Hoc alij vertunt: Hic, cogita- tionum nostrarum index extitit. V- bi illum arguunt de secretorum re- uelatione, quasi dicerent: Ille qui occulta consilia reuelat, proditor est, & fraudulentus, secundum il- lud: Qui ambulat fraudulenter, re- uelat arcana: Sed omnis fraudulentus

Leuit. 24.
Nequaquam
Christum in
Deum fuisse
blasphemum
vt Iudæi
blasphemant

Ioan. 10.
Infra 14.
Ioan. 10.
Psal. 18.

Christum ve-
rum Deum,
& Dei Filiū
fuisse.
Philip. 2.

Matth. 27.

Ioan. 18.

Luc. 22.

Matth. 27.

Ibidem.

Septimum ar-
gumentum.
Quid est: Fa-
ctus est no-
bis in tradu-
ctionem.

Matth. 1.

Prouer. 11

& pro-

& proditor fugiendus est, ac de me- dio tollendus. Talis fuit Iesus, qui cū vidisset eorum cogitationes, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus ve- stris? Et pluries alias cum viderent ab eo sua secreta præcognosci, dicebant: Daemonium habes, quis te querit inter- ficere? Sed imprudenter colligebant, quia vnde debebant eum colligere sanctum, Deique Filium, ac venerari tanquam Deum, sine causa scandali- zati sunt: nam Prophetæ vox est: Scrutans corda, & renes Deus, & iterum: Dominus scit cogitationes hominum, quo- niam vana sunt.

Octauo inquirunt: Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutata sunt via eius. Quæ verba alij ita vertunt: Et aspectui quoque nostro grauis est, quo- niam dissimilis aliorum est vita ipsius, suisque differt institutis. Quibus in verbis accusant illum de dissimili, & dissentienti vitæ genere: quasi dice- rent: Quicumque studet singulari vitæ ab alijs longè dissentienti, videtur esse schismaticus in Republica: talis fuit Iesus autor nouæ sectæ, nouæ legis, arque doctrinæ, vnde dicebant: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Respondeo, propterea Christum dis- similem illis fuisse, eod quod ipsi pec- catis essent contaminati, & malitia referti; Christus verò sine peccato conceptus, & in lucem editus, sine peccato etiam conuersatus, ita, vt di- ceret: Quis ex vobis arguet me de pec- cato? Hinc dissimilitudo odij causa, ob quam tradit Cornelius Tacitus Thraseam magnū Senatorem, & omni virtutum genere cumulatum, à Nerone Imperatore fuisse interem- ptum, non ob aliam causam, nisi quod eius vita studiosa longè esset à sua vitiosa; & omni peccato referta viuendi ratione aliena atque dissimilis. Et Cain liuido oculo, & maligno cer- nens fratris sui Abelis opicia, & fa- crificia, illius eadem designauit. Quod verò legem nouam tulerit, id erat per Ieremiam prædictum, cum dixit: Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum; & Esaias inquit: Legem eius insula expectabunt. Quare

Matth. 9.

Ioan. 7.
Iudeorum
stulta ratio-
cinatio.

Psal. 7.

Psal. 93.

Octauum ar-
gumentum.

Matth. 13.
Cur Christi
vita ab illa
Iudeorum
dissimilis ex-
titerit, imò
illi contraria

Ioan. 8.
Dissimilitu-
do odij cau-
sa.

Cornelius
Tacit. l. 16
iuxta finē.
Thraseæ ma-
gni Senato-
ris cædes in-
iusta.

Genes. 4.

Ieremia 31
Hebr. 8.
Esaias 42.

ex eo potius illum Messiam colligere debebant.

Nondò obijciunt: Tanquam nu- gaces estimari sumus ab illo; siue, vt alij vertunt: Tanquam adulterini ha- biti sumus ab eo; quasi dicant: Ille, qui secum viuentes contemnit, & paruipendit, iniurius est in proximo: sed Iesus in faciem illis resiste- bat, & verbis acerbis infectabar eos, etiam Sacerdotes, & Phariseos, & magnates quoscumque; nam dixit: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo; &: Generatio mala & adultera signum querit; &: Ero si- milis vobis mendax, &: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Vocabat serpentes, hy- pocritas, mendaces, genimina viperarum. Respondeo: Satis se adul- terinos probabant, ac nugaces, qui à Deo, & Abraham parente degene- rauerant, qui non studebant, nisi vt caperent eum in sermone: & ad ma- gistrum spectabat discipulorum er- rora liberius corrigere, tametsi ip- si in stimulum calcitrarent, & luce Christo excæcarentur, & in præsen- tia fontis aquæ vitæ, vt Tantalus, si- tirent; & in conspectu salutis me- dicinæ infirmarentur, & coram tanto igne positi pro viris frigerent.

Decimò obiectant: Abstinet se à vjs nostris tanquam ab immunditijs. Vbi accusant illum quod se ab illis fecerneret; quasi dicant: Quicumque se à communi vita seiungit, trahens alios secum ad conuenticula, & se- cretas confederationes, exitialis est, ac noxius Reipublicæ. Talis est Iesus, qui abstinet se à nostris itineribus tan- quam ab spurcijs, discipulos ad se trahit, & non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Respon- deo, iustum fuisse, vt Iesus se ab illis seiungeret, qui eius mortem delig- nabant, & in eius necem conspira- bant: Sabbatum non ad mætem legis laboris seruabant, nec legem Moyfi perfecte implebant. Nouam verò le- gem iuxta legis promissa, & vatum oracula cõtulit: quia iam veteris immi- nebat extinctio. Non ergo abstinere

Nonum ar-
gumentum.

Ioan. 8.

Matth. 12.
& 16.
Ioan. 8.
Matth. 23.
Ibidem.

Iudæi quàm
fuertur nuga-
ces.

Matth. 22.
Officium
magistri.

Decimum ar-
gumentum.

Ioan. 9.

Cur Christus
abstinuerit
se à vjs Iu-
deorum, tan-
quàm ab im-
munditijs.

Nouam legē
quare Christi
attulerit.

Tom. 10.

ab

Matth. 8. ab illis tanquam ab immunditijs, qui frequenter ad templum veniebat, & dies festos colebat, & sanatos a lepra, ad reddendum sacrificium in lege institutum hortabatur: & simpliciter docebat: *si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

Luc. 27. Vndecimum argumentum. Præferre nouissima iustorum quid sit.

Leuitic. 14.

Matth. 19.

Luc. 16. Caritum non prætulisse nouissima iustorum.

Matth. 12. Alter sensus huius loci.

Supra 11.

Infra 21. Comparationes quid parere soleant.

Exod. 19.

1. Petri 2.

Psal. 147.

Deuter. 4. Christum non prætulisse nouissima iustorum.

Esaia 54.

Esaia 6. Iudæorum incredulitas.

Christo Deo suam missionem Scripturis & signis confirmanti non credere, cum Niniuitæ credidissent simplici verbo Ionæ hominis puri.

Duodecimò: quasi perturbati, & immemores redeunt ad sextam accusationem, quod esset cæteris grauior, illam secundò exaggerant, quod vsurparet sibi diuinitatem. Et hanc illis verbis exprimunt: *Et gloriatur Patre se habere Deum.* Cum tamen Christus testimonium habeat Patris; *Hic est Filius meus dilectus,* & Nathanaëlis, & Marthæ, & Petri, dicentium: *Tu es Christus Filius Dei viui,* imò vel ipsius diaboli tentantis: *Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant,* vel, *Mitte te deorsum.* Et propterea debebat pluries Deum vocare patrem suum, vt tam voces suæ, quam Patris, & opera discipulorum testarentur illum esse Filium Dei. Quod si Iesus blasphemus fuit, & diuinitatem sibi vsurpauit, faciendo se Deum, cum non esset: certè Iudæorum populus, qui zelo Dei accensus tantam, quam ei imputant temeritatem, & blasphemiam, & teterimo, & turpissimo mortis genere, hoc est, cruce, vltus est, & gloriã Dei vindicauit, debebat esse Deo quam charissimus, & gratissimus, superque cæterum omne genus hominum opibus, honoribus, potestate, & imperio; denique omnibus fortunæ bonis florere. At populus Gentium, qui eum in Regem Messiam, verumq; Deum fide & publica confessione cõplexus est, dignus extitit qui deprimeretur, & humiliaretur, & omnibus vitæ humanæ commodis, diuinisq; pariter & cœlestibus fauoribus in perpetuū destitueretur, vt nihil illo inueniri posset sordidius, nihil contemptius, nihil denique infelicius. Verum è contrario rem euenisse, & in historijs legimus, & oculis nostris perspicimus. Nam populo Christi cultore nihil maius, nihil angustius, aut florentius: gente verò Iudæorum nulla sub cœlo natio existit aut miserabilior, aut deploratior, aut maioribus gētiū odijs, calumnijs, expilationibus, ac depre-dationibus exposita, vt certò coniectare possimus in vnam Iudæorum

Ionæ 3.
Matth. 12. Duodecimū argumentum.

Matth. 3. & 17.

Ioan. 1.
Infra 11.
Matth. 16.
Supra 4

Ibidem.

Argumenta quinque, quibus se Iudæi tueantur, adferuntur, atq; refelluntur.

I. argum. **Matth. 16. & 20.** Iudæorū temeritas quãta.

Ioan. 14.
Luc. 21.
Matth. 16.
Ibidem.
Ibidem. & Ioan. 16.
Matth. 16. & 20. II. argum. Iudæorū quãta socordia.

III. argum. Iudæorum illuso.

III. argum. Iudæorum stultitia.

Matth. 27.
Psal. 21.

V. argum. Contumelia, & tormento vt Iudæi Christum interrogauerint. Mors crucis quã turpis & ignominiosa.

gentem magnam Dei iram accensam, & pœnas luere atrocissimas, & grauiissimi criminis, nempe Deicidij. Super sunt quinque argumenta defensiva, quibus se Iudæi tueantur. Primum est: *Videamus ergo si sermones illius veri sint.* Volebant enim explorare, an eius sermones haberent certam, & compertam veritatem. Prædixerat se occidendum. Sed insignis temeritas fuit, & magna Dei tentatio, eum ob hanc causam interficere: *Ego sum,* inquit, *Via, & Veritas, & Vita.* Prædixit, Ierusalē conculcandã à Gentibus, negationem Petri, prõditionē Iudæ, Apostolorū fugam, crucis suæ mortē, & resurrexionis suę triumphū: an quicquã est ex his quod in terram exciderit, & non fuerit impletum? Secundò aiunt: *Tentemus quã ventura sunt illi.* Id est, Periculū faciamus an pati possit. Quã in re apertè fuerūt decepti, putãtes quod si Filius Dei esset, pati non posset; cū tamen duabus cõstaret naturis, altera passionis experti, hoc est, diuina, & altera passionis capaci, hoc est, humana. Tertio vt scirent an esset infinita æternitate præditus, vnde aiunt: *Et sciemus quã erunt nouissima illius.* In quo etiam articulo seducti sunt: quia quãdo fuit extinctus per mortem, nihil amplius cogitarunt de futura resurrectione. Quarto, voluerunt explorare, an esset verus Deus. Nã dicebant: Si Deus permittit eum cruciari, & per crucē extingui, & non liberauerit eū de manibus nostris, constat eum Filiū Dei nõ esse. Vnde & in cruce posito dicebant, *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.* *Confidit in Deo: liberet nunc eum, si vult: dixit enim, Quia Filius Dei sum.* Hoc exprimitur in Textu, cū dicunt: *Si enim est verus Filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum.*

Postremò inquirunt: *Contumelia, & tormento interrogemus eum.* Id est, contumeliosè dictis, & factis nomine tormenti significatis inquiramus. Et subiungunt: *Vt sciamus reuerentiam eius (siue mansuetudinem eius) & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum.* Hoc est, morte crucis, quã vilissima erat, & ad seruos, siue latrones

spectabat. Vnde sequitur: *Erit enim reus peccatus ex sermonibus illius.* Id est, Facile inspicere poterimus ex verbis, & factis eius quis sit. Vel ironice, Deus respiciet illum scilicet, vt ipse prædicabat. Fuit igitur mors Christi ex suo genere turpis, sicut etiã ex parte temporis, hoc est, Pasche, & ex parte loci, quẽ in monte edito Caluarie, qui è longinquo videri poterat, & ratione sociorū, quia inter duos latrones ad maiorem ignominiam positus fuit. Postremò ratione causæ: quia nec cõfessum, nec legitime conuictū ad mortem cõdemnarunt. Tandem subiungit: *Hac cogitauerunt, & errauerunt: excacauit enim illos malitia eorū. Et nescierunt Sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum.* Quibus in verbis ostendit eorū cogitationes errãtes nimè venia dignas extitisse, quia ex ignorantia affectata profectæ sunt, id est, ex cõtẽptu sciēdi veritatē cū volūtate male viuēdi: Quoniã in maleuolã animã nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Etsi enim quidã extiterint, qui minus illū agnoscere iure cogerētur, vt Romani, & nouelli simpliciores ex plebe, pro quib⁹ Christus in cruce orauit, dicēs, *Pater, dimitte illis; nõ enim sciunt, quid faciunt:* Omnes tamẽ ad vnū Rei huius mortis inuēti sunt, cū lumē oblatū recusauerint. Ideò pulchrè ait, illos ignorasse Sacramenta Dei: quia multi sunt, qui ita vitiose viuūt, & in legē ipsam naturæ peccant, vt indigni sint quib⁹ Deus veritates mysteriorū reuelaret suorū. Lex enī gratiæ in adulto, legē naturę requirit. Deinde ait: *Neg mercedē sperauerūt iustitiæ.* Hoc est, nec premiã dãda bonis, nec supplicia infligēda iniustis post hac vitã credūt, aut sperãt: quod est peccare in primã principia rationis ipsius, & iustitiæ, quæ tradit optimos quosq; legū obseruatores remunerandos, sicut violatores condignis pœnis plectēdos. Rursus addit: *Nec iudicauerunt honorē animarū sanctarū.* Id est, estimarūt animas sãctitatis cultrices, & iustitiæ sãctatrices nullo in honore habendas apud Deū. Quod summè lædit fidē diuinã prouidentię, cū tamen ille

Quid est: Erit enim reus peccatus ex sermonibus illius.

Matth. 27.

Iudæorū de Messia pendendo cogitationes cur omni venia profusè indigni, & inexcusabiles.

Sap. 1.

Luc. 23.

Iudæorum instar qui ignorant Sacramenta Dei.

Rom. 12.

Lex gratiæ in homine adulto quid postulet. Mercedē nõ sperantes iustitiæ, quid peccant.

Iudæi quomodo non iudicauerint, honorem animarum sanctarum.

Gene. 2. & 5. Eccles. 17.

Gene. 3. Quo autore Iudæi Christo mortem attulerint.

Rom. 5.

Qualia impiorum principia.

Sors iustorum felicitas pro Christo mortificantium.

Vnde Iudæo constare potest Christi sanctitas, & innocentia.

Psal. 34. Ioan. 15. Psal. 34. Psal. 93.

Psal. 68.

Gene. 3.

per mortem Christi transferendæ sint ad confortiũ Angelorũ. Et subiungit: Quoniã Deus creauit hominẽ inexterminabilem, & ad imaginẽ similitudinis sue fecit illũ. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. Imitatur autem illũ, qui sunt ex parte illius. Quibus verbis indicat, diabolo machinate, & ministris tanquã organis eius operatib⁹ Christo mortẽ esse illatã. Quemadmodũ olim cũ Deus condidisset hominẽ immortalẽ, qđ ad animã attinet, & per donũ iustitiæ originalis, quãtũ ad corpus indissolubile, Satanã tamen inuidia mors inuecta est in primũ Adamũ, & per eũ in omnes filios eius, deinde etiã eadẽ inuidia in secundũ Adamũ. Atq; ita vides quã falsa sint principia impiorũ, animã mortalem, aut nullam post hoc seculũ futurã vitã asserentiũ. Quare. c. 3. sequenti diligẽter Spiritus sanctus per Salomonẽ statuit animorũ immortalitatẽ, & præmiorũ magnitudinẽ, quibus apud Deũ afficiuntur: *Iustorum anima, inquit, in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentũ mortis. Visti sunt oculis insipientiũ mori, & astimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiu, & quod a nobis est iter exterminij; illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorũ immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponuntur, & reliqua. Quare Iudæus his nostris rationibus excitatus, velit, nolit, cogitur manus dare, herbãq; porrigere, & Christi innocentia mecu agnoscere: quã si vellent, ample intelligere possent vel ex præteritis Prophetarũ oraculis, vel ex præsentibus iudicibus, apud quos Christi causa acta est, vel etiã ex futuris flagellis, & calamitatibus, quibus indes Iudæi iuste plectuntur. Lege Dauidẽ: *Quia odio, inquit, habuerũt me gratis, id est, sine causa. Et iterũ: Congregata sunt super me flagella, & ignorauĩ. Rursus: Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentẽ condemna bunt.* Et rursus, *Qua nõ rapui, tunc exolebã.* Nec rapuit vetitũ fructũ de ligno, sed illũ ei reddidit: nec diuinitatẽ, aut Dei scientiã, vt Adã, sed exoluit, vt qui verus erat Deus, & sapiẽtia Dei Patris, appareret tantũ homo solus, in*

firmus, & stultus. Si consulas Esaiam, dicit: *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrae super eum, & linore eius sanati sumus: Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:* Si Ieremiã: *Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victima: Et nõ cognoui quia cogitauerũt super me consilia dicentes, Mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur amplius.* Atque hos omnes alij Prophetæ secuti sunt. Si verò ministros mortis Christi inspiciamus, illi quoq; de eius iustitia testimoniũ ferunt. Proditor dixit: *Peccauĩ, tradens sanguinem iustum.* Iudex Pilatus: *Ego nullam inuenio in eo causam;* Et, *Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis.* Vxor Pilati: *Nihil tibi, & iusto illi.* Sol ipse, atq; elemẽta, & sancti a morte excitati eius iustitiã produnt, & Ethnicus ille Ceturio, qui exclamauit: *Verẽ, hic homo iustus erat.* Si verò Iudæi oculos omnino nõ amisissent, ex ingentibus, & inauditis flagellis, quæ post mortẽ Christi eos consecuta sunt, agnoscere possent horrendũ se aliquod scelus admisisse, propter quod ad extremã calamitatẽ peruenerunt, vt nulla sit in vnũ orbe natio magis toti mundo inuisa, & grauioribus supplicijs attrita, atq; Iudæorũ. Nos igitur, qui Iesum summã nouimus esse innocentia, atq; iustitiã, illũ neci datũ nostra causa intelligamus, vt nos suo redimeret sanguine, suis fanaret vulneribus, suis solueret vinculis, sua vestiret nuditate, suaque morte ad immortalitatem eueheret. Cui pro tantis beneficijs cũ grates condignas reddere nequeamus, saltẽ eius sanctitatẽ per fidem apprehẽdamus, linguis eius iustitiã prædicemus, factisq; nostris eius innocentia tanquã vestes Esau primogeniti induamus; quibus corã Deo comparere possimus, & benedictionẽ per Iesu mortẽ nobis comparatam assequamur, præstante eodẽ Domino nostro Iesu Christo, cui est cum Patre, & Spiritu sancto, sempiternã felicitas, immensa gloria, honor infinitus in perpetuas æternitates. Amen.

Esai. 53.

Ibidem. 1. Pet. 2. Ierem. 11.

Matth. 27.

Ioan. 18. Matth. 27. Ibidem.

Luc. 23.

Quid redemptos facere oporteat in memoriam Christi redemptoris.

Gen. 27.



TRACTATUS V.

In quo, de fructibus Passionis Christi cum fructu ruminãdis, atque cogitãdis agitur: Et ea omnia argumẽta, quæ in illos fiunt, dissoluuntur.

Scopus autoris.



AVSAS Passionis, ac mortis Dñi Iesu explicatas superiori sermone reddidim⁹, & rationes omnes quæ in illam factæ sunt, vel à Paganis, vel Iudæis, & quæ adhuc fieri possunt, pro nostra tenuitate dissoluere conati sumus: Iam verò de fructibus tantæ mortis meriti differendum est: & si quid forte obscuri, aut dubij in illis est, orationis nostræ perspicuitate referare, atque illustrare conabimur, & à cauillis, & obiectionibus, quæ fiunt, illos vindicare. Atq; ita hæc Tractatio superioribus lucẽ aliquã adferet, & meditando Passionis Christi gloriam, & virtutem magis patefaciet. Nam vt ex fructu, arboris bonitas agnoscitur, & auri puritas, atque præstantia, ex actu lapidis dicti à Græcis Chrysitis deprehenditur: ita magnitudo charitatis Christi, ac bonitatis eius, ex effectis ipsius admirãdis, & pretiosis fructibus, quos edidit, illustrior per omnia ac magis perspicua fiet. Sacræ ergo literæ, atq; adeo sancti Patres hos omnes fructus Passionis, ac morti Iesu Christi tribuunt: nimirum per illa nos liberatos esse à peccato, & à potestate dæmonis, & à reatu pœnæ æternæ, siue gehenna, & à morte, & à legis Mosaicæ obseruatione, & oblatione, nobisq; ianuam cœli aperuisse, ac per hæc nos Deo Patri reconciliasse, sibi verò adeptũ esse corporis sui immortalitatẽ per resurrectionem, nominis sui exaltationem, atque iudicis potestatem. Hæc verò omnia, & singula suas habent difficultates minime contemnẽdas. Nam quomodo liberat à peccato, cũ in lege Naturæ Abel, Abraham, Noë, iusti essent,

Quales effectus, tales causæ. Matth. 7.

Chrysitis lapidis ingenium.

Soluuntur dubitationes nonnullæ circa fructũ Dominicæ passionis. Gene. 4. Infr. 6.

& iustificati à peccatis ante Christi mortẽ? Quomodo item mors Christi potuit liberare à peccatis committendis, & futuris? Quæ enim nondũ sunt peccata, remitti nequeunt. Adhæc multa indes peccata post Christi mortem committuntur. Quomodo præterea liberat nos à peccato, qui quotidie peccamus, & de quibus scriptum est: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est?* Et dicere debemus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Deinde quomodo liberat à potestate diaboli, qui nihil potuit super homines, nisi ex permissione Dei? Vt habes in libro Iob, & apud Tobiam, & Mathæum, & qui adhuc in homines exercet potestatem, tentando, & corporaliter vexando; & in multis locis adhuc sunt idololatræ, & cultores dæmonum? Iubemur item resistere diabolo, & cum illo pugnare; quomodo igitur ab eius potestate, cũ quo adhuc congregandũ est, liberati sumus? Tertio, quo pacto liberat à reatu pœnæ, siue æternæ, siue temporalis, cũ ex inferno, ac pœna æterna liberauerit neminẽ; iustificatis verò peccatis imponi iubeat satisfactionis opera pro peccato, vel ipse flagellis immisis eos atterat? Quarto, quomodo eripuit à morte, quæ adhuc grassatur nõ solũ in infideles, sed in ipsos iustos Dei filios, & amicos? Quinto, quomodo à legis obseruatione asseruit, ad quã seruandã Gẽtes minime obstringebantur, Iudæi verò ad eius custodiam aduentu Messia nequaquã arctabatur? Sexto, quonã pacto aperuisse ianuã cœli, dicitur; cũ Helias

I. Ioh. 1.

Matth. 6.

II. dubitatio.

Iob. 1. & 2. Tob. 8.

Matth. 8.

Iaco. 4.

III. dubitatio.

III. dubitatio.

V. dubitatio.

VI. dubitatio.

4. Reg. 2.
 Gen. 5.
 Matth. 3.
 VII. dubit.
 Sap. 11.
 Ierem. 31.
 VIII. & postrema.
 Luc. 2.
 Cum in lege naturæ quidam viri sancti extiterint: quomodo verû sit, cõsper Christi mortẽ liberatos fuisse à peccatis.
 Psal. 68.
 1. Fet. 1.
 Christus quẽ non rapuit, sed exoluit tamen, teste Propheta.
 Gene. 3.
 Peccata nostra quidnam sint.
 Veteris testamenti Patres unde iusti fuerint.

raptus legatur in cœlum, & Henoch in Paradisum, & in baptismo Christi cœli sint aperti ante Passionẽ, vt refert Matthæus? Septimò, qua ratione recõciliati per mortem sumus, cum reconciliatio nõ habeat locum inter os, qui semper sunt amici, Deus autem omnia diligit, & nihil oderit eorum quæ fecit, sed vt Propheta ait, in charitate perpetua dilexit nos? Item, cum homines mortem Iesu inferentes grauissimẽ deliquerint; quomodò ex hoc reconciliati sunt, cû Deum grauius offenderint? Postremò, quo pacto meruit exaltationem, qui tam altus erat, idem Deus, vt non posset plus exaltari? Quomodò item promeruit exaltationem per crucem, qui à momento cõceptionis omnem suam gloriam, & exaltationẽ promeritus est? Nomen etiam Iesu à circumcissione nactus fuit? Quomodò itẽ iudiciariam potestatem, quæ sibi ratione diuinitatis competeat, per mortẽ potuit promereri? Hæc sunt quæ in fructus Passionis Christi obijci possunt; quæ propterea, vt melius intelligantur, & Scripturæ sinceriores sensum suum sortiantur, à nobis diligentius explicanda sunt. Ad primũ igitur dicendum est, Dominum Iesum non solum ad doctrinam nostram, & patriæ exemplum nobis exhibendum passum esse mortem, sed etiam verum sacrificium obtulisse pro nobis, vereq; pretio iusto persoluto nos redemisse, & quæ non rapuit, pro nobis exoluisse: non enim corruptibilibus auro, vel argento redempti sumus de vana nostra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Vocat autem rapinam Propheta, peccatum Adæ rapiẽtis vetitum fructũ, ac de illo edentis, & in omni peccato nostro rapimus quod Dei est, id est, obedientiam illi debitam, ac gloriã. Quod verò Patres olim ante Christi aduentum iusti, & iustificati fuerint; libenter concedimus: sed non nisi per Christi merita à Deo præuisa, à Christo quẽ retracta iusti effecti sunt: quemadmodũ qui regem offendit, recõciliari potest Regi, si accedat fidei uisitor, qui pro eo suo tempore soluere

polliceatur. Et hæc de peccatis præteritis. De futuris verò id non est difficile intelligere. Nam sæpẽ contingit, medicinam à morbo aliquo efficaciter subleuantẽ ante preparari, quã homo per eam sanãdus nascatur, etiam si non habeat operationem suam, antequam infirmo applicetur. Ad eũ modum passio Christi, quæ præterijt, omnia peccata etiam futura asseritur remisisse, non quidem actu, sed virtute, siue in causa, vt ait B. Thomas: quia opus præstitit ad expiãda peccata sufficiens, & causas liberationis nostræ instituit, si debitẽ applicetur per Sacramenta. Quod verò vim in omnibus præteritis non habuerit, vel in futuris non sit habitura; ex imbecillitate mortis Christi non oritur, sed ex defectu causæ particularis applicantis, vel infirmi repellentis, nec se ad eã aptẽ præparantis, vel volentis sine fide, aut sola fide absq; Sacramentis, aut fide, & Sacramentis, sed sine diuinæ legis obedientia mortẽ sibi applicare volentis, vt Heretici faciunt. Quod verò adhuc Scriptura adhortetur nos ad declinanda peccata, & ad soluẽda vincula colla nostri; vt mundemus corda nostra, vt sanctificationẽ compleamus, & vt faciamus nobis cor nouũ: Hoc non tollit, Christum nostra peccata expiãsse, sed tacite admonere nos officij nostri voluit: Debemus enim ex parte nostra cooperari ad iustificationem, & sanctificationem, cum gratia Dei perficiendam. Et originale peccatum omnino deletur, nec redit ultra, leuia verò, & quotidiana, pro quibus dicimus, *Dimitte nobis debita nostra*, etiam si aliquo modo feruorem charitatis reprimant. Maiorem tamen vilitatẽ præstant, quàm detrimentum: nam multis modis, quos nobis Passio Christi cõparauit, expiantur: iuuant ad humilitatem, & propriæ imbecillitatis agnitionẽ, & vt Iesubæus domesticus nos exercent ad pugna, & consequenter ad meritũ, & coronã. Pro mūditiã verò à lethiferis delictis remedia præseruantia habemus, vt Eucharistiã, & maius Christi exemplũ: medicamẽta etiã subleuantia, vt Sacramentum Pœnitentiæ, & maiora salutis antidota quã Adam ha-

Quomodo Christus nos à peccatis futuris liberauerit.
 B. Thom. 3. part. 4. 49. art. 1. ad 3. tom. 13.
 Quare in omnibus hominibus ante Christi aduentum, Dominus passio nõ fuerit efficac.
 Cur Scriptura, ad vitia declinanda, & ad amplectendas virtutes nos adhortentur, si à peccatis per Christũ liberati sumus.
 Esai. 52.
 Iaco. 4.
 Ezech. 3.
 Matth. 6.
 Peccata venialia nobis quid conferant.
 Iosue. 15. & alibi.
 Grauioribus delictis quã fecerit Christus medicinam

buerit

Triplex propositio. genus de Christi passione, sanguine, & morte in Scripturis contẽtum describitur: quæ quidem explicatur.
 Apocal. 1.
 Heb. 1.
 2. Cor. 5.
 Colof. 1.
 Infr. 2.
 Ibidem.
 Ioan. 1.
 2. Thess. 1.
 Psal. 21.
 Esai. 9.
 Infr. 53.
 Ibidem.
 Luc. 1.
 Ibidem.
 Altera solutio.
 Christus vti fecerint redemptionẽ.

buerit; etiã debiliores modò simus, quã olim fuerit Adam, speramus tamẽ statum illum impeccabilitatis, vt fide dicam, & immortalitatis.
 Hoc etiam in loco diligenter annotandũ, triplices existere propositiones in Scripturis de Christi Passione, sanguine, & morte: Quædam enim sunt de præterito, quædam de præsentibus, quædam verò de futuro. Primi generis sunt illæ: *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo; Et, Purgationẽ peccatorum fecit; & reconciliauit nos, & deleuit chirographum decreti, crucifixit peccatum, acquisiuit nos sanguine suo, redemit, propitiãuit, sanctificauit, viuificauit, sanauit, abstulit peccata mundi*: quæ quidem dicta à Prophetis, & Apostolis non sunt intelligenda actu iam euenisse. Nam multi, qui ante Christi aduentum fuerunt, damnati sunt in peccatis suis: omnes etiam præsentis crucis suæ tempore minimẽ saluos fecit, quia nec Iudam, nec Iatronẽ à sinistris pendentẽ, nec omnes futuros post eũ saluos facit, quia non omnes obediunt Euangelio; nec omnes, qui credunt, viuunt secundũ Euangeliũ: nec omnes qui viuunt modò, perseuerabunt in sanctitate. Sed hæc propositiones vnũ ex tribus significant, aut quod vsq; ad Christi mortẽ sunt prophetiæ de præterito pronuntiatæ, & futurũ certum designabant, quemadmodũ illud: *Foderunt manus meas, & pedes meos, & illud de Natiuitate: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis*; illud itẽ de Passione, *Oblatus est quia ipse voluit: ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit*; & illud Zachariæ: *Visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ, ac illud Virginis; De posuit potentes de sede, & exaltauit humiles*.
 Deindẽ dici potest, quod quando hæc propositiones ab Apostolis dicuntur, intelligendæ sunt, quod ex parte sua fecit medicinam efficaciter à morbo peccati sanantem, si capiatur, vel fecit expensas ad cõiuium: quare qui vult sanari, & nõ esurire, medicinã accipere, & ad mensam Dñi venire formidare non debet. Dicitur ergo fecisse redemptionẽ, id est, peccata expiabilia fecisse, & remissibilia, si tamen homo

ad vasa, per quæ ministratur, hæc fanitas, & expiatio, venire nõ dubitet. Vnde de Paulus tria ait in posteriori ad Corinthios: *Deus erat in Christo, mundũ reconcilians sibi*. Deindẽ subdit: *Et posuit in nobis verbum reconciliationis*, siue vt paulò antè, ministeriũ reconciliationis. Tertio subiungit: *Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo*. Vides igitur, Deũ per Christũ recõciliationẽ facere; deindẽ ministros recõciliationis adhiberi, qui verbo, & Sacramento salutẽ nostrã promouẽant. Postremò, quia nos aliquid operamur, verbum quẽ, & Sacramentũ cũ fructu sponte suscipimus; propterea dicitur, *Reconciliamini Deo*. Sunt deindẽ aliæ enuntiationes de præsentibus: Vt, *Ecce qui tollit peccatũ mundi*; Et, *Sanguis Iesu Christi Filij eius emundat nos ab omni peccato*, & Apostolus; *In quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius remissionẽ peccatorũ*; Et, *Qui est saluator omnium hominũ, maxime fidelium*. Istæ enuntiationes significant vim, meritũ, & efficientiam Passionis Christi: quemadmodũ dicere consueuimus, Manna purgat pituitã, Rheubarbarum cholera, Mitridaticũ resistit veneno, nõ quatenus in domo pharmacopolæ sunt, sed quatenus per modũ boli, vel potionis sumuntur, & in stomachũ traiciuntur. Adhæc significat applicationẽ, quæ semper fit per fidẽ, Sacramẽta, & bona opera, siue in vita, siue post mortem in Purgatorio, semper enim Christi passio in electis fructus suos edit: Et maximẽ significat expiationẽ, quam quotidie facit Christus per sacrificium Eucharistiæ oblatũ. Tertiæ propositiones de futuro significant, non sanguinem Christi fundendum, qui iam satis fusus est, sed vim pro futuris delictis remittendis, quæ necdum sunt admittenda: Vt cum ait Esaias à Paulo productus: *Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob*: Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum: & Dominus dicebat, *Respicite, & leuate capita, quoniam appropinquat redemptio vestra*, & Apostolus: *Et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri*, & Ezechiel: *Effundam super vos aquam mundam,*

2. Cor. 5.
 II. genus. tiationum de Christi redẽptione.
 Ioan. 1.
 1. Ioan. 1.
 Ephes. 1.
 1. Tim. 4.
 Passio & mors Christi in quantum operetur.
 III. genus.
 Esai. 59.
 Rom. 11.
 Luc. 21.
 Rom. 8.
 Ezech. 36.

mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mudabo vos. Hæc ergo aut redemptionem præsignabant futurâ, aut futurorum peccatorum, quæ nondum commissa erant, expiationem, aut significabant diligentiam, & efficientiam nostram ad actu percipiendâ remissionem peccatorum, aut significabant plenam redemptionem à delictis venialibus, & quotidianis, aut à corruptione corporis nostri, quod ad vitam immortalem suscitandû expectamus. Et hæc tenus primæ dubitationi de expiatione peccatorû facta per Christi sanguinem, siue mortem, sit dictû.

Ad secundum, quomodo videlicet à potestate dæmonis nos vindicauerit, respondemus, Christum Dominû dixisse: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*, & Apostolus inquit; *Expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso*. Contra morem aliorum ducum, qui liberos seruos efficiunt; unde dicuntur serui, & mancipia, quasi seruati, & manu capti. Sed Christû spolauit eos, qui erant serui, & liberos fecit. Et Apostolus dixit in semetipso, id est, propria potentia, & virtute. In alijs enim victorijs non tota pars imperatori conceditur, sed & aliquid fortunæ datur; at Christus dicere potest: *Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir meû: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinauit*. Nam Christus in cruce pugnavit contra dæmones, & commotus est ira & furore contra peccata nomine sanguinis expressa, quæ totâ eius Humanitatem nomine vestimenti designatâ, iuxta illud, *Habitu inuentus vt homo, macularût, quia tulit illorû pœnas*. Liberati ergo sumus à dominatu, & principatu dæmonis. Quod verò nobis in Scripturis certamen contra dæmones proponatur, ac dicatur nobis: *Cui resistite fortes in fide*; Et, *Resistite diabolo, & fugiet à vobis*; Et, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum,*

contra spiritualia nequitia in cælestibus, & illud Ecclesiæ: *Pugnate cum antiquo serpente*, hæc tantum insinuant diabolum principatu spoliatû, ita tamen vt remaneat adhuc irritatus, & ad certandum prouocet, vt in statu innocentie Adamû aggressus est, & Iesum innocentem in deserto morantem. Nam quomniâ dæmon potestatis sibi traditæ modum excessit machinando in mortem Christi Filij Dei innocentissimi, & qui mortis meritum non habebat, merito principatu illo spoliatus fuit. Hinc Augustinus lib. 13. de Trinitate. c. 14. ait: *Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen. Et vtiq; iustum est vt debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine illo debito occidit*. Sic ille. Quod si qui sint, qui sponte sua se in dæmonis potestatem denuo dedant, vel cultores dæmonû, & simulacrorum existant; id illorû viciosæ voluntati est tribuendû; & ferox, catenæ tamen ferreæ alligatus, neminem inuadere, aut mordere potest, nisi quis sponte sua ad illum accedat, illique se subijciat: Ita Satanas alligatus est quidem à Christo, sed ita, vt qui velint, possint se in illius manus tradere. Fuit autem Christi insignis, & illustris victoria contra dæmones in cruce, quia vincebat potentissimos hostes, id est, astutissimos, in arte q; tentandi exercitissimos, quia etiâ erant in summo vigore potentie suæ, eû, qui summè sanctus, ac iustus erat, aggredientes, demû quia vincetes vincebantur: nam quod magis in Humanitate sæuiebant, eo magis ipsa eorû victoria inclinabat, ac deficiebat, nã ad nomen Iesu, & crucis præsentiam, horrent, & contremiscunt. Reddiditque nobis Iesus crucifixus dæmones superabiles, & tales, vt qui ab hominibus vinci queant, dando lucẽ agnoscendi insidias, & astutias eorû, viresq; suppeditando ad vniuersa eius magnifica promissa, ac tormenta perterrefactientia fortiter contemnenda. Vtitur ergo Iesus dæmonibus tanquam suis apparitoribus, licitoribusque, vt pro voluntate sua exercent iustos, siue eos sollicitando ad malum, siue corpora eorum vexando, siue vt

Gene. 4.

Matth. 4.

B. August. tom. 3.

Dæmon nobis nocere quatenus possit.

Quâ gloriose Christus de diabolo triumphauerit.

Quales nobis dæmones Christus reddiderit.

Dæmones vti Christo in feruiat ac famulentur.

Quomodo Christus nos à potestate Satanz liberauerit. Ioan. 12. Colof. 2.

Serui, & mancipia vnde dicantur.

Christi victoria, ab ea ceterorum hominum quâ diuersa.

Esa. 63.

Sanguis in Scripturis ferè peccata significat.

Quamobrem Scripturæ nobis cum diabolo certamen indicant.

1. Pet. 5.

Iaco. 4.

Ephes. 6.

In omni iudicio quatuor personæ interueniunt.

Nullum dæmoni iustum vnquam ius in hominem fuit.

Gen. 3. Ratio diuini iudicij in causa generis humani.

Diabolus cur homicida dicitur ab initio.

Ioan. 8. 1. Ioan. 2. 1. Tim. 2.

Esa. 63.

Thren. 3. Hiero. li. 2. in lamentatio. Jeremia c. 3. in fine. tom. 5.

Causa animæ Christi quando Dominus iudicauerit. Psal. 9.

puniant reprobos. Facta præterea est redemptio mundi per modum iusti iudicij, seu per sententiam iusto iudicio latam. In omni autem iudicio quatuor personas interuenire notum est atque exploratum, nimirum iudicem, reum, actorem, siue accusatorem, & inter has duas personas aduocatum, seu patronum. Potest tamen contingere causam agi occulto spectatore, & iudice, qui absque strepitu, vel figura iudicij, vel citatione testium nouit, aut humiliare calumniatorem, aut eripere miserum inopem, etiam illum, qui sua culpa lapsus fuerat in potestatem calumniatoris: præsertim si mediator intercedat, qui & culpam à reo agnosci faciat, & pretium de iniuria, aut damno illato soluat, qui talis, ac tantus sit, & tam gratus, vt intercedentem pro reo nefas sit repelli. Dæmon igitur suggerens homini agere contra Dei mandatû, etsi iniurius extiterit tam homini, quàm Deo, tamen contra hominem nullum ius habere promeruit. Nam etsi homo peccans sub potestate diaboli torqueri dignus fuerit, Deo illud iuste permittente, ipse diabolus tamẽ sicut hominem ex inuidia decepit, sic & eum deceptum non iustitiæ zelo, sed mala voluntate afflixit, & torfit. In hoc ergo iudicio Deus Pater iudex est, reus; est peccator, & miser homo; aduocatû, siue mediator, Christus; calumniator, siue accusator, diabolus, qui mentiendo hominem fecit esse morti subiectû, & ob id dicitur homicida ab initio; Scriptura verò vocat Christû aduocatum, & mediatorem, qui causam hominis rei in se suscepit tuendam, & suam esse fecit, de qua causa ipse per Esaiam ait: *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum*; & per Ieremiam: *iudicasti Domine causam animæ meæ. Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudicium meum*. Iudicauit Dominus causam animæ Christi innocentis, vt exponit Hieronymus, quando mortem peruenire fecit ad salutem generis humani; & triumpho suæ resurrectionis confudit autores eius interemptionis. Populus etiam liberatus Christo gratias agens in Psalmo illo: *Confitebor tibi;*

Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Subdit Deinde: *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam*. In quæ verba Hierony. ait: *Causasti pro me contra aduersarios, & vindicasti me: & fecisti causam meam bonam*. Nam quia dæmon in Christo non inuenit quicquam, & Pilatus eius organum, & satellites dixit: *Ego nullam inuenio in eo causam, quia nesciebant Deum posuisse in eo iniquitatem omnium nostrû; ideo dicitur egisse causam nostram, & iudicium nostrum*. Quia verò causa rei est etiam aduocati pro reo eius partes tuentis; ideo quæ competunt homini reo, ipse Christus sibi tribuit: quia Christus, & Ecclesia sunt vt caput & corpus, & vir, & vxor, qui sunt vna caro. Cùm Christus dixit: *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras*: non loquitur de iudicio condemnationis, sed de iudicio salutarifero mundi, quod est iudicium pro mundo contra diabolum, qui eijcitur foras. Quod magis explicans, subiungit: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*. Quod verò paulò post subiungit: *Etsi quis audierit verba meæ, & non custodierit, ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum*: aperte loquitur de iudicio condemnationis, quod erit in fine sæculi. Christus ergo vt reus pro nobis, & aduocatus, & fidei iustor, qui se vadem principalem in causa capitali generis humani constituit, ad Patrem, vt iudicem accurrat, & ait: *Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum*; & iterum: *Iudica Domine nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi, ac rursus: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me*. Quanquam dici possit, quod iudicium in salutem nostram exercuerit in primo suo aduertu; vt propterea David dixerit: *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis, iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio*; & Dominus: *Sicut audio* (scilicet à Patre) *iudico*, id est,

Hierony. in Psal. 9. to. 8.

Ioan. 14.

Infra 18.

Esa. 53.

Matth. 19.

Ioan. 12.

De quo iudicio Christus dixerit: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcitur foras. Ibidem.

Audientem verba sua, & non custodit eum (vt idem Christus tacuit) quo iudicio sit iudicaturus.

Psal. 25.

Psal. 34.

Psal. 42.

Quod iudicium in primo suo aduertu Christus exercuerit.

Psal. 71.

Ioan. 5.

fero

Esa. 63.

fero sententiam pro his scilicet, quos Pater mihi dedit. Ita dixit per Esaiam: Ego qui loquor iustitiam (& qualem iustitiam loquatur, subiungit) & propugnator sum ad saluandum. Quia ergo in hoc iudicio iustiores partes tutat est, & iustitiæ, ac misericordiæ Dei magis consonas; sententiam pro se promeruit, ut videlicet à peccato liberentur vniuersi, tum mortui, tum præsentis, tum futuri, qui in se crediderunt, & à potestate dæmonis, & principatu redimantur: sed ita, ut sponte credentes, illi renuntiare debeant, quemadmodum faciunt omnes qui Christo nomen dant in baptismo, diaboli pompis, & operibus renuntiant: ut quemadmodum homo sponte sua à Deo recessit, ita non nisi sponte homo tractus ad Deum reuertatur.

Quomodo à reatu pœnæ æternæ, siue temporalis nos Christus liberauerit, cum ex inferno liberauerit neminem.

Ad tertium respondendum est, Iesum à reatu totius pœnæ duplici ratione nos liberasse, directè quidem, & obliquè, seu indirectè, ut Theologis loqui est in more: indirectè, quia passio est causa remissionis peccati, in quo est reatus pœnæ; directè verò, quoniã passio fuit idonea, & abundans satisfactio pro peccatis totius humani generis. Condigna autem satisfactio exhibita, tollitur reatus pœnæ, & idè dicitur: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quod verò non liberet à pœna gehennæ iam inflata, hoc non prouenit ex imbecillitate meriti Christi, sed ob defectum indispositionis fidei, & charitatis per quas Christi passio applicanda erat. Satis tamen dici potest hominem liberatum ab inferno, dupliciter. Primum, quia liberauit à reatu, & iure, siue merito inferni, quod meritum omne peccatum mortiferum suapte natura consequitur. Hinc David ait: Quia misericordia tua magna est super me; & eruisi animam meam ex inferno inferiori, id est, à morte æterna. Erat enim & infernus superior, id est, limbus Patrum, seu sinus Abrahamæ, ad quem Christus descendit, & eius portas contriuit, & vetes ferreos confregit, ut canit Ecclesia: Inferni claustra penetrans, Tuos captiuos redimens, &c.

Esa. 53.

Cur Christus à pœna gehennæ tam inflata non liberet.

Duplex hominis ab inferno redemptio, & liberatio.

Psal. 85.

Quis ille sit infernus inferior, à quo se liberatum inquit Propheta: & quis sit infernus superior.

Psal. 106.

Liberat deinde ab inferno inferiori, seruando nos à peccato per meritum suæ mortis, pro quo detrudendi eramus in infernum. Quod verò à iustis satisfactiones exigit; id cum ratione est coniunctum: ut magis gustemus peccati malitiam, atque eo plus illud in futurum horreamus, ad hæc ut conformes ac similes Christo pro illo patientes reddamur. Ad hæc nihil derogat passioni Christi: quia non nisi virtute illius iusti pro pœnis temporalibus satisfaciunt.

Ad quartum de morte, dicendum est, Iesum peccatum remittendo (quæ non est aliud, quam spiritualis quædam animi mors) simul ab æternæ gehennæ merito nos liberasse: mortem verò temporalem, quæ non est aliud, quam separatio spiritus à corpore, ex peccato ortam, ut Moses, & Paulus ad Romanos tradunt, non omnino sustulisse; eius tamen vim, & metum debilitauit, atque confregit, ut ex omnium terribilium terribilissimo, electis redderet desiderabilem: Christus enim moriendo, mortem nostram destruxit: quia etiam homo erat qui pati posset, simul tamen innocens, ac Deus erat, qui mortis debitum non habebat. Hunc ergo uti purum, & simplicem hominem cum ignoranter inuasisset, in ipsum Deum se impigisse sensit: qui cum omnium viuentium vita sit, ipsam mortem absorbit, & simul cum ea deglutit eum, qui habebat mortis imperium. Hinc Damascenus libr. de Orthodoxa fide: Intercessit igitur mors, inquit, & transglutiens illicientem corporis escam, diuinitatis hamo transfixus est: & insons, & viuificum gustans corpus, perit: sed & omnes restituit, quos olim deglutierat. Nã quemadmodum tenebra illato lumine disparguntur, sic & corruptio percussa vita, profligatur, & fit omnibus vita, ei verò, qui corrumpit, corruptio. Sic ille eleganter. Quod alia similitudine magis illustrabo. Nam ut cibus perniciosus in stomachum iniectus causa est corruptionis stomachi ipsius, & aliorum ciborum: ita ossa illa Christi, quam mors suis faucibus deuorauit, in causa fuit, ut omnes iustos, & sanctos, quos antea deuorauerat, restituerit. Quod Ion

Quare Christus à iustis exigit satisfactiones.

Quomodo à morte quæ adhuc in fidelibus, & infidelibus dominatur, per Christum liberati sumus.

Gen. 2. Rom. 5.

Heb. 2.

Damasc. li. 3. de Ortho. f. 6. 27.

Simile.

Aliud simile.

Ose. 13. 1. Cor. 15. Heb. 2. Berna. ser. ad mili. Templi, cap. 11. circa medium.

gè antea fuerat à Propheta Osea prædictum: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Hinc Bernard. in sermone ad milites templi: Sed unde rursum confidimus quod mortem abstulit? Hinc plane quod eam ipse qui non meruit, pertulit. Qua enim ratione iterum exigeretur à nobis, quod pro nobis ille iam soluit? Qui peccati meritum tulit, suam nobis donando iustitiam: ipse mortis debitum soluit, & reddidit vitam. Sic namque mortua morte reuertitur vita, quemadmodum ablato peccato redit iustitia. Porro mors in Christi morte fugatur, & Christi nobis iustitia imputatur. Verum quomodo mori potuit, qui Deus erat? Quoniam nimirum & homo erat: sed quo pacto mors hominis illius pro altero valuit? Quia & iustus erat. Profecit namque, cum homo esset, potuit mori: cum iustus, non debuit gratis. Non quidem peccator mortis sufficit soluere debitum pro altero peccatore, cum quisque moriatur pro se. Qui autem mori pro se non habet, nunquid pro alio frustra debet? Quanto sanè indignius moritur, qui mortem non meruerit: tanto is iustus pro quo moritur, viuuit. Hactenus ille. Basilius quoque rectè de hac re philosophatur, ait enim quodam loco: Quam non suscipiebat mortem, ut eos, qui sub morte sunt, viuificaret? Deuorauit ipsum mors ignorans: deuorauit vitam, & deuorata est à vita: deuorauit unum cum omnibus, perdidit propter unum omnes: rapuit ut Leo, confracti sunt dentes illius. Quapropter etiam ut vilis contemnitur, eam non amplius ut Leonem timemus, sed veluti Leonis pelle conculcamus. Et Athanasius de hoc glorioso mortis Christi triumpho, atque victoria, libro de humanitate Verbi, eiusque coporali aduentu, circa medium edifferens, ait: Nec mirum, cum iam tam imbecillis sit (scilicet mors) ut etiam femina prius ab ea decepta, nunc illam ut mortuam, dissipatamque ludibrio habeant, non aliter quam ubi debellato per legitimam principem tyranno, manibusque, pedibusque eius intra vincula restrictis, omnes quotquot ad id spectabuli superueniunt ludibrijs ei insultant, probris, verberibusque proscindunt, securi iam illius scutia, & furoris, ob principis

Basilius.

Mortis vilitas atque impotètia, eam postquam Christus vicit atque triumphauit, testibus Basilio, & Athanasio. Athanasius tom. 1.

sui de eo partam victoriam: ita quoque mortem iam debellatam, & per Saluatorem nostrum Iesum Christum in Cruce triumphatam manibus eius, pedibusque obligatis, omnes eam in Christo pedibus proterunt, martyresque Christo se præbentes, sannis, ludibrijs, conuitijs exagitant, obiectantes, & qua superius dicta sunt per Apostolum Paulum: Absorpta est mors in victoria. Vbi mors victoria tua? Vbi orce stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est. Et infra: Qui serpente proculcatum videt (maximè si antea cognitam habuerit eius feritatem) nihil addubitat quin extinctus sit, planeque defecerit, nisi illum excipias, qui animo alienatus est, nec integrè suis sensibus potitur. Quis enim cum Leonem videt ludibrijs exagitari à pueris, ignorat, eum vel mortuum iam esse, vel saltem omnibus viribus suis destitutum? Quemadmodum igitur ista vera esse, oculis deprehendi licet, ita quoque à nemine ambigendum, mortem, quæ à Christi fidelibus ludibrio habetur, à Christo perdomitam esse, eiusque leuem, ac vim corrumpendi extinctam esse. Hæc illi sancti Patres de morte præclare scripserunt, senseruntque: videnturque hæc habuisse ex Pauli sententijs, qui habet: Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Et iterum: Sicut in Adam omnes morimur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, & ad Hebræos: Ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Obijcies; Quomodo separata mors est à Christo, quæ tanta libertate adhuc scuit in membra Christi? Quis est enim, ait David, homo qui viuere, & non videbit mortem? Et, Statutum est hominibus semel mori. Respondemus cum Apostolo: Quoniam quidem per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Ex quibus verbis sequitur, Christum eatenus nos liberasse à morte, non quidem ut temporalem mortem non incurramus, sed ut per illam quæ aliàs futura æterna erat, per resur-

1. Cor. 15.

Alterum exemplum Athanasij ad idem ostendendum.

Vnde magni Patres illi hanc de morte doctrinam hauisse videntur.

2. Cor. 5.

1. Cor. 15.

Heb. 2.

Quomodo separata mors est à Christo, quæ tanta libertate adhuc scuit in membra Christi.

Psal. 88.

Heb. 9.

1. Cor. 15. A morte per Christum quatenus liberati fuimus.

rectionis gloriam in vitam æternam transeamus, alioqui non esset opus articulo illo, quo credimus carnis resurrectionem. Atque ita per Christum vita est mors, non quo in ea sit sistendū, sed ut per eam transitus fiat in æternā vitam. Et cum victoria mortis super corpora humana fidelium in Christo morientium ad tempus sit, & ad horam, ut illa Christi Domini testatur mors tridua, & illa beatæ Virginis, victoria tamen fidelium per Christum in resurrectionis gloria, æterna est, sicut Paulus ait: *Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria*: quæ, si Christus morti se obnoxiiū non reddidisset, mors minimè fuisset absorpta; Christus autem extinctus uon fuisset, si mors nostra non fuisset; nec mors nostra nisi præcessisset in nobis culpa peccati. Hinc Christi mors dicitur mors mortis nostræ, & peccatum stimulus mortis nostræ. Ille autem sermo Prophetæ: *Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne*, etsi in primo Christi aduentu ex parte sit completus propter Christum, & matrem à mortis imperio, & corruptione liberatos; tamen iuxta Pauli intellectum implebitur, cum tradiderit Deo regnum: quia tunc insultabitur ab omnib⁹ morti ipsi: *Vbi est mors victoria tua?* Ut enim id, quod in præsentī est momentaneum, & leue tribulationis nostræ; supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: ita mortis nostræ temporalis incursus meretur victoriam æternā incorruptionis, & vitæ. Deinde dici potest alio modo Christianus liberatus à morte temporali, quia illam non ut filius Adæ amplius patitur, cum sit extra illud pactum cōstitutus, & in Christo patiatur mortem, non propter Adæ peccatum iam sibi, quatenus proprium fuit, remissum, sed propter imitationem Christi, ut iam pretiosa in conspectu Domini sit mors sancto rū eius; id est, non debito Adæ inflicta, sed ad Christi similitudinem, & imitationem tolerata. Postremò dici potest homo liberatus à morte temporali, quando ex terribili, atque abominabi-

li, reddita est amabilis, atque desiderabilis. Hinc illa Simeonis vox: *Nunc dimittis seruum tuum Domine*, & illa Pauli: *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo*. Recteque propterea mors fidelium dicitur somnus pacis, & obdormitio in Domino, & corpora dicuntur quiescere in cœmeterijs, id est, dormitorijs. Et ad hanc temporalem mortem demonstrandam per Christū deuitam, atque incorruptionem donatam fuisse, voluit Deus Christo moriente, & Spiritum suum emittente, se pulchra, quæ sunt velut ipsius mortis carceres, aperiri, & eos, qui illis captiui detinebantur, liberos emitti: *Multa*, inquit Euangelista, *corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt*. Christus ergo Rex vitæ, & mortis dominus agnoscitur mortem sua morte profligasse, & vitam sua resurrectione restituisse: quia non solū seipsum à mortis vinculis eripuit, sed multos etiam secum excitare voluit viuos. B. Bernardus sermone in transitu sancti Malachie Episcopi ita hanc obiectionem diluit: *At fortasse quis dicat; Quomodo mors à capite superata videtur, quæ tanta adhuc libertate sauit in membra? Si mors mortua, quomodo Malachiam occidit? Si victa, quomodo adhuc praualet vniuersis, & non est homo qui viuat, & nō videat mortē? Victa planè mors opus diaboli, & peccati poena, victum peccatum causa mortis, victus & malignus ipse, & peccati autor, & mortis. Nec modo victa sunt hæc, sed & iudicata iam, & damnata. Diffinita quidem, sed nondum promulgata sententia est. Denique iam diabolo ignis paratus, etsi nondum ille precipitatus in ignem, modico adhuc tempore sinitur malignari. Tanquam malleus cælestis opificis factus est, malleus vniuersæ terræ. Terit electos ad eorum vilitatem, reprobos conterit in eorum damnationē. Qualis ergo paterfamilias, tales & domestici eius, peccatum scilicet, & mors. Nam & peccatum licet simul cum Christo cruce ipsius non dubitetur affixum, ad huc tamen interim non regnare quidem, sed habitare etiam in ipso, dum viueret, Apostolo permittebatur. Mentior, si non ipse ait: *Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Sic & mors**

Luc. 2.
Philip. 1.
Cœmeteriū quid.
Matth. 27.
B. Bernardi solutio propositæ questionis.
Psal. 88.
Matth. 25.
Ierem. 50.
Coloss. 2.
Rom. 7.

Ibidem.
Ose. 13.
Ibidem.
Ibidem.
1. Cor. 15.
Ibidem.
2. Cor. 4.
II. solutio.
Psal. 115.
III. solutio.

ipsa

ipsa minimè quidem adhuc abesse cogitur, sed cogitur non obesse. Erit autem, cum dicetur: Vbi est mors victoria tua? & ipsa siquidem inimica nouissima destruetur. Nunc verò moderante eo, qui imperium habet vitæ, & mortis, & mare ipsum certis littorum coerces metis, mors ipsa dilectis Domini somnus refrigerij est, Propheta attestante, qui ait: Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Pessima quidem mors peccatorum, quorum & natiuitas mala, & vita peior, sed pretiosa est mors sanctorum. Pretiosa planè, tanquam finis laborum, tanquam victoria consummatio, tanquam vita ianua, & perfecta securitatis ingressus. Hactenus ille bonus Pater. Quem admodum ergo ter orante Paulo pro stimulo carnis auferendo, non est ablatu, sed data gratia qua vinceretur, ac minimè noceret; ita Christus vincit mortem in nobis, dando gratiam, quæ illam in ipso superemus, & in nostram gloriam eius perpeffionem conuertamus. Nam si omnino Christus mortē abstulisset, vbi essent trophæa Martyrum, palmæ Virginum? Vbi trophæa pro iustitia decertantium, & occumbentium?

Quomodo à lege Christus afferuit, cum eam seruare Gentiles minimè cogere tur.

Gala. 3. Infra 4.

Lex Moyfi quando fuerit terminanda.

Ioan. 19. A qua lege Moſis Christiani liberi fuerint nunquam.

Ad quintum, dicendum est quod Christus nos redemit à lege, & maledicto legis, factus ipse pro nobis maledictum, & rursus: Factus sub lege, ut eos, qui sub lege erant (scilicet Iudæos) redimeret, ut Paulus ipse afferit in illa ad Galatas epistola, nam Galatæ cum essent Gentiles, nec ad legis vinculum obligarentur, seducti tamen per pseudapostolos ad legis obseruantiam inducti fuerant. Et rectè arguit Paulus: Si existentes sub lege liberauit à iugo legis, quid opus erat Gentiles ceremonijs legis grauari, quæ etiam in ipsis finem habuerant? Et si autem aduentu Messie terminanda lex erat iuxta Prophetarum vaticinia; non tamen in ipso natiuitatis suæ initio, sed post legem nouam prædicatam, & Christi mortē in Cruce, in qua dixit: Consummatum est: & post mortem eius per Apostolos legem Euangelicam vniuerso orbi traditam lex omnino cessare debuit. Nō autem intelligas, ita liberatos à lege fideles ex Iudæis, vel Gentibus con-

uersos, quasi ad eos Decalogus, qui ante legem obligabat, & per Christum, & Apostolos stabilitus est, non pertineat, sed quod à iudicijs, & ceremonijs sint erepti: nec ab illis quidē, ita ut non liceat legere Moysen; & Prophetas, & illorum sensibus, qui Christum, & Euangelium continent in sensu spirituali, populum Dei pascere.

Ad sextum dicendum est, ianuam cœlestis regni per mortē Christi fuisse apertam, & ostium Paradisi peccato Adæ clausum, & Angelis custoditum reuerasse: in cuius rei signum velum templi scissum fuit, ut aditus pateret ad Deum, sibi que latus perfodi permissit lancea, ut nobis ostium aperiret. Hinc Paulus habet: *Christus assisstens Pontifex futurorum bonorum, non amplius, & perfectius tabernaculum, per manu factum, &c. sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* Quod eleganter in Lege adumbratum erat: nam hominidæ, qui in ciuitates refugij se receperant, post mortuum Pontificem poterant in domum reuerti suam, ut statuitur in libro Numerorum. Hinc de Domini ascensione dicitur per Michæam: *Ascendet pandens iter ante eos, & per Dauidem: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, quæ possessionem regni cœlestis simul cum eo accepit.* Hinc est, quod ante Christum mortuum sanctorum, ac iustorum hominum mors non fuit læta, sed tristes, nūc verò gloriosa, & pretiosa est. Hinc Ezechias Rex, & quidem iustus, cum audisset à Propheta: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*, cum fletu cecinit: *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Quasiui residuū annorum meorum, dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viuentium (scilicet donec veniat tempus, donec recorderis mei) non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis.* Secus nostri Martyres, qui cum Paulo cupiunt dissolui, & esse cum Christo, & læti moriuntur, quia sentiunt instare tempus redemptionis suæ. Hinc B. Bernardus: *Puto quod arbitretur indignum (scilicet Ecclesia) quantumlibet laudabili mortī, quæ Christi mortem præcedit, diem festū*

Quomodo Christus ianuā cœli aperuisse dicitur, cum in id Helech, & Helias rapti legantur.
Gen. 3.
4. Reg. 2.
Matth. 27.
Ioan. 19.
Heb. 9.
Num. 35.
Mich. 2.
Psal. 67.
Ephes. 4.
Cur ante Christi mortem, iustorum hominum mors tristes erat, & minimè iocūda.
Esa. 38.
4. Reg. 20.
2. Par. 32.
Philip. 1.
B. Bernard.

impende-

impendere, praesertim cum ante illam salutariferam passionem non festiua gaudia, sed claustra tenebrosa morientes quosque exciperent: Nunc autem panis debitis peccato humani generis per mortem Christi exolutis, aperta est ianua regni caelestis omnibus tam ante Christum, quam post. Christum credentibus. Proinde etiam congrua ratione Ecclesia dies festos agit Ioannis Baptista, sanctorum Innocentium, Simeonis, Zachariae, Machabeorum Martyrum, & aliorum morientium ante Christum: qui etsi suis seculis pro Christo morientes transferunt ad inferos, mox tamen post Christum passum migraverunt in caelum. Propterea B. Stephanus merito dicitur protomartyr, & primitiae martyrum in eius sanguine dedicatae: non quod ante Christi aduentum non fuerint martyres, sed quia primus per actum suae passionis triumpho, non ad inferos descendit, ut caeteri omnes praedicti, sed in caelum. Vnde ipse in conflictu suo dixit: *Ecce video caelos apertos, & Filium hominis stantem a dextris virtutis Dei.* Etsi autem in baptismo Christi caeli sint aperti: non quidem sibi, cui semper patuerunt caeli, sed ad indicandam vim, quam debebat habere baptismus post eius mortem susceptus, factum est: nam omnibus aperit ianuam regni caelorum. Henoch vero raptum in Paradisum, & Heliam subleuatum in caelum: intellige non Emphyreum, sed aereum, & amicum locum aliquem, in quem illi sancti ad tempus sunt recepti. At in Emphyrei regni solium primus Christus est ingressus, qui dicit: *Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas confitebor Domino: Hac porta Domini, iusti intrabunt in eam.* Etsi enim Christus regnum caelorum omnibus iustis, & sanctis, qui ante se fuerunt, comparauerit, etiam priusquam pretium penderetur, eo tamen tempore genus humanum non erat in possessionem regni caelestis ingressum, sed tandiu exclusum manebat, donec veniret qui pretium numeraret. Quemadmodum etiam in civili contractu plerumque enenire solet, ut emptio, in qua nec emens tradit statim pretium, nec vendens tradit statim rem, quam vendit, sed uterque dat fidem suam, ille

quidem de pretio soluendo statuto tempore, hic vero de tradenda certo tempore merce vendita. Ita in hoc negotio redemptionis, quidam veluti futurae emptionis, & venditionis contractus celebratus est, foedus atque pactum initum, testiumque iuramento firmatum, atque ita in verbo promissionis suae Deus spes, & consolationem humano generi contulit, reuelans ex Adam venturum filium, qui pro debito solueret parentum, quod ipsi non poterant, promittens interim peccati remissionem, gratiam, & pacem omnibus credentibus, & inuocantibus ipsum; hereditatem tamen paternam caelestis gloriae deperditam tandiu restituere differens, donec pretium penderetur: quemadmodum non raro accidit, ut verus haeres, dignusque paternae hereditate aliquis sit, sed illam paternum debito oppignoratam adire non valeat, priusquam debita integre persoluantur.

Ad septimum dicendum est, passionem Christi causam extitisse nostrae cum Deo reconciliationis, duplici ratione. Altera, quatenus per modum redemptionis remouit peccatum, per quod homines constituuntur inimici Dei: nam odio sunt Deo impius, & impietas eius, & iniquitates nostrae sunt, quae diuiserunt inter nos, & Deum nostrum. Altera, quatenus est sacrificium Deo acceptissimum, ipsum placans, atque odore suo suauissimo mitigans. Non autem dicitur ita nos reconciliasse, quasi de integro nos amare incepit, cum in charitate perpetua nos dilexerit, sed quia peccata nostra, quibus iram Dei in nos concitauimus, odiumque eius nobis confluimus, per Christi mortem sunt sublata, & inimicitiam, gratiamque cum Deo rediimus, ac plane reconciliati sumus. Quod enim nobis cum aliqua Dei mutatione fieri concipimus, ut nunciamet, nunc odio habeat, sine vlla tamen, quae in eum cadat, mutatione profus contingit, nobis tamen tantum mutatis: nam ab aeterno, ut Adae filios, & peccatores semper odio habuit, ut iustos vero, & per Christum regeneratos semper dilexit. Neque nos asserimus,

Qua ratione sim⁹ per Christi mortem reconciliati, cum reconciliatio inter eos non sit, qui sepe sunt amici. Sap. 14. Esa. 59.

Qualis sit haec nostra cum Deo reconciliatio. Ierem. 31.

Mutationes in Deo, scilicet amoris, & odij, ut sint accipiendae.

interfe-

Eos etiam qui ante Christum pro veritate vitae pro fuderunt, cur Ecclesia diebus festis honoret.

B. Stephanus cur dicitur protomartyr.

Act. 7.

Matth. 3. Christi in baptismo cur aperti sint caeli.

Gen. 5.

4. Reg. 2. Quid per paradysum, seu caelum, inquit Henoch, & Helias rapti leguntur, intelligendum sit. Esai. 117.

Quemadmodum egerit Deus cum patribus antiquis testamenti vsque ad aduentum Messiae omnium redemptoris, & liberatoris.

Quanta vis & potentia Christi obedientiae, & patientiae apud Deum fuerit.

Quomodo Christus cum esset Deus, potuerit, ac meruerit exaltari.

Philip. 2.

Luc. 14. Christi regula.

Matth. 27.

Supra 26. Infra 27. Ioan. 19.

interfectores Christi, per flagitium illud summum, & exaggerandum, quo manus iniicere in Filium Dei temere ausi sunt, Deum sibi, aut alijs reconciliasse, sed Christum tantum pro eo quod ex obedientia, & cum magna charitate mortem sustinuit, illamque pro nobis Patri obtulit, reconciliationem nostram operatum fuisse, plusque valuit Christi obedientia, atque patientia Deum placare, quam rabies, & furor interficientium irritare, atque ad vindictam prouocare. Diligenter enim in Christi morte distinguenda sunt, & quae Iudaei, vel Gentiles in eius nece patrarunt quae omnia sunt iniquissima, atque execrabilia, & quae Christus ex parte sua, vel fecit, vel sustinuit, quae omnia sunt sanctissima, Deoque gratissima, nobis vero quam maxime salutaria.

Ad postremum, dicimus, Dominum per humiliationem, qua se in operanda redemptione nostra sponte deiecit, magno iure exaltationem suam promeruisse, etiam si alijs suis actionibus multis, & magnis, ex quo incarnatus est, illam sibi debitam reddiderit. Sed haec est gloria Domini nostri, ut multis iuribus, rationibusque exaltationem suam, & gloriam promeruerit, ut aliquod ex illis posset nobis communicare. Vnde Apostolus cum de humiliatione Christi dixisset: *Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, cum regula a Domino tradita habeat: Qui se humiliat, exaltabitur;* continuo subiungit: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, & reliqua.* Quia ergo se humiliavit in passione ad mortem, cuius non erat debitor, & ad locum, quia positum corpus eius in sepulchro, & anima descendit in infernum, ad confusionem, & opprobria quae sustinuit, & quia sibi voluit ut res ante tribunal Caiphae, & Pilati, cui dixit: *Non haberes potestatem aduersum me*

illam, nisi tibi datum esset de super: Propterea obedientia mortis suae, atque humilitate quadruplicem exaltationem promeruit. Et primo quidem gloriosam, & immortalem corporis resurrectionem, quae morti respondet; admirabilem quoque euectionem, atque ascensionem in caelum, ut qui descendit in inferiores partes terrae, ipse sit, qui ascendat super omnes caelos, & confisus ad Patris dexteram. Tertio, deificationem suae diuinitatis, & gloriosi nominis, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum. Etsi enim a die conceptionis sortitus fuerit nomen Iesu, opes tamen in hoc nomine inclusas, & virtutes nonnisi post mortem in cordibus credentium patefecit, ut tunc dicatur dedisse ei nomen, quando eius mysteria reuelauit. Quarto, promeruit & iudiciariam potestatem mundi, ut ipsi homini tanquam supremo iudici vniuersi homines sistendi sint. Quanquam hanc potestatem alio iure, nempe quatenus Deus est, haberet, hanc tamen quatenus homo est sibi comparauit, de qua ipse dixit: *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra;* & Iob: *Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies.* Aequum igitur est, ut nos, qui sancto suo redempti sanguine sumus, eum in cordibus, & linguis, atque operibus nostris, ac passionibus pro eo toleratis exaltemus, & illustremus, illumque tanquam iustissimum, & incorruptum iudicem nostrum, ante cuius tribunal nos stare oportet, agnoscamus, illumque nobis beneuolum, ac propitium quoad possumus, efficiamus, ut sententiam, quae in aeternum stare pro nobis valeat, proferat, illique cum Patre, & Spiritu sancto immortales gratias agamus, & aeternum laudis, honoris, & gloriae sacrificium immolemus, Amen.

Per Crucem & passionem suam quadruplicem exaltationem promeruit Christus.

Ephes. 4.

Philip. 2.

Luc. 2.

2. Cor. 5.

Matth. vlt. Iob. 36.

Quid debeant homines redempti Christo redempto suo.

2. Cor. 5.





TRACTATUS VI.

De acerbissima Domini Iesu passione simul & de compassione, siue commiseratione, qua erga nostram miseriam subleuanda affectus fuit, in illa Ioannis Euangeliste verba: Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Apocalyp. 1.

Mens auro- ris.

LUC. 12.

quid.

MAR. 3.

EXOD. 3.

Cur Ioannes septem Ecclesijs gratiam, pacemque a Domino precetur.

VO frigida, ac torpentia hominum pectora magis inflammare, & charitatis illo igne, quem Iesus venit mittere in terram, incedere valeamus, prudens lector, aliquid aliud praefandum nobis videtur de intimo illo, ac tenero commiserationis affectu, quem Graeci συμπάθεια, vulgo compassione vocat, quod nos, nostrosque, errores Iesus filius Dei pro sua incomparabili bonitate miseraridignatus est, atque adeo de acerbissima, & pretiosissima ipsius passione idque, quo commodius prestare possimus, verba dilecti discipuli Iesu, ac filij tonitruum in principio suae illius diuinae reuelationis explicare conabimur: quae in hunc modum habet: Ioannes septem Ecclesijs qua sunt in Asia: Gratia vobis, & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & a Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terra, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Verè magnifica, mysterijs praegnant, & Apostolico spiritu referta saluatio. Precatur in primis gratiam, quae est primum bonum, quod Deus fidelibus suis donat, ad quod Apostoli viuentes vocati sunt: & pacem, quod est

postremum bonum, quod Iesus penè moriens quasi pretiosam legatum discipulis reliquit suis: in his verò primo, & vltimo donis caetera intermedia comprehenduntur. Haec autem ab eo precatur, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Quod periphraasis quaedam est aeterni Dei, propterea non inquit, qui fuit, quasi amplius non sit, sed qui erat: nec dixit, Qui futurus est, quasi prius non fuerit: vt ostendatur Dei aeternitas, quae omne tempus sua imensitate ambit, omnique nostro tempori praesens est, cui nec id quod nobis praeterijt, elapsum est, nec quod nobis adueniet, est futurum. Si enim hominis animo a conditione sua datum est, vt non deserens praesens, in quo est, possit esse in praeterito per reminiscenciam, & in futuro per prouidentiam: quanto magis hoc eminentiori modo proprium erit diuinae illi naturae nobis incomprehensa, quae nec loco clauditur, nec temporis nostri differentijs circumscribitur? Subdit: Et a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Haec quidam referunt ad dona Spiritus sancti: verum quia illa accidentia sunt, non substantiae per se subsistentes, & Angeli proprie dicuntur assistere ante Deum, reliquis, qui stare dicuntur ante Deum hoc

Ioan. 14.

Expenditur: Qui est & qui erat, & qui venturus est.

Omne tempus aeternitas ambit.

Qui sint illi septem spiritus, qui assistere dicuntur ante Deum.

Tob. 12.

LUC. 1.

DAN. 7.

Angeli cur proprie nec patres, nec filij dicantur.

Iob. 2.

Infra 38.

Psal. 88.

Propriū Spiritus sancti.

Psal. 103. Heb. 1.

Quosensu ab Angelicis spiritibus gratia & pacem postulet Ioannes.

Quare secundu Angelos gratiam, & pacem a Domino Iesu Christo precetur Ioannes.

Psal. 8. Heb. 2.

loco, & apud Tebiam, intelligitur, ex quorum numero est & Gabriel, qui de se apud Lucam ait: Ego sum Gabriel, qui sto ante Deum. Nam etsi millia millium Angelorum assistere dicantur ante Deum apud Daniele, septem tamen principes esse creduntur natura, & potestate, ac proinde gratia, atque gloria caeteris eminentiores, qui toti militiae caelesti praesident, resque humanas per se, & alios inferiores curant. Hi autem quia non gignunt similes in specie, Patres non dicuntur: & quia non gignuntur, cum sint expertes, omnis materiae, non vocantur filij, vt nos: quanquam metaphoricè, quia iustificati, filij Dei dicantur, vt apud Iobem dicitur: Factum est cum quadam die venissent filij Dei, & starent coram Domino, & iterum: Quum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei, & Dauid: Quoniam quis in nubibus aquabitur Domino, similis erit Domino in filijs Dei? Unde & Spiritus sanctus nec gignit, nec gignitur, sed voluntate Dei Patris Filium summo amore prosequentis, & Filij Patrem pari charitate diligentis producit, & spiratur: ita Angeli ex amore, & voluntate Dei vt esse possent, producti Spiritus dicuntur, iuxta illud: Qui facis Angelos tuos spiritus.

Quod verò ab illis petitur gratia, aut pax; prudenter est accipiendum. Non enim illi Spiritus, aut efficiunt, aut infundunt illa dona in nobis, vt Deus; nec illa promerentur, vt Christus homo, de quo statim facit mentionem: sed quia illi sunt ministri salutis nostrae, interpellatores, curatoresque, nostrae custodiae per diuinam prouidentiam deputati; ideo rectè ab illis tanquam mediatoribus, & intercessoribus nostris precatur gratiam, & pacem: Et a Iesu Christo. Quia plura erat dicturus de Domino Iesu, & quia humanitas eius, vt talis etiam Angelis quantum ad naturam attinet, est inferior, secundum illud: Minuisti sum paulò minus ab Angelis: tamen quod spectat ad gratiam, secundum quam caput est, & Rex illorum, maior est, idcirco vltimo loco ponitur Iesus Chri-

stus, nam vt homo non solum inferior est Patre, & Spiritu sancto, sed etiam ipsis Angelis. Subiungit: Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terra. Tres honorificos titulos Christo tribuit. Primus est, Testis fidelis: in hoc enim natus est, & ad hoc venit in mundum, vt testimoniū perhiberet veritati: & fidelis dicitur, quia non mentitur in dictis suis: quia vidit perfectè, & audiuit quae locutus est, iuxta id: Quod scimus loquimur, & quod vidimus, testamur. Non fallit etiā in promissis, quia scriptum est: Fidelis Dominus in omnibus operibus suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Accedit magnitudini testimonij eius, quod simul est iudex & testis, nihil quod eorū, quae testificari debuit, omisit: Omnia, inquit, quaecumque audiui a Patre meo, nota feci vobis. Fortissimus etiam, & constantissimus exitit in ferendo testimonio: nam non obstante persecutione, infamia, & morte Crucis, in confessione perstitit veritatis. Secundò, vocat eum primogenitum mortuorum: non quòd alij tam in Veteri, quàm in Nouo Testamento ante eum suscitati non sint ab inferis, sed quòd primus sit ad vitam immortalem suscitatus, & tanquam primogenitus honoratori suscitationis genere dignus habitus: quia post triduum excitatus est à somno mortis, & non expectauit postremum diem iudicij, in quo omnes mortui, qui in Christo sunt, ad similem gloriam resurgent. Atque hunc sensu iuuat, quòd Paulus in Actis probat Christum à mortuis suscitatum, illo testimonio prophético: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Atque is planè intellectus Prophetae confirmari potest, tum ex praecedentibus, in quibus de mysterio passionis perspicuum habet sermonem, tum ex consequentibus, vbi habet: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terram, nam hoc cōsecutū est eius à mortuis suscitationem. Tertius titulus est: Princeps Regum terra. Quia vt ipse suscitatus dixit: Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra: & in nomine eius flectitur omne genu, caelestium, terrestrium, & infernorum.

Christus Testis cur dicitur testis fidelis.

Ioan. 18.

Supra 3.

Psal. 144.

Ierem. 29.

Ioan. 15.

Quare Christus vocetur primogenitus mortuorum.

Matth. 12. 20. 28.

1. Thes. 4.

Act. 13.

Psal. 2.

Ibitem.

Christus princeps Regum terra: cur dicitur a Ioanne. Matth. vlt. Philip. 2.

Heb. 1. Reges omnes, & Principes potestatem suam omnem cur ferre debeant acceptam vni Christo.

Quid est qd Christus laus dicitur nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Effectus dilectionis Christi. Prou. 10. 1. Pet. 4.

Esa. 63.

Supra 53.

De Christi erga nos commiseratione, seu dilectione differtur.

Ioan. 1. Psal. 10.

Sedet ergo ad dexteram maiestatis in excelsis, moderaturq; ac regit Reges terrarum, id est, Principes tam seculares, quam Ecclesiasticos, qui siue in temporalibus, siue in spiritualibus præficiuntur, & qui finis, & scopus esse debent omnium tam spiritualiter, quam temporaliter regnantium: quia agnoscere debent omnem suam potestatem. siue super facultates & corpora, siue super animas à Christo esse profectam, atque comparatam, & in eos, quos ipse voluit, deriuatam, ac proinde se, vt vicarios Christi prorsus gerant in illa administratione, cui de omni administratione tamquam domino reddituri sunt rationem. Sequitur: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quibus verbis extinguitur, aut destruitur delictorum declaratur. Quia enim peccatum omne in animo concipitur, opere autem ipso perficitur; ideo Christus venit ad nos dilectione, siue commiseratione, quæ vniuersa operit delicta, atq; aded externa passione, vel sanguinis effusione præditus, vt peccata nostra deleret, atq; ablueret. Nā de priori illo affectu ita prædixerat Esaias: Angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. De secundo vero idē propheta prædixerat: Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Merito igitur tractabimus primo loco de commiseratione Christi, quæ vel ipsa est dilectio, vel ex dilectione oritur; Deinde de acerba passione, siue sanguinis profusione, quæ ex commiseratione proficitur; Tertio loco de fructu vtriusq; dicendum erit, de quo ait: Et fecit nos regnum, & sacerdotes Deo, & Patri suo. Vt igitur primum expediamus, perpende, quod etsi ab æterno Deus fuerit misericors, atq; ea de re frequenter, & summè in Scripturis commendatur, imò ipsa aded misericordia; postquam tamen carnem indutus homo factus est, mirificauit misericordias suas super timentes se, vt ait propheta; hoc est, admirabiles, & omniconceptatione dignas; ac proinde dulcissimas misericordias suas effecit.

Fuit enim Dominus Iesus natura sua ad affectum commiserandum, & effectum succurrendum propensissimus: nam propterea de dulci, ac benigno Spiritu sancto conceptus est, & de femina sola, atque illa quidem Virgine, quæ teneriori temperamento est prædita, adde quod erat regina misericordiarum, & filia Davidis, de mansuetudinis virtute celebrati; vt vndique Iesus esset misericors, & tenerum, ac dulcem charitatis affectum erga nos ostenderet. Quare B. Thomas in illa Apostoli verba ad Hebræos 5. Et quidem cum esset Filius Dei (ne quisquam derogari putet Christi scientiæ, quam ab æterno habuit vt Deus, & à momento incarnationis vt homo) didicit ex ips, quæ passus est obedientiam: ita ait: Cum enim sit Filius Dei ab æterno, & secundum hoc nec pati, nec compati posset, assumpsit naturam, in qua pati posset ratione corporis; & compati ratione animæ. Hæc ille egregie ad sensum. Obedientiam autē practicè didicit, quam theoreticè nouerat, quātā esset apud Deum virtutis & efficaciar ad dissoluenda debita omnia per præuaricatorem Adam, & posteros eius contracta. Didicit etiam misericordiam, & misericordiarum incrementum, de quo idem Apostolus dixerat: Vnde debuit per omnia fratribus simulari; vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum. Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Didicit autē Christus à flagello, qui durus est magister: quia tamen optimè docet, per illud sanctos suos erudire voluit. Nā vt Apostolus ait, Flagellat omnem filium, quæ recipit: & Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Hic igitur magistrum audiens, discere voluit Filius Dei. Vt rectè dixit Bernard. Pati voluit Christus, vt compati disceret: miser voluit fieri, vt misereri disceret. Hæc ille ad sensum. Homo etenim homines suæ speciei afflictos miseratur, præsertim verò hi, qui diligunt, cum eos quos amant, vident in afflictione positos, vt parentes filios, viri uxores, & in vniuersum malorum experientes eos qui eisdem malis inuoluuntur. Quare

Quando mirificauit Deus misericordias suas super timentes se. Matth. 1. Luc. 1.

Mira Iesu benignitas.

Psal. 131.

S. Thom. in c. 5. epist. ad Hebræos lect. 2. tom. 16.

Heb. 5.

Christus Dei filius cum esset omniscius qui nam dicit obedientiam secundum Apostolum.

Quæ præterea Christus dicitur.

Heb. 2.

Infra 4.

Flagellum durus magister, optimus tamen.

Heb. 12.

Az. 14.

Bernard. tract. 4. De gradibus humilitatis, initio ferè.

Quos in primis miseratur natura.

Heb. 4.

Christus in Cruce cur caput habuerit inclinatum.

Luc. 11.

Quid Christus fecerit valde exorabile nobis.

Heb. 5.

Miseria propriè quid sit. Scot. in 4. dist. 49. q. 7.

Prou. 14. Vnde miser Christus effectus sit, eiusdem in homines misericordia æterna processerat secū dum aliquos.

Iob 14.

B. Bonauen. in 3. sent. dist.

Maior extitit in Christo commiseratio, quæ nos est persecutus, quam passio, teste B. Bonauentura.

re rectè monet Apostolus ad Hebræos, dicens: Adæmus ergo cum fiducia ad thronum gratiarum eius (in quo sedebat in throno iustitiarum) vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno. Propterea enim Christus caput inclinatum in Cruce habuit, quod se ad exaudiendum facilem nobis indicaret. Nam qui requiescit in molli lecto, difficilè audit vocantem, & difficilius surgit, vt indicat parabola Evangelica de accedente media nocte ad amicum, vt commodato acciperet tres panes; qui verò in duro lecto dormit, facile audit vocantes, & facilius illum deserit: ita Dominus Iesus dum quiesceret in sinu Patris, tamquam in molliissimo, & suauissimo lecto, difficilè se in audiendo præbebat; at postquam in lecto Crucis quiescere voluit, propensum se ad audiendum exhibet, in quo ipse à Patre suo exauditus est in omnibus pro sua reuerentia.

Est autem miseria propriè, & essentialiter culpa ipsa; non autem aliqua poena, vel tristitia, vt docent Scholastici; etsi omnis poena, quæ peccatum puniunt, secundum quid sit miseria. Quare culpa facit, vt poena miseria dici possit: nam vt rectè ait Salomon; Iustitia eleuat gentem; miseros autem facit populos peccatum. Ex hac autem culpæ miseria factum est, vt miser Christus apparuerit. Nam si Adam non peccasset, sine vlla miseria pro gloria humani generis natus fuisset, vt quidam non contemnendi Doctores tradunt: illo vero peccante natus est plenus miserijs, sicut reliqui omnes, de quibus apud Iob: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Has autem tantas miserijs hominum commiseratus Deus, ac subleuare volens, carnem indutus, dilectione plenus, & miserijs nostras expertus, quod magis viscerata miserationis nobis ostenderet, ad nos venit: Vt autem testis est quidam insignis Theologus, maior extitit in Christo commiseratio, quæ nobis compati dignatus fuit, quam passio ipsa, & multitudo tormentorum, quæ pro nobis pertulit, non tantum re ipsa ac tempore, & causa, sed etiam subiecto, & merito, & inductione obligationis: de

quibus vtiliter, & Christianè philosophandum est.

Nam in primis rem ipsam si prescius speculemur, omnis actus purè spiritualis, maioris est efficaciar, quàm corporeus, vel mistus: perfectior enim est visio spiritualis, & auditus, quàm corporalis. Interior igitur ille commiserationis affectus, qui eum intus excruciat, maioris erat momenti apud Deum, quàm ipsa externa passio, quæ eius corpus torquebat. Hinc de illa priori dicitur: Baptisma habeo baptizari; & quomodo coarctor, vsquedum perficiatur? Hanc autem coarctationem ante Christi passionem, ipsa commiseratio efficiat: vnde vt beata quædam Virgo per Spiritum sanctum edocita dicere solita erat: Cum Christus gemina Cruce premeretur, interna, & externa; quod plus externa crescebat, eò magis imminuebatur interior. Nam cuncti morituri protrahunt vitam, quantum possunt; præter Christum, cum intelligeret nos sua morte dæmonis à potestate reuocandos, & in propriam domum tanquam exules per mortem summi Pontificis restituendos, optabat, nos commiseratus, citius dissolui, dicebatq; Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Cum igitur passio à commiseratione oriatur; constat, illam hac esse inferiorem. Deinde maior quoque est tempore: nā humani generis miserijs cœpit ab vtero matris suæ, imò à momento cœceptionis miserari, ac dicere poterat illud, quod est apud Iob: Ab infantia mea creuit mecum miseria; & de vtero matris meæ egressa est mecum: nam quia hominum miserijs ab vtero matris incipiunt, in quo mater nostra nos in peccato concipit; Christus per Spiritum sanctum conceptus hanc nostram agnoscens miserijs, miserari, ac deplorare cœpit: hinc in vtero matris delitescens cantat per os matris Dei misericordiam: Et misericordia, inquit, eius à progenie in progenies timentibus eum. In vtero matris festinabat conscendere in montana, vt præcursoris miserijs subleuaret sanctificandocum: natus in præsepio, miserum est pastorem, ac Magorum quos ad se ad-

Maiorem in Christo commiserationem, vt ait Bonauentura, quàm passionem fuisse.

Luc. 12.

B. Catharina senensis. Crux Christi interior quàm do minueretur.

Luc. 22.

Secunda ratio.

Iob 31.

Psal. 50.

Matth. 1.

Luc. 1.

Ibidem.

Infra 2.

Matth. 23.

Matth. 2. orandum perduxit, & Aegypti, quam visitavit, suaq; praesentia illustravit. Id eod merito haec commiseratio ab utro figurata est in Phares, qui dum ex utero Thamar in lucem prodiret, cocineum filum digito alligatum eduxit; quod nobis indicaret se ex ventre matris misericordiam erga nos concepisse, & per illam ad nos a tanta miseria subleuandos alligatum nasci, & illam passionem, quam pro nobis debuit sustinere, in memoriam redigere. Quare prima Christi hominis incarnati cogitatio, ut quidam non improbabiler docent, fuit, pro mundi periclitantis salute seipsum ex misericordia Patri offerre. Quod ex Pauli verbis elicere contendunt, qui ad Hebraeos ait: *Ideo ingrediens mundum* (scilicet in conceptione, quando Verbum caro factum est) *dicit, Hostiam, & oblationem nolui- sti, corpus autem aptasti mihi. Holocau- stomata & pro peccato non tibi placue- runt. Tunc dixi, Ecce venio (in capite li- bri scriptum est de me) ut faciam Deus vo- luntatem tuam.* Cum igitur Christus a conceptione ipsa huius commiserationis affectu tactus fuerit, passionem ve- ro tantum postremis vitae suae diebus, etiam si in die Circumcisionis aliquid eius degustauerit; constare potest diu- turnitate temporis commiserationem Christi vincere eius passionem. Terti- o causa etiam est maior commiserati- onis, quam passionis. Nam misera- tionis malum culpae respiciebat. potissi- mum, cui subleuando opem ferre cogitabat, passionis vero obiecta, multi- plicia erant poenarum tormenta, & sup- plicia. At ratio docet, vel pauca mala culpae maiori commiseratione, ac fle- tu digna esse, quam infinita supplicia poenae; atque tormenta si adhiberentur: quia quodlibet malum culpae cum in Deum infinitum tendat, grauius mul- to est, quam multae corporis afflictio- nes, & poenae, quae tantum contra crea- turas sunt, & non contra Creatorem. Nam ipsa Dominus tantum a carnifi- cibus patiebatur, at in anima tot car- nifices cruciatus habuit, quos nos pec- cata commisimus, pro quibus luendis extitit ipse. Hinc per Esaiam di- xit: *Verumtamen seruire me fecisti in pec-*

catis tuis, praeuisti mihi laborem in ini- quitatibus tuis. Seruiuit Christus tum Patri, nos magna sua dilectione com- miserando, tum nobis, pro nostris pec- catis expiandis mortem sustinendo. Quarto superat quoque in subiecto. Na- miferatio in spiritu constituitur, & per- cionem in corpore: at passio in corpore fuit, & consequenter propter- uionem eius cum animo, etiam manet in Spiritu: nemo autem est qui ignoret, corpore spiritum multo esse maiore. Hinc ab initio passionis in horto coe- pit pauere, & tædere, & dicere, *Tristis est anima mea usque ad mortem: na- potens erat ille internus dolor animum a corpore seiungere, nisi Deus prospexisset.* Adhuc magis se premi in ani- mo ostendit, quando pro crucifigen- tibus precatus est Patrem, quam in cor- pore flagellis caeso, & clauis in Cruce perfollo. Praeterea plus est misericor- dia sua promeritus pro nobis, quam passione: quia passio dici potest exer- citatio corporalis minus utilis quam pietas, quae ad omnia valet. Hinc eius mors ob miserationem annexam figu- ratur in agno, & oue, quae sunt anima- lia naturali quadam pietate praedita; quorum vox ad commiserationem exci- tat. Et cum semel per passionem oblati- sit Deo; per misericordiam millies se Patri obtulit. Cum igitur operis exter- ni bonitas non nisi ab interna bonitate proficiscatur, & interna per se ipsa Deo placeat, externa vero non nisi pro- pter interna: colligimus non quidem maius meritum in miseratione interna, quam in externa passione extitisse, cum omnia in Christo merita infiniti fue- rint valoris propter Verbi hypostasim, a qua prodibant, sed tantum radicem meriti magis fuisse in actibus Christi internis, quam externis. Postremo ma- gis nos sibi obstrinxit per commiserati- onem, quam per passionem: quid enim nobis prodesset ipsa vel acerbissima passio, nisi nobis per commiserationem illam applicasset, illamque pro nobis Patri obtulisset? Plus enim debeo me- amanti, & pretiosa dona mittenti pro- pter amorem, quam propter ipsa dona: quae etsi indicare possunt eorum amatis, sed non aquare. *seruisti mihi laborem in ini-*

Scruiuit Chri- stus quomo- do Patri, & nobis.
Quarta ratio

Mar. 14.

Luc. 23.
Quare plus misericordia, quam passio- ne nobis Cri- stus fuerit p- meritus.

1. Tim. 4.
Christi mors in agno, & oue cur fuerit adumbrata.

Ratio quinta & postrema.

Gen. 28. Qua in re fuerit adumbrata in nos tanta commiseratio Christi.
Prima Christi hominis incarnati cogitatio quae fuerit, secundum quosdam, & unde illam haulisse videantur.
Heb. 10.
Ioan. 1.
Psal. 39.
Luc. 2.
Tertia ratio.
Malum culpae quale & quantum sit.
Esa. 43.

Verum quia haec Domini commise- ratio, & passio simul fuerunt coniun- ctæ: quæramus ipsam Christi miseri- cordiam in loco passionis, hoc est in monte Caluariae, ubi Christus quasi infans aliam pro nobis matrem susce- pit, nempe crucem; in cuius amplexi- bus tribus horis viuis permansit, nec ad voces Iudaeorum, dicentium: *Si Filius Dei es, descende de cruce,* eam voluit deferere; imò ipsa crux ex ligno recto & transuerso constans, ipsam Christi miserationem, atque compassionem repræsentat. Misericordia quidem in recto, quo hominem lapsum de stercore in caelum erigit: vnde in hoc ligno positus est Regius titulus: quia miseri- cordia Christi exulem in regnum coe- lorum deducit. In altero transuerso ex- pressa est ipsa Christi passio, quia lig- num hoc posterius recipitur in prio- re: ita passio suscepta est ex commise- ratione infinita, quae erga nos fuit affe- ctus: nec enim Christus locum daret passionis tormentis, nisi nobis com- pateretur: vnde oblati est, quia ipse voluit. Corpus etiam Christi stipiti hæ- rebat recto; ut intelligamus, corpus eius mysticum, quod est Ecclesia, per misericordiam Iesu saluum fuisse, & nulla re magis rectum iustitiae suae ob- seruare, quam si misericordiae affectus internos saltem erga proximos exer- ceamus. Voluit quoque Christus in cruce latus sibi aperiri post mortem, ex quo sanguis & aqua fluxerunt, quod ostenderet in eo adhuc viuere pro no- bis misericordiam ad peccatorum ex- piationem, etiam si mortis suae caussas, hoc est, peccata repetamus. In ligno transuerso affixæ sunt manus, atque extætæ: olim quidem dicebatur, quod non erat abbreviata manus Domini ut saluare nequireret; nunc utramque ma- num videmus extentam: quia non mi- nus habuit in opere passionis, quam habuerit in corde commiserationis. Et sicut olim victor redditus populus Is- rael extendente manus suas Moysi, ita nunc populus Dei decertans contra hostes suos, per meritum miseri- cordiae, & passionis Christi victor euasit. Hæc autem commiseratio in Christo fuit per totam vitam, sed præcipue tẽ-

Matth. 27. Ibidem.

Cruce ex lig- no recto cõ- stans quid de- signet, quid verò ex lig- no transuer- so.

Esa. 53.

Christi cor- pus hæserit cur stipiti re- cto.

Cur sibi Chri- stus in cruce latus aperiri voluerit.
Ioan. 19.

Esa. 59.
In ligno cru- cis transuer- so cur sint affixæ Chri- sti manus, at- que extente.

Exod. 15.

pore triennij ante mortem, quando ma- num suam misit ad fortia, & opus re- demptionis prædicando, peccata re- mittendo, & infirmitates nostras sub- leuando aggressus est, poteratque di- cere: *Factum est cor meum tanquam ce- ra liquecens in medio ventris mei:* Ut enim cera liquecens facile suscipit fi- guram sigilli quod illi imprimitur, ita Christi cor molle, ac dilectione ple- num omnium malorum nostrorum im- pressionem facile recipiebat. Hinc vo- catus ad diuersa morborum genera de- pellenda, promptum se, & facilem ex- hibebat: & videns matrem adolescen- tis mortui extra portam ciuitatis, mi- sericordia motus est: videns etiam ci- uitatem, fleuit super illam, dicens, *Quia si cognouisses & tu:* Et cum vidisset Ma- riam plorantem Lazari fratris sui mor- tem, & Iudæos quoque plorantes, il- lachrymatus est Iesus. Vides igitur te- nerum Christi cor ad misericordiam, & lacrymas pro nobis fundendas pro- pensum? Sed hæc commiseratio creuit in Christo aucta experientia passionum: ideo in coena cum misericordia affa- tus est discipulos suos, tradiditque il- lis corpus, & sanguinem suum, ad eo- rum famem, & sitim spiritualem de- pellendam: confirmauit Apostolos suos, qui confirmari, & corroborari voluit ab Angelo: in horto ut oraret, & san- guinem sudaret, a uulso est a discipu- lis quantum iactus est lapidis præ co- miseratione, ne eius verbis in oratio- ne, vel sudore vultus eius sanguineo terrentur: redijt ad eos eodẽ affectu tactus, ut excitaret ad vigilandum, & orandum: miserationis vox illa fuit, qua Iudæo osculo tradenti dixit, *Ami- ce, ad quid venisti?* Prostravit Iudæos vno verbo misericordia sua, ut eos a malo opere quod moliebantur, reuo- caret: Malcho restituit auriculam, Apo- stolos miseratus, ne in ius vocarentur: Præstantissimæ commiserationis vox fuit illa, qua se ut pastorem tradidit in manus inimicorum; modò ne tan- gerentur sui: *Si ergo, inquit, me queri- tis, finite hos abire:* Petrum ex dilectio- ne miseratus respexit, & ad fletum sui peccati excitauit: Mulieribus eum plã- gentibus, & lamentantibus, obsecrauit

Prou. 31.
Quo te ma- gis tempore prodiderit in nos Christi commiseratio.
Psal. 21.
Qualis Chri- sti commise- ratio.

Luc. 7.

Infr. 19.

Ioan. 11.

Ea Christi commiserati- o vnde pos- tea cepit in- crementum.

Matth. 26.

Luc. 22.

Ibidem.

Matth. 26.

Ioan. 18.

Luc. 22.

Ioan. 18.

Matth. 26.

Luc. 23.

voce respondit: *Filia Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros*: Seruum alapam inferentem commiseratus est, illumq; vt lucraretur, blādē allocutus est, dicens; *Si malē locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si autē bene, quid me cadis?* In Cruce potissimum positus tibi ipsi dicit: *Propter te sustinui opprobrium: operuit cōfusio faciem meam*, te miseratus, vt ad commiserationem inflectat, iuxta illud: *Et sustinui qui simul contristaretur, & non inueni*. Ibi septem commiserationis pronuntiavit verba. Primum, datum est crucifixoribus: *Pater*, inquit, *dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt*: vbi non tantum se benignum, & paratum ad remittēdam iniuriam indicauit; sed etiam aduocatum efficaciter eorum causam agentem ostēdit. Secundum verbum, latroni ad eum consolandum est impensum; & ad fidem eius, & confessionem remunerādam; *Hodie*, inquit, *mecum eris in Paradiso*. Tertium, matri afflicte, atque discipulo datum est, quo Dominus vtrūque corroborari voluit, atque consolari. Quartum verbum exhibuit sibi ipsi, dum querula voce cū Patre propter suam derelictionē exposulauit, dicens, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Quintum ad omnibus misericordiam indicandam suam protulit, cū dixit: *Sitio*, non enim tam cruciabat eum sitis corporis, quā desiderium implendæ diuinæ voluntatis in salute omnium electorū. Nam aque multæ, populi multi. Sextum Prophetis videtur impensum, cū dixit: *Consummatum est*: Clamabant enim Prophetæ; *Da mercedem sustentibus te, vt Propheta tui fideles inueniantur*. In morte autem Domini omnia, quæ de Christo prædicta erant, ac proinde pacificatio mundi cum Deo, & salus eius continebatur. Postremum verbū pro Spiritu suo, & illi Ecclesiæ cum suo coniuncto, magna commiseratione, & clamore edidit, dicens: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. Dilexit ergo nos, & lauit nos à peccatis nostris, ait Dilectus: quia dilectio de cœlo Filium Dei traxit, in vte-

rum Virginis inclusit, indumento vilissimi serui vestiuit, exinaiuit, fecit vt omnia nostra peccata acceperit pro suis, in causa fuit vt ieiunaret, oraret, prædicaret, signa ederet, & ad ablucendos pedes discipulorum se deiceret. Hæc charitas illū cōprehēdit, ligauit, in Cruce sustinuit, & vt pro inimicis interpellaret, effecit; lacrymas eius excussit, & salutem nostram sitire perfecit, ad libenter ferendum omne tormentum, improprium, infamiam, atque calumniam compulit, & ad mortem inter duos latrones sustinendam induxit: Hic amor in causa fuit vt electos prædestinaret, prædestinatos vocaret, vocatos fecit vt fide responderent, & per fidem se ad iustitiā, & gratiam præpararent, præparati iustificarentur, iustificati, sanctē, piē, & iustē viuerent, & operarentur, atque ita viuentes, operantesque propter Deum etiam pati mererentur, pro iustitia patientes, ac operantes perseuerarent, perseuerantes Christo conformes redderentur, ac morerentur; morientes, in æternum remunerarentur. Sed quid, quæso, dilexit in nobis Christus; cū essemus peccatores, & digni odio propter Adæ, & propriū peccatum? Respondeo, non dilexit peccatum, sed naturam bonam, à qua vult pellere morbum. Terram incultam, & spinosam propterea agricola diligit, quia arata & culta bonū fructum reddet; lapidem parium, aut porphyreticum, impolitum tamen, ac rudē magnipendit quis, nō vt sic remaneat, sed vt eum expoliat, rotundam, aut quadrum reddat, tersumque, ac perspicuū veluti lucidū speculum efficiat. Equū macilentum, claudum, aut scabiosum, sed ex generosa progenie natum diligit miles, quod ablatis illis morbis sanum, ac pinguem reddat ad equitandum, currendum, ac militandum. Ad eum modum ex misericordia nos dilexit Christus, vt ablata culpa redderet nos sanos, & filios Patris sui, atque hæredes, vt faceret terram benedictā, bonum fructum ferentem, vt poliret nos tanquam speculum, in quo Deus cerneretur, & faceret saxum cœlestis Ierosolymæ; denique vt tanquā equus

Philip. 2.

Ioann. 13.

Luc. 23.

Heb. 5.

Matth. 27.

Quid Christus in nobis dilexerit, & quomodo.

fortis

1. Cor. 9. Quæ, & quāra suæ erga nos Christus ediderit dilectionis argumenta. Passiois Domini breuis descriptio. fortis Deum portemus, qui ante portabamus dæmonem, & ab eo nos regifinamus, vt cutramus ad brauium, & prælia Domini præliemur. Quia verò omnis iniuria, quæ propter alterū ex amore toleratur, commiseratio quædam est, & pietatis eius erga eum, pro quo patitur, argumentum; ideo omnia, quæ Christus Dominus pro te sustinuit, suæ erga te viscera misericordiæ indicant. Angustius est enim, vt te ab angustijs peccati, & gehennæ liberaret; mœrore affectus, quod te consolaretur, perterrefactus, vt tibi animos faceret; insidias perpeffus, vt te custodiret; vigilauit, vt te à somno peccati excitaret; orauit, vt tibi dona impetraret, sudauit sanguinem, quod te sanaret; comprehensus est, vt te ad se traheret; ligatus, vt te solueret; pretio venditus, vt te redimeret; negatus à Petro, vt te corā Patre confiteretur suo; derelictus ab Apostolis, vt tibi se indiuiduum præstaret comitem; accusatus, vt te excusaret; falsorum testium passus calumnias, quod te à calumnijs, & falsis testibus eriperet; abiuratus à Caipha, vt abs te veros demones pelleret; velatus facie, vt tibi illam in cœlo detegeret cum summa gloria; nudatus vestibus, atque iterum indutus, vt nos veteri Adam spoliaret, & nouum indueret; flagellis cæsus, vt pro nobis penderet; damnatus ab iniquis iudicibus, vt te à vera sententia, quā tua peccata promerebantur, liberaret; latroni Barabbæ postpositus, vt nos Deo præponeret, eiectus è ciuitate, vt nos cœlestis ciuitatis ciues redderemur, portauit Crucem, vt pondus peccatorum à nostris humeris transferret in suos; exaltatus in Cruce, vt nos erigeret, & ad se traheret, Corona spinea punctus, vt nobis coronam gloriæ præpararet, siti afflictus ardenti, quod nos satiare; inelinauit caput, vt nobis osculum pacis præberet, perfusus sanguine, vt nos lauaret, pedibus est cōfixus, vt nos expectaret. Extendit brachia, vt nos ad amplexum inuiteret; summo dedecore, & opprobrijs satiatus, vt nos honore, & gloria impleret, exorauit Patrem pro crucifigentibus, & latroni regnum promisit, quod nōs ad

spem remissionis peccatorum, & cœlestis regni concipiendam excitaret; mortuus, vt vitam daret, lancea: latus eius perfossus, vt ad amorem suum incenderet. Magna ergo ratione sponsa ait: *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*. Cōgeries etenim passionū eius debet versari inter vbera spiritus nostri, quæ sunt subtilis intelligentia, iugisque memoria, atque vehemens commiserationis affectus. Ac diminutē inquit sponsa, *Fasciculus*: quia Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, quod crucifigeretur pro nobis; Et quia amāti Christo omnis amaritudo propter dilectū breuis est, & quia non sunt cōdignæ passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quam pro nobis Filius Dei cōparauit. Pro tantis ergo Christi in beneficijs affectu, & opere in te declaratis, nihil aliud à te postulat, quā vt affectu cōmiserationis erga eum, qui tanta pro te sustinuit, commutearis; siquidem membrorum est natura dure, capiti suo condolere: charitatis est gaudere cum gaudentibus; & flere cū flentibus. Præmium propositum amplissimum hæreditatis te ad hoc debet inuitare, de quo idem Paulus: *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur*. Nam si te in carcere positum, & ad mortem damnatum amicus visitaret, & ille tecum forma ipsa, ac vestibus cōmutatis in carcere remaneret, vt tu liber exires, nonne illum pro te morientem si videres, tibi lacrymas excitaret, & ad commiserandum flecteret? Sed quid aliud egit Christus nobiscum ad mortem gehennæ sempiternam damnatis? Mater Cruci assistens commiserata est Filium, & omnia tormenta, quæ Christus in corpore suo suscepit, ipsa sustinuit in corde suo. Fundit Ecclesia preces ad Crucē, vt mitius agat cum Christo: *Fleste ramos arbor alta, Tensa laxa viscera, Et rigor lentescat ille, Quem dedit natiuitas, Vt superni membra Regis, Miti tendas stipite.*

Cant. 1. Expenditug illud Sponsæ in Canticis: Fasciculus myrrha; inter vbera mea commorabitur.

Esai. 9.

Rom. 8.

Propriū charitatis.

Rom. 12.

Supr. 8.

Qualis Christi charitas erga nos.

Ioan. 19.

Et

Et tu ergo depone rigorem, ac duritiam naturalem, & agnosce quis, & quid, & pro quo, & quanta charitate patiarur. Si reuerſi ſunt Iudæi percutiẽtes pectora ſua, ſi commiſeratus eſt Sol pullã veſtẽ induẽs, ſi terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt, velũ templi diſciſſũ, ſe pulchra aperta; mortui excitati; nunquid tu deterior eris Iudæis, inſenſibilior terra, ſaxis durior, min⁹ viuẽs quã ſepulchra; magis mortu⁹ quã mortui, minus cognoscẽs, quã Sol corporeus? Contremiſcat ergo terra carnis tuæ in hoc myſterio, ſoluatur durities cordis per pœnitentiã, tollatur veĩ ignoraſci; aperiat per confeſſionẽ guttur tuũ quaſi ſepulchrũ exhalans foetore peccatorum; mortuæ in te inſpirationes diuinæ reſurgant; obſcuretur in te ſplendor rationis humanæ; confitere Chriſti gloriam cum Centurione; & ita commiſereberis Chriſto, & percuties cum turba peccus tuum, Chriſtiq; commiſeratio tibi erit ad ſalutem, & gloriam. Miſerere igitur animæ tuæ placens Deo: nam ſi te miſerum agnoueris, cum te ipſum diligas, inde tui oriatur commiſeratio. Quoniam autem nemo alius ſuccurrere poteſt tuis miſerijs, quã Chriſtus, illeque nemiñẽ miſericordiæ oculis aſpiciet, niſi quẽ viderit ſenſu commiſerationis erga ſe affici; cogẽs vel inuitus vno & eodem ſenſu per *ouantibus* cum illo affici, & ad eius vulnera tanquam ſalutis tuæ medicamenta certiffima cum viujs cordis lacrymis accures. Et hæc tenus de Chriſti miſericordia.

Iam dicendum de ipſa paſſione. De qua ſubiungit: *Et lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*. Nam mors per ſanguinis effuſionem in Scripturis ſignatur. Dicemus autem primò de neceſſitate ſanguinis Chriſti ad redemptionem; deinde quomodo ſanguis dicatur lauare, aut mundare, cum ſanguinis ad ſpiritum non ſit contactus: nam ſi contingeret, potius ſuapte natura contaminaret: & quomodo mundat effuſio, quæ iam præterijt, nec mundaet ſine fide & Sacramento? Tertio, quare hic ſanguis extra venas fuſus eſt, cum poſſet offerri in illis, vt in ſuffocatis con-

tingit animalibus? Quarto, quare ſepies ſit effuſus hic ſanguis? Quinto, quare fuſus de toto corpore, vt in horto, & in flagellatione, & in Cruce, vbi ex manibus, pedibus, latere, atque capite ſpinis coronato profluxit? Sexto, Cur tũ in horto, tũ in Cruce, cum ex latere Chriſti mortui profluxit ſanguis, & aqua? Poſtremo, cur cum aqua nõ tantũ in Cruce, ſed etiã in Circumciſione, & horto, & flagellatione coniuncte effluxerit.

Ad primum reſpondemus, neceſſarium extiſſe Chriſti ſanguinem ad redemptionem noſtram, tũ ob peccatum noſtrũ, quod, vt dici ſolet, obiectiuẽ infinitum erat, quia in Deũ infinitum admiſſum, & infinitos virtute lædere poterat, ſi mundus fuiſſet æternus, & peccatores ſeparabat à Deo infinito bono. Chriſti ergo Dei infiniti ſanguine opus fuit Deũ iratum placare, vt infiniti homines, ſi forte eſſent, Deo reconciliarentur, & per illum ſanguinem Deo coniungerentur. Nam vt ait Apoſtoloſ, nunc autem in Chriſto Jeſu vos qui aliquando eratis longẽ, facti eſtis propẽ in ſanguine Chriſti. Talis enim, ac tantus humor peccans in nobis, alia, quàm Chriſti ſanguinis medicina expelli nõ potuit. Conueniebat etiam pœnæ peccati infinitæ, & æternæ à nobis expellendæ; quæ merito ſanguine infiniti, & æterni Dei tollitur. Ideo hic ſanguis figuratus fuit in omni ſanguine victimarum Veteris Teſtamenti: quia vt ille fundebatur pro offerente, qui dignus erat morte, & ſanguinis ſui effuſione, ita hic pro omnibus nobis, quorum ſanguinẽ iuſtitia diuina fundi iubebat, effuſus eſt, & à morte æterna nos eripuit. Conueniebat etiã Satanæ peccati noſtri, & pœnæ autori, ſollicitatoriq; hic ſanguis, quẽ ſumme ſituebat, & fundi procurabat. Cum enim cerneret, Deum præcipientem ſanguinem effuſum animalium offerri ſibi; male Deũ imitans, odio, & inuidia percitus ſanguinem Chriſti fundi moliebat, de quo ad Iudæos dixit: *Vos ex patre diabolo eſtis; & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio. Ecce diaboli deſideriũ.*

Luc. 22.
Ioan. 19.

Ibidem.

Cur ad redẽptionẽ noſtram opus fuerit Chriſti ſanguine.

Sanguis Chriſti vbi præfiguratus, adũbratusq; fuerit.

Ioan. 8.
Gene. 3.

Fudit

Exod. 14.

Dæmon apis comparatur.

Pſal. 105.

Virg. 2.
Æneï.

II. ratio ſi ſanguinis Chriſti pro nobis.

Eccleſ. 21.

Pſal. 144.

Fudit tãdem per ſua organa hunc ſanguinem, atque in illo tanquam Pharaò cum exercitu ſuo in mari Rubro ſubmerſus eſt cum ſatellitibus ſuis. Et vt apis pungens perdit cum aculeo vitã, ita dæmon poteſtatem, & principatũ, quem in peccatores exercebat, & vitam, quam iocundẽ in culpjs noſtris agebat, prorsus amiſit. Ideo olim dæmon ſanguinem humanum ſibi fundi exigebat. Nam de Iudæis teſtatur Dauid: *Et effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan, & interfecta eſt terra in ſanguinibus, &c.* De Græcis verò Deos ſuos placantibus aſſerit Poëta: *Sanguine placaviſtis ventos, & virgine caſa, &c.*

Sanguine querẽdi reditus, animaq; litãdũ Argolica.

Chriſti autem ſanguis ex parte Iudæorum inuidia illuſtrẽfundentium, oblatuſ eſt dæmoni, ex parte verò Chriſti mortẽ cum charitate, & obediẽtia acceptantiſ, oblatuſ eſt Deo. Deinde cõgruebat hæc ſanguinis effuſio, vt mutua diuinarũ perſonarũ appareret cognitio, zelus, atq; iuſtitia. Iuſtitia quidẽ, vt quã ſit ſeuera, ac rigida, nobis cõſtaret. Nã ſi ſemper clamaret: *Quaſi à facie colubri fuge peccata*, non tantũ odiũ in peccata conciperemus, quantũ ſola Filij Dei cãde concipere poſſumus. Deinde diuinarũ promiſſionũ, oſtenditur veritas: tam fidelis eſt enim Dominus in omnibus verbis ſuis, vt etiã cum ſanguine Filij ſui chariſſimi fuſo promiſſis ſuis ſtare decreuerit, quod & tu diſcas promiſſa tua in baptiſmo Deo pendere, etiam ſi ſanguis tuus ſit profundendus. Apparet præterea Dei bonitas, miſericordia, & charitas ad hominem, tanto amore trahens, & veluti qui piſcatur annulo aureo, & funiculis purpureis; quæ pretioſiora ſunt ipſis piſcibus. Apparet ſimul ſanguinis Filij Dei ſumma potentia pareens ſummo peccato, quod deletionẽ naturæ humanæ promerebatur, ſi ob crimen læſæ maiẽſtatis humanæ, filij rebellium puniuntur, & eorum culpa quandoque tota vrbs fundituſ euerſitur. Sed noluit, vt Iudæorũ demeri-

tum Chriſti meritum vinceret, aut illorum peccatũ maius eſſet Chriſti obediẽtia. Ceſſit etiã in Chriſti mediatoſis gloriã hæc ſpontanea ſui ſanguinis profuſio: quia eius gloriã ſumma fuit, pro vniuerſis totiũs orbis hominibus, qui fuerunt, ſunt, aut erunt, ab æterna peccati, mortis, ac dæmonis ſeruitute liberandis mortem oppetere, ſi glorioſum fuit Codro Regi pro Athenieſium Republica, ac Decijs Romanis pro patria mortẽ occumbere. Ad hæc par erat, vt ſummuſ eſſet moduſ recõciliandi, poſtquam erat ſummuſ reconciliator, ac mediator, ac mediator enim fuiſſet vel ſolis verbis cauſam noſtrã agere, ac Deum placare: maius, ſi facultatibus ſuis, magnisq; difficultatibus, ac impenſis reconciliationem obtineret: illud ſummuſ, ſi morte ſua intercederet: maiorem quippe hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat qujs pro amicis ſuis: quẽ graduſ exceſſit Dominus, dum pro impijs mortuſ eſt; at hoc aliuſ maior ne cogitari quidem poteſt. Præterea ſumme conueniebat, vt quæ Chriſtus prædicauerat, quæ ſublimia erant, & ſupra naturæ cognitionẽ poſita, ſummo genere teſtificãdi, id eſt, ſanguine ſuo diuino, confirmaret, & conſtabiliret: *Ego, inquit, in hoc natus ſum, & ad hoc veni, in mundum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati.* Imò nec Prophetis, vel Apoſtoliſ pro veritate teſtificanda extinctis ita eſſet credendum, ſi non accederet ſummuſ, & per eſſentiam teſtimonium Filij Dei, pro Euangelio à ſe prædicato morientis. Conueniebat quoque gratiæ, quã nobis ſua morte cõparauit, & gloriæ promiſſæ, quã promeruit, vt intelligamus quàm ſint magni pendenda Dei dona, quæ vel hic largitur, vel in futuro largituruſ eſt, & quam intrepide pro eis aut acquirendis, aut ſeruandis, aut perficiẽdis, ſue in nobis, ſue in alijs, ſanguinẽ noſtrum profundere minimẽ ſit formidandum. Tertio conueniebat mundo toti, qui confuſus erat, & omni ordine deſtitutus, ſeruiens homini peccatori, ac rebelli, qui vt cæcus cæco ductuſ præſtabat. Mundus enim neq; videns, neq; cognoscens frequenter

Codri Regi Athenieſium in patriam amor.

Ioan. 15.

Rom. 5.

Ioan. 18.

III. ratio,

cade bat

TRACTATUS VI.

cadebat in fouea peccati, atq; inde in praecipitium gehennae: verum Christi sanguine illuminatur homo, ut redeat ad Deum, atque cum eo totus mundus homini seruiens. Adhuc mundi valor, ac dignitas Verbo Dei creati, atq; ex dilectione conditi, non potuit efficacius nobis ostendi, quam per institutionem, & redemptionem eius, qui simul est Deus, & homo. Conueniebat etiam Angelis, quibus hominum tutela, & custodia deputata est, efficax ac validissimum exemplum exhiberi, ut in posterum solliciti nobis inserviant, nobis vigilent, nosque custodiant, atque ea inspirent nobis, pro quibus cernunt Regem suum sanguinem totum effudisse. Ostensa est pariter dignitas creaturae humanae in consortio diuinum euehendae, pro qua Deus sanguinem fudit, ut inde amplissimam habeat per sancte gloriam materiam. Ad extremum, congruebat homini praeter alios haec sanguinis effusio, quia propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis; tum ut eum liberaret a iustissima Dei indignatione, a vilissima seruitute demonis, ab indignissima captiuitate peccati, & ab horribili mortis timore per sanguinem suum tanto amore profusum, tum ut intelligeret, quanto odio peccatum sit prosequendum, ac detestandum; tum ut sciret, quantum, & quousque Deo sit obediendum, tum ut agnosceret animam suam pulcherrimam immortalem, nec enim Deus immortalis pro anima ad tempus ueniente tanta pertulisset, tum denique, ut Christi sanguine calidi reddamur. Nam ut Dauid iam senex, ac frigidus, & praeter calorem inopia quietem somni captare minimè valenti, data est Sunamitis puella, cuius calore fetus somnum capere poterat, quam tamen Dauid nunquam secundum carnem cognouit: ita nobis refrigerantibus, & sanguine, qui ad virtutem accendat, destitutis, data est Christi Humanitas sanguine diuino feruens, ut amore calefaciat, & vires ad operandum suppeditet; & ita somnum pacis, & aeternitatis capere valeamus, modo secundum carnem non cognoscamus. Nam Iudaei, & falsi praetati, siue Religiosi, qui a Christo tantum bona temporaria, carnisque commoda, atque honores, & tem-

porarias dignitates expectant, profecto Christum secundum carnem cognoscunt. Ad secundum dicendum, quod sanguis Christi non lauat, neque mundat quatenus pure humanus, & corporeus est, sed quatenus oblatum a diuina Verbi hypostasi, cui erat vnitus, atque ita quadruplici ratione vim habet expiandi. Primum quidem efficienter, quia Dei est sanguis. Et si enim sanguinis Christi natura minimè sit diuina, imò nec humana, etsi hominis sit, sed creatura quaedam, tamen ut corpus, & oculus ob vnionem cum hypostasi Verbi, Dei dicitur (quemadmodum, & Humanitas non est Diuinitas, homo tamen est Deus) ita sanguis Christi Dei est sanguis, & efficienter salutem operatur, ut Verbi Dei instrumentum, quatenus non imputat Deus peccatum, & gratiam impertit mundantem. Deinde operatur meritorie, quia homo ille Deus ex obedientia Dei, & charitate mundi sanguinem suum fundens promeruit remissionem peccatorum, quam intuetur Pater in Christum dilectum largitur: unde & nos rogamus; *Respice in faciem Christi tui.* Hinc ait Apostolus: *Deus erat in Christo mundum reconcilians Deo, non imputans illis delicta ipsorum, quae in Christo ipso puniebantur; quemadmodum veteres hostiae, quae mortem pedebant ab offerentibus luenda in signum Christi verae hostiae, ob quam tunc verè dabatur remissio peccatorum in fide Christi sanguinem bruti animantis offerenti, & ad hoc satis erat fides maiorum.* Hinc ab Esaiam dicitur: *Propter scelus populi mei percussit eum; & rursus, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus, & Petrus; Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Promeruit igitur nobis gratiam mundantem, & spiritum sanctificantem, ac propitiantem, ut Paulus dicat: *Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius.* Tertio mundat hic sanguis ut instrumentum est, quatenus videlicet sanguis oblatum est a Christo. Ut pretium redemptionis, quemadmodum pecunia pro liberando captiuo mundat a misera captiuitate, & libertatem confert: ideo dicitur sanguis redemptionis. Hinc in Apoc-

Cum sanguis spiritum contingere nequeat, quo modo illam dicatur abluere, ac mundare.

Quinque modis Christi sanguis peccata mundat, & abluat.

Psal. 83. 2. Cor. 5.

Veteres hostiae quatenus emundarent corda.

Esai. 53. Ibidem.

1. Pet. 2.

Rom. 3. Christi sanguis cur dicitur sanguis redemptionis.

Apocly. 5.

III. ratio.

V. ratio.

Christi Humanitatis in virgine Sunamite Dauidi cum ad foueam data per elegastypus. 3. Reg. 1.

Ibidem.

Gen. III.

calypsi ait Ioan. *Dignus es Domine accipere libram, & soluere signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo.* In more Hebraeo accipitur pro Per, & significat sanguinem fuisse instrumentum redemptionis. Quarto, mundat exemplo, cum ad radicem arboris securim posuit. Quia enim homo ex se animalis est, & ad summum humanus, & opus erat ut spiritualis & diuinus fieret propter bona intellectualia & spiritualia, delectationibus & tristitijs tam animalibus quam humanis resistens; Christi autem passio ac mors contra partem in ipso animalem dolores vehementes incussit, & contra partem humanam, & ratione praeditam mille modis extitit iniuriosa: quia autem voluntarie assumpta fuit mors illa ignominiosa a Christo; ostendit homini exco bona quaedam extare intellectualia, & diuina, propter quae non solum tolerari, sed etiam expeti queant. Quod eo magis ostendit, quod intellectus Christi patientis, qui summa est sapientia praeditus, minus potuit falli; ideo Christus propositio sibi gaudium sustinuit crucem, confectione contempta. Quamobrem incluta Christi mors, atque in eius virtute Martyrum, & Confessorum tolerata tormenta, veritatem Dei, & vanitatem mundi indicant, in omnibus aduersis consolantur, in prosperis humiliant, omniumque virtutum amplectendarum, atque vitiorum fugiendorum illustrissimum ac lucidissimum praebent documentum, ac speculum. Ut ea etiam ratione sanguis Testamenti dicatur, non solum quia illo firmatum est nouum Testamentum, sed etiam quia docet quid pro gloria Dei, quid pro fuga viri, quid pro virtute comparanda, quid pro salute proximi acquirenda quisque facere debeat. Deinde purificat Christi sanguis, & tangit per virtutem gratiae & spiritus sancti, quem ille nobis promeruit, in quantum Dei est. Et licet exterius ille sanguis videatur inquinare, tamen per virtutem latentem Deitatis lauat: quemadmodum smigma, quod saporem vocamus, extra quidem inquinare videtur rem illam, quam tangit; intus

Redimere in sanguine, more Hebraeo quid. Matth. 3.

Hebr. 12.

Christi sanguis cur dicitur sanguis Testamenti. Matth. 26. Heb. 10.

Pasto Christi smigmati comparatur.

tamen vim habet delitescentem ad externas sordes abluendas. Tertio, illa effusio etsi actu praeterierit, adhuc tamen permanet in virtute, ut compositio theriacae etsi praeterierit, manet in virtute expellendi venenum: quemadmodum seruitium impensum a Iacob pro Rachele, actu quidem praeterijt, in eo verò quod vtilitatem, & commodum praestat, mansit. Ad eum modum opera bona nostra etsi actu praeterierint, aeternae tamen gloriae mercede a Deo remunerantur. Praeter ea requirit hic sanguis aut fidem, aut Sacramentum, non ob imbecillitatem aut defectum suum, sed ob deestiam suam, & ut illis det virtutem, & ut homo suauiter voluntate, & libero arbitrio Deo seruiat. Quemadmodum Deus humanitate, & Christi sanguine uti voluit, quibus tamen non indigebat, sed illis virtutem tribuebat saluandi; & ut ad caecum illuminandum visus est salua & luto ex illa confecto, & lotionem aquae ad natatoria Siloë. Et ita Christi passio valet ad primum ingressum in Christum per Baptismum, & ad secundum per poenitentiam, & ad opera vitam aeternam promerentia, post mortem verò ad suffragia in purgatorio suscipienda, & impendenda, ad indulgentias, ad Missae sacrificium applicandum: ita ut omnis virtus expiandi sit a Christi sanguine, varijs tamen modis applicata. Ad tertium respondendum, sanguinem dici illum, qui in venis est; cruorem, illum, qui vulneribus, aut alio modo est effusus. Dominus tamen voluit sanguinem suum extra venas effundi, & effusum Deo offerri, secundum illud: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum; & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram; & lancea lateris eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua: tum ad significandum donorum Dei, & charismatum expansionem: & quia in more est, ut vino effuso super mensam, laetitiam, & bonum augurium statim concipiamus, ita ex effusione sanguinis Christi omnino bonum nobis, siue praesens, siue futurum auguremur. Deinde illud con-*

Qua ratione mundet haec sanguinis effusio, cum iam praeterierit. Gen. 30.

Cur fide, aut Sacramentum requirat hic sanguis.

Ioh. 9.

Quid conferat sanguis Christi.

Virtus omnis expiandi videtur.

Sanguis a cruore quid differat.

Matth. 26.

Luc. 22.

Ioh. 19.

Cum sanguis Christi Deo offerri possit in venis, cur extra illas fuerit oblatum.

ueniens erat, vt quod in sacrificijs antiquis adumbrabatur, quorum sanguis fundebatur, in Christo inueniretur impletum, & ob exemplum martyribus præstandū, quibus ad sanguinis vsque effusione erat pro Christo decertandum. Tertio, quoniā sponsa hoc opus habebat ad lauacrum alepra peccati, & in piscinam animæ paralyticæ, & ad tollendā nigredinē obscurantem eius pulchritudinem: vnde hic sanguis dicitur dealbare, iuxta illud: *Lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.* Deinde ad potionem animæ ægrotantis, atque languidæ, quæ plerumque post vitam spiritualementem ægrotat, & remedium est bibere, sicut ipse præcepit: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Nemo autem sanguinem potare potest, dū in venis est alterius, aut illo lauari. Adhęc est genarum ornamentum, nam ita sancta Agatha dicebat: *Sanguis eius ornauit genas meas.* Nam rubricato sanguine Angelus vastans Ægyptios non tangit: Christus enim rubrum habens vestimētum sui coloris insignia sponsæ suæ præstat. Valet quoque ad viuificationem, seu suscitationem eorum, qui per peccatū moriuntur: nam pullus pellicani à serpente extinctus, parentis humido & calido sanguine in vitam reuocatur. Valet quoque ad nobilitandam sponsam: Christi enim sanguis, semen est Christianorum, calore charitatis, & Spiritus sancti efficacia bene digestus, ex quo homines cœlestes fiunt, ac diuinæ naturæ consortes, de quibus Petrus: *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Debet autem hæc nobilitas Spiritus non aliter illam carnis obscurare, atque Sol offuscat lucernam. Ac vt David dotauit sibi in vxorem Michol filiā Saulis in sanguine ducentorum Philisthæorum; nam 200. præputia coram Rege enumeravit, & vt Poëta ait de quadam nobili puella: *Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo.* Ita Christus Ecclesiam suam tanquam legitimā sponsam, & quamlibet eius

fidelem animam in sanguine suo diuino principaliter, deinde etiam in Apostolorum & martyrum sanguine dotare voluit, vt agnoscamus quā caræ sponsæ simus Christo, & quā pretiosa sanguinis dote sibi desponsatæ. Confert etiam ad munus fidelis aduocati præstandum, diuinam que proinde misericordiam pro nobis inflectendam, atque hoc efficacius & fortius, quā sanguis Abel voces querulas vindictæ edat, vel quā sanguis martyrum, & interfectorum propter Iesum clamat: *Vsquequo Domine (sanctus & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra?* Nam illorū sanguis, etiam si iustorum, humanus erat; ille verò Christi etiam diuinus, non solum quod formatus sit ab Spiritu sancto, sed etiam quod Deus sit, qui illum fuderit in salutem hominum. Ad quartum dicendum, septies effusum Christi sanguinem fuisse, in circumcisione, horro, flagellatione, & corona spinea, in manibus ac pedibus viuētis Christi, & in latere iam defuncti, non sine magnis rationibus. Primum quidem, in signum publicæ lætitiæ, vt in Regis aut summi Pontificis coronatione sæpè cōtingit, vt pretiosa, siue dulcia missilia in omnes lateres effundantur. Deinde, vt nō tantum empti, sed etiam redempti, dici valeamus: nam vt ait Propheta, apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Nam nō semel euenire solet, vt domus pretio enumerato comparata, postea dum per hypothecam alteri subiecta inuenta est, iterum pretium eius numeretur. Tertio, vt non tantum effusus pro vno, aut altero sed pro multis, & ad multos effectus prædictos existimeretur. Quarto, numerus ille ad septem mortifera delicta expianda spectat, & ad septiformem Spiritum impetrandum: quemadmodum summus Sacerdos digito aspergebat septies contra Tabernaculum. Quinto, vt significaret, nō tantum, vt olim in figura, & actu, vt in cruce, sed etiam fructu & effectu sæpè esse fundendum, vt in mysterio Missæ. Sexto, quia quoties nos pec-

Genes. 4.
Hebr. 12.

Apoc. 6.

Christi sanguis cur septies sit effusus?
Luc. 2.
Infra 12.
Ioan. 19.
Ibidem.
Ibidem.

Secūda ratio

Psal. 129.

Tertia ratio

Quarta.

Leuit. 4.

Quinta.

Sexta.

camus

Septima.

De toto corpore cur sanguine fuderit Christus.

Ephes. 1.
Colos. 1.

Esaie 1.

Luc. 22.
Cur in horto & in cruce, sanguine suo fuderit Christus.

Matth. 26.

Mori sanguis exauit elephantem ad pugnam.
Ioan. 19.

camus, etiam post baptismum, toties noua per Christi sanguinem indigemus redemptione, atque post mortē, si quid luendū est in purgatorio, non nisi virtute sanguinis Christi soluere possumus. Denique toties ille profudit sanguinem, vt sanguinem peccati nostri libenter per contritionem, confessionem, atque satisfactionem fundamus; sæpè etiam sanguinem facultatum nostrarum per eleemosynas in pauperes erogemus, sanguinē quoque nostrum illicitis motibus bullientē, & ad peccata sollicitantem, per macerationem & castigationem carnis sæpius comprimamus.

Ad quintum, de toto corpore suo Christus sanguinem fudit: tum quia pro toto corpore eius, quod est Ecclesia, patiebatur: quemadmodum sectio venæ in beneficium corporis cedit totius; tum vt te plus sibi obstringeret, & fortioribus amoris vinculis obligaret, qui nec guttam quidem vllam, quam non effuderit de corpore, reliquit, cum vel vna satis superque esset; tum denique, quia omnis noster sanguis per omnia membra diffusus corruptus erat: *Omne, inquit Propheta, caput languidum, & omne cor marens. A planta pedis, vsque ad verticem, non est in eo sanitas.*

Ad sextum dicimus, Dominū miraculo, & in horto, & in cruce sanguinem fuisse ad patefaciendam erga Patrem suum obedientiam, & ad indicandam nobis amoris sui vehementiā, qua non expectato lictore sanguinem suū pro nobis sponte profudit: quem admodum miraculo quoque sanguinem potandum in cœna præbuerat Apostolis. Deinde ad effectus prodigiosos, ac repentinos significandos, qui virtute sanguinis Martyrum sæpè facti sunt: nam illis sanguinem fundentibus multi ad fidem amplectendā repente conuertebantur. Demū, quod spem certam concipiamus, in virtute huius sanguinis etiam illa, quæ non nisi miraculo obrineri possunt, nos impetraturos, & vt intrepidē pugnemus, velut elephantes pugnates visus sanguis mori illos corroborat, & confirmat ad bellum. Idēd Ioseph ab Ari-

mathia, qui prius meticulosus latitabat, in vi illius sanguinis foras prodijt ad Pilatum; & petijt sibi donari corpus Christi.

Ad septimum, hic sanguis missus cum aqua effusus est: nam in circumcisione lacrymis admixtus fuit, sicut & in horro, & flagellatione ab eo cum lacrymis effusum fuisse, à ratione non est alienum. In cruce etenim constat, illum cum clamore valido, & lacrymis fuisse exauditum: nam Iesus Christus est, qui venit per aquam & sanguinem: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Hoc autem factum est, quia sanguis redimit, & aqua lauat; in quibus passio & commiseratio Christi significatur. Deinde, quia nec aqua sine sanguine in baptismo aut pœnitentia prodest, nec corā, sanguis sine lacrymarum aqua in Sacramento Pœnitentiæ valet. Tertio, ob Sacramentum Eucharistiæ, in quo aqua vino in Christi sanguinem conuertendo admiscetur. Quarto, vt sanguinem bonorum nostrorum in vsus pauperum effundamus cum aqua miserationis: quia tūc duplex fit eleemosyna. Nam misericordia erga pauperem, nisi subleues, cum possis, non satis est: heque rursus, nuda eleemosyna sine intima cordis commiseratione aliquid proficit. Frequentius tamen in Scripturis mentio fit sanguinis, quā aquæ. Primum, quia ille causa est vniuersalis alias secundarias, & inferiores mouens: sic enim dicimus, Medicus sanat, non tamen vt excludamus aut pharmaca, aut alia instrumenta necessaria. Ita dum dicimus, Architectus ædificat, non excludimus alios ministros, aut materiam ad ædificium aptam, aut ferramenta & alia, quæ arti fabricandī sunt adiumento: ita Christo non repugnat aut fides, aut Sacramenta, aut opera, quæ omnia sunt instrumenta salutis, & Saluatoris. Deinde fit plerumque mentio solius, ob humilitatē nostrā, ne quicquam nobis tribuamus: quem admodum Ioab obsidebat ciuitatem Moabitarum Rabba, cumque esset vicina deditio, admonuit Dauidem vt veniret, vt eius nomine ciuitas caperetur. Quicquid enim boni præ-

Cur e Christi latere exiit sanguis & aqua.

Luc. 2.
Infra 22.
Ioan. 19.
Hebr. 5.
1. Ioan. 5.

In aqua & sanguine quid significetur.

Qualis esse debeat eleemosyna.

Sanguinis quā aquæ in Scripturis frequentior mentio cur fiat

Exempla.

Cur sanguinis solius mentio fiat? Humilitatis documentū.

2. Reg. 12.

stare valemus, id totum meritò est Christo tribuendum, qui in nobis vincit. Denique multa sunt, quæ Christi sanguis in nobis facit, & quod in nobis operatur, plus ille facit, quam nos ipsi, ac proinde magis exprimitur is sanguinis, quam aquæ in Scripturis.

Ait autem Apostolus: *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Alio loco ab eodem Euangelista dictum est: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:* nam Græcè cum articulo dicitur τὸν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, id est, certum quoddam, & peculiare peccatum mundi. Verùm in illo cætera omnia peccata nostra tanquam fructus continentur, vt propterea interpret rectè verterit peccata mundi. Fuit enim, si rectè inspicias, multiplex illud Adæ peccatum: nam in eo fuit præuaticatio diuinæ legis, gulæ vitium, superbia diuinitatem appetens, furtum, colligens fructum veritum, læsæ diuinæ crimè maiestatis, quod Dei proprium est inuadens, curiositas sciendi bonum & malum, excusatio peccati, locutio cum excommunicato serpente, homicidium corporis, & vt sic dicam, homicidium, electio præferendi amorem coniugis voluntati diuinæ. Ad hæc peccata extinguenda contrarias virtutes Christus attulit, in morte quæ sua, atque passione ingentia facinora per Iudæos admissa sunt. Nam in illa fuerunt inuidia, per quam traditus fuit; odium, quo gratis eum habuerunt; superbia, qua timebant à sua dignitate excidere per Christi prædicationem, auaritia, ne venirent Romani, & tollerent locum, & gentem; hypocrisis se tegens velo religionis, iracundia vindictæ appetentissima; proditio Iudæ, ac desperatio, manumque violentarum in se iniectio; peccatum abiurationis Petri, fuga Apostolorum, violatio diei festi; cum tamen dixissent: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo;* impugnatione agnitæ veritatis, reluctatio diuinæ inspirationis in tuis in terram prostratis; calumnia falsorum testium, iudicium iniquum, & per metum & vim extortum; timor Cæsaris magis quam Dei, ac iustitiæ; curiosi-

tas signorum in Herode, acceptio personarum in Barabba latrone & homicida sibi præposito; subornatio populi, vt crucem Iesu peteret; studium placendi hominibus, ob quam causâ minister dedit illi alapam; angariatio violenta Cyrenensis Simonis, impietas crucifigendi coram matre, blasphemix, derisiones, illusiones in factis, in verbis, & tentationes Dei: *Et Filius Dei es, descende de cruce:* crudelitas in porrigendo acetum iam morituro; denique homicidium innocentis, aut potius Deicidium, & sæuitia in mortuum, quando lancea latus eius est apertum, emptio mædacijs à militibus, quò eius resurrectio tegetur. Sed hæc omnia charitatem Christi extinguere non potuerunt tamen, sed tanquam aquæ stilla in ardentissimam fornacem proiecta statim extinguitur; ita cuncta peccata ab eo ex charitate deuorata sunt; vt intelligamus tantam esse Christi in conferenda salute vim atque energiam, vt dilectione, & sanguine suo omnia mundi peccata etiã atrocissima, atque infandissima expiare valeat, ita tamen, vt quis spontè velit peccatis nuntium mittere. Nam qui illa adhuc amplectitur, & suæ salutis inimicus resistit veritati, ac luci oblatæ, ille cum peccatis viuentibus in æternum peribit.

Subiungit de tertio Apostolus: *Et fecit nos regnum, & sacerdotes Dei, & Patri suo.* Christus in passione accusatus est tanquam Regiæ dignitatis usurpator; propterea illusus est corona spinea in capite, purpureo vestimento Regis, & arundine pro sceptro in manibus, & quasi Rex fictus, ac deridendus ab illis genua flectentibus, ac dicentibus: *Aue Rex Iudæorum.* Hunc titulum Iudæi expugni voluerunt: sed restitit illis Pilatus, dicens: *Quod scripsi, scripsi.* Illis ergo iniurijs patienter toleratis, promeruit Iesus verum & solidum regnum cœlestium, terrestrium, & infernorum: regnatq; nunc à ligno per illa quatuor crucis cornua, vt canit Ecclesia, quæ significant charitatem, humilitatem, obedientiam, atque patientiam, tot ignominias perferentem. Promeruit quoque nobis

Ibidem.
Ioan. 18.
Matth. 27.
Ibidem.

Ioan. 19.

Ibidem.

Matth. 27.

Qualis Christi charitas, & quibus profutura tantummodo.

Vnde fecerit nos Christus regnum Deo & Patri suo.
Ioan. 19.

Ibidem.

Matth. 27.

Cornua crucis quatuor quid significant.

Ioan. 1.

Quam fuerit multiplex Adæ peccatum.

Genes. 3.

Iudæi Christum necantes quotupliciter peccauerint.

Psal. 34.

Ioan. 15.

Supra 11.

Matth. 26.

Infra 27.

Supra 26.

Ioan. 18.

Matth. 26.

Ioan. 19.

Ibidem.

Luc. 23.

Rom. 6.

Rom. 5.

Christo seruire, regnare est.

Charitas quid sit, & vnde de proficitur.

Quales Reges nos Christus fecerit.

Christus itè vt fecerit nos Sacerdotes Deo Patri suo.

Hebr. 5.

Luc. 22.

Infra 23.

Ioan. 19.

verum regnum spirituale, vt non regnet amplius in nostro mortali corpore peccatum, non tyrannus Sathanas in Baptismo expulsus, non mors, quæ regnabat ab Adam vsque ad Moysen, non denique mundus, aut alius præter Christum. Cumque ille regnet in nobis, & nos in illo, ille quidem per gratiam, & nos per assensum liberi arbitrij, vnum est illud Christi, & nostrum regnum. Nam illi, Christo scilicet, seruire, regnare est. Estq; regnum istud non de hoc mundo, neque ex vi liberi arbitrij, sed de cœlo datum. Charitas enim, quæ amor est diuinus, de cœlo est: humilitas obediens vsq; ad mortem, de cœlo profecta est: patientia, ac nuditas, cœlestis prostrus, ac nouus regnandi modus est: patientia tolerans ex amore aduersa, bona pars regni huius est: tantum regnat quisque, quantum in his virtutibus profecerit. Fecit autem nos Reges, non temporales, aut terrenos, quod parum est, & tales Reges mundus suppeditat, eorumque regnum expositum est prædæ & inuasioni, plenum sollicitudinè ac labore; sed Reges nos Deo, & Patri suo fecit, hoc est, veros Reges in oculis Dei verè regnantes, & iustitiâ in nobis obseruantes, vt in huius præmium in regnum eius cœleste aliquando recipiamur, ac per has quatuor virtutes, maximè verò per charitatè in alijs verè regnemus, eorumque curam tanquam Reges geramus. Deinde fecit nos Deo nostro Sacerdotes. Christus enim in morte sua verus ac legitimus fuit Sacerdos ex hominibus assumptus, & pro hominibus constitutus in ijs quæ sunt ad Deum; vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, vt condolere posset his qui ignorabant, & errabant. Accepitque Pontificales vestes; nam velum amiciens caput, accepit in domo Caiaphæ, albam tunicam in domo Herodis, cingulum in horro, quando ligatus est, purpuram in domo Pilati, stolam, quando funem collo alligatus

crucem baiulauit: obtulit in ara crucis acceptissimam hostiam Deo inter duos latrones, tanquam inter duos ministros; ibi precem fudit pro omnibus, & manibus apertis benedictionem abundantem contulit, & vna oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos. Promeruit quoque, vt nos de ei' sacerdotio participare possemus, & vt offeramus corde Christum per fidem Deo, ore vitulos labiorum confitentium homini eius, manibus elemosynas. Qui etiam nobis illud contulit, vt si sumus in peccato, offeramus Deo sacrificium spiritus contribulati, ac cordis contriti. Si in gratia, vt possumus offerre corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium, bouem laboris, & vitæ actiue, arietem sanctæ prelationis, ouem mansuetudinis, hircum carnis castigatæ ac maceratae, agnum simplicitatis, columbam charitatis, turtorem ingemiscens penitentia, passerem volantium verborum, salem discretionis, oleum misericordiae, thus orationis, myrrham mortificationis: in quem sensum Petrus vocat nos Sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Ac vt proprium est Sacerdotis errantibus condolere, ita nostrum est Christum in nobis ipsis, atque ad eos in alijs proximis nostris commiserari, & pro eis hostias offerre ad placandum Deum. Redde ergo amorem pro amore Christo tuo, pro misericordia sua miserationis affectum, pro passione passionem, pro sanguine sanguinem, pro corpore corpus, pro animam animam, & ita Rex eris, & sacerdotium spirituale ad sempiternam tuam & aliorum salutem exercebis, ad gloriâ eius, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, Iesu Christo Domino nostro, cui cum Patre & Spiritu sancto reddamus honorem, gloriam, & imperium in sempiternis seculis. Amen.

Hebr. 10.

Infra 15.

Psal. 50.

Rom. 12.

1. Petri 2.

Sacerdotis proprii quid

Hebr. 5.

Quid Christo debeamus, si Reges esse volumus, & Sacerdotes apud Deum.





TRACTATUS VII.

De testamento condito à Domino in passione, bonorumque suorum distributione, cum heredis institutione, in verba illa Zachariæ: *Et dicetur ei: Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me, &c.* Cap. XIII.

Morbundi cur de more condât testamentum.

Esaiæ 38. 4. Reg. 20. 2. Paral. 32

Ad testamentum condendum quid requiritur.

Bartolus.

In testamento faciendum quæ ratio seruetur.

MAVDABILIS mos est, cum prudentia atque viridis obseruantia consuetudine coniunctus, ut homines opibus florentes, facultatibusque præditi, cum mortis instare horam præsentiant, testamentum condant, ultimamque suam voluntatem declarent, ac de rebus suis liberè disponant, ne fortè inter eos, qui ab intestato succedere possunt, in hereditate distribuenda iurgia ingentia, & lites immortales oriri contingat. Hinc Esaias ad Ezechiam Regem Iuda missus, dixit: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Quibus verbis ostendit magnos Principes, atque opulentos non decere intestatos de hac vita recedere. Est autem in testamento condendo necessarium sanum iudicium, mensque libera. Proinde consultum est, ut nemo extremam horam expectet, sed tempestiuè, dum mens est sana in corpore sano, testamentum conficiat, ne ut quidam sapiens dixit, dum postremum vitæ spiritum attendit, nequaquam testamentum, sed deliramentum condatur. Ac primùm quidem in eo ubi conditori, & redemptori suo testatores animam commendauerint, de corpore, & loco sepulchri, in quo sit

condendum, disponunt; deinde, ubi designauerint heredem, sine cuius institutione testamentum est nullum, uxori, quam habent dotem integram cum auctario aliquo pro eius in illam voluntate relinquunt; deinde verò parentibus, & amicis in symbolum amoris aliquid solet legari. Sed quoniam id quod debitum est, præcedere habet gratuitum ac voluntarium, creditoribus ut primo loco pendantur debita, iniungit heredi, seruis verò, si qui sint, libertas cum aliqua assignata facultatis portione de more dari solet, iuxta illud: *Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.* Vbi hæc præstita sunt, varia assignantur legata ad pia opera cœnobiorum, & hospitalium domorum, ut in his Missæ sacrificia, & orationum suffragia pro anima sua impendantur. Atque in hunc modum facta venia inimicis suis, qui offenderant, atque ab alijs, quos quomodo ipse offenderat, postulata, dataque benedictione, & osculo pacis filijs, atque amicis, qui adsunt, quietè redditur spiritus Domino. Hunc morem secutus est Iacob Patriarcha, qui congregatis filijs suis, quæcunque illis imprimis erant euen-

Eccli. 7.

Testamentum Iacob Patriarchæ.

tura

Genes. 19.

Dauidis testamentum. 3. Reg. 2.

Alexandrum Magnum fecisse testamentum. 1. Mach. 1.

Historia libri Machabæorum auctoritas.

Q. Curtius libro 10. Arrianus lib. 7.

Ioseph. lib. 12. antiquitat. cap. 1.

Testamentum Dñi Iesus. quare condiderit.

tura prædixit, atque inter eos bona sua distribuit, benedicensque singulos benedictionibus proprijs, finitisque mandatis, quibus filios suos instruebat; collegit pedes suos super lectulum, & obiit, & appositus est ad populum suum. Dauid quoque morturus, cum successorem regni Salomonem instituisset, præceptaque religiosè ac iustè viuendi tradidisset, dormiuit cum Patribus suis: ut habes in tertio libro Regum. Sed inter alios de potentissimo Alexandro Magno Macedonum Rege liber primus Machabæorum idem tradit fecisse, his verbis: *Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute sua: & diuisit illis regnum suum cum adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est.* Vbi in primis annotandum, solum hunc autorem, qui Canonicus est, ac proinde cæteris omnibus scriptoribus, qui res Alexandri gestas scriptis commendauerunt, antefereodus, referre, Alexandrum Magnum testamentum condidisse, & diuisisse regnum pueris suis, quanquam cæteri omnes contrarium asserant, & admirerentur quod cum haberet fratrem Arideum, sed ignauum virum, & filium nothum, & Roxanen Persiden uxorem gravidam; de distributione tamen imperij sui nihil disposuerit. Sed, ut diximus, illud esse falsum, hoc libri Machabæorum testimonio conuincitur. Quintus Curtius, & Arrianus libro de Gestis Alexandri referunt, Alexandrum testamentum non condidisse; sed ut vanum rumore, & incertam famam. Iosephus tamè secutus sacros libros, affirmat reuera condidisse: sed pueri illi quo minùs religiosè facere viderentur, testamentum eius suppresserunt, & armis decernendum esse, quæ regni Alexandri portio cuique obtineret, iudicarunt.

Sed ut ad rem nostram redeamus, haud dissimili ratione potentissimus Rex, pauperrimus simul, ac ditissim⁹ Iesus Christus, cuius nec opes paupertati, nec paupertas opibus repug-

nant suis; agnoscens sibi instare horam, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, ab hac laudabili testandi consuetudine noluit abhorre, de qua re ipse Dominus: *Et ego dispono vobis; sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo; & rursus: Pacem relinquo vobis; pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Hæc enim testantis verba esse videntur, noluit enim tanta, & tam eximia bona, quæ de cælo attulerat, & quæ in terra sibi comparauerat, permittere ut perirent. Quare constitutus in mente sana, & iudicio libero, testari de suis bonis decreuit: *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi.* In verbo, Dispersit, copia, & abundantia rei danda describitur, & sparsa, ut semina, quæ multiplicarentur: neque in vnum, aut alterum sua bona contulit, verùm in vniuersos distribuit. Est enim Iesus omnium, quod ad se attinet, seruator, præ magnitudine charitatis suæ ac diuitiarum, adeo ut in vniuersos spargi queant, & omnes ditari valeant. In verbo, Dedit, liberalitas eius exprimitur: quia gratis, & ex pura clementia donat. In verbo, Pauperibus, ostenditur eius misericordia: non enim diuitibus, & de sua iustitia confidentibus quidquam tribuit Christus, sed pauperibus, & suam tenuitatem, & paupertatem, seque nihil esse agnoscentibus, prorsusque sibi tribuentibus nihil. In eo quod subdit: *Iustitia eius manet in seculum seculi;* quam sit grata Deo hæc donorum suorum facta distributio, indicatur: & Deum iustum esse declarauit, qui satisfactionem exigit à Christo fideiussore tam amplam, ut nos non tantùm in præsentem per eam seculo iusti, sed & in futuro gloriosi coram Deo efficiamur. Primùm igitur Christus instituit hæredes omnes, quotquot per baptismum in filios legitimos regenerantur. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidè Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & glorificemur. Ad iustificandùm enim peccatorem per baptismum,

Ioan. 13.

Luc. 22.

Ioan. 41.

Psal. 111. 2. Cor. 9.

Declaratur ille psalmi versiculus: Dispersit, dedit pauperibus, & reliq. 1. Tim. 4.

In quos Christus conferat beneficia sua

Hæredes quos nã Christus instituat Rom. 8.

Ad iustificandũ peccatoris necessaria

vel

vel per poenitentiam, requiritur; Deo ita volente, tota Christi facultas, sanguis, charitas, iustitia, & obedientia; in qua hereditate non tantum gloria futura, sed etiam fides, gratia, Sacramenta, perseverantia, reliqua; eiusmodi donata cum ipsa Ecclesia includuntur. Hæc autem Christi hereditas, alio modo dicitur regnum, de quo alibi dixit: *Nolite timere, pusillus grex; quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Ac ne quis queri valeat, quod paucos voluerit habere in filios, per Ioannem admonuit: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* At vero Dominus, ut filios habet spirituales; ita etiam uxorem, siue sponsam ex qua suscipit filios, id est, Ecclesiam Catholicam: quam, quia indotatam, & omnibus bonis nudam acceperat, aliam dotem non habet, quam illam, quam ipse eam ex dilectione desponsans, à principio illi assignauerat. Hanc igitur dotem moriens illi legauit, cum dixit: *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo; ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis:* Nam per hunc Ecclesia soliditatem habet in fide, confirmationem in gratia, & charitate. Nam, ut dici solet, satis dotata est, si bene morata venit; & in tribulationibus præsentaneas, ac solidas consolationes. Huius tantæ dotis alius capax non erat, quam Ecclesia, sicut dixit: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum; Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum.* Adiunxit præterea memoriale sui ipsius perpetuum, id est, Eucharistiam, quæ est præcipua testamenti pars, de qua ait: *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo.* Reliquit & illi, tanquam viduæ, & præsentia mariti destitutæ, fletum, & commiserationem, qua mortem sponsi ignominiosam, ac violentam prosequeretur: *Non enim possunt filij sponsi, quamdiu cum illis est sponsus, lugere: cum autem auferetur ab eis sponsus, tunc lugebunt.* Et ita

Luc. 12. Christi charitas & munificentia.
Ioan. 1. Quæ sit sponsa Christi.
Dos sponsæ Christi quanam sit.
Ioan. 14. Spiritus sanctus in Ecclesia beneficia
Plaut. in Aulul. Act. 1. scæ. 4.
Ibidem. Quæ de sui monumentum Christus sponsæ suæ reliquit.
Lucæ 22. 1. Cor. 11.
Matth. 9.

Dominus dixerat: *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini.* Sed hæc lacrymæ sponsæ pretiosiores sunt, ac dulciores omnibus mundi, ac carnis delicijs. Matri vero sanctissimæ primò discipulum Ioannem dimisit in filium, & in administrum loco sui; & consolatorem: rursus, ut ipsa pro filio agnosceret Ioannem, & in eo omnes, quotquot crucem Christi non erubescerent, sed eam & corde crederent, & ore, & factis confiterentur, atque ita facta est aduocata mundi tanquam piensissima eius mater, & dispensatrix omnium donorum, & gratiarum, quæ sanguine, & morte eius comparata sunt. Seruis vero suis, hoc est, Apostolis, qui fideliter ac strenuè quoad vixit, illi ministrarunt, de quibus dixit: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis:* libertatem spiritus reliquit, & ut ipsi essent ministri per verbum, & Sacramentum, hanc tantam libertatem, quæ reconciliationem cum Deo, immunitatemque à peccato, & demonis seruitute includit, imperitendi in alios: addiditque illis amplum stipendium, ex quo possent vitam traducere, cum inquit: *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, &c. sedebitis & vos super sedes duodecim, indicantes duodecim tribus Israel.* Sanctis vero Patribus, qui creditores erant Dei, & sustinuerunt pondus diei, & ætus in vinea Domini laborando, quamprimum debitam illis mercedem pendi voluit: quasi enim illi esset dictum: *Voca operarios, & redde illis mercedem, confestim ipso die mortis claram, ac beatam sui visionem in eos contulit, & in sanguine testamenti sui emisit vinctos suos de lacu, in quo non erat aqua.* Præterea multa legata pia pauperibus in hac sua morte reliquit Dominus. Nam crucifixionibus, & carnificibus, qui milites erant Romani, vestes suas reliquit, quod illarum contactu respicerent, ac sanctificarentur, & cum illis coniunctam vitam, & exoratum

Ioan. 16. Ecclesie Christi sponsi lacrymæ quam dulces, & iocundæ.
Iffra. 19.
Seruis suis, id est, Apostolis quid legauerit Christus.
Luc. 22.
Matth. 19.
Iffra. 20.
Ibidem.
Zachar. 9.
Quid verò idem pauperibus legauerit.
Matth. 27.

Patrem, eum dixit: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt,* Sed illi citra fidem vestes eius contingentes, fructum vllum spiritalem non sunt consecuti, sed super illas miserunt sortem. Quia bona Christi Ecclesiastica, & patrimonium Crucifixi, sanguineque eius partum, ludis, iocis, crapulis, atque conuiujs quamplurimi distrahunt. Petro pauperi, qui Christum abiurauerat, reliquit fletum & conuersionem à peccato: Malcho præcisam auriculam restituit, ut saltem post resurrectionem audiret fidem ab Apostolis Euangelizatam: nam fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi. Simoni Cyrenensi & angariato ad baiulandam secum crucem, gratiam dedit, ut focus sibi esset in cruce ferenda, atque ob eam gratiam nomen eius esset gloriosum in Euangelio per totam Ecclesiam: mulieribus eum plangentibus, & lamentantibus respondit verbum solarij, ac doctrinam tradidit eorum, qui sunt plangendi, dicens: *Filia Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros: sanctæ femine dicte Veronicæ offerenti velum ad extergendum sudorè, & sanguinem vultus, ut pie creditur, gloriosam sui vultus imaginem in velo impressam ad perpetuam memoriam, & venerationem reliquit: Latroni pauperissimo, & sui memoriam à Christo in regno suo postulanti, libenter paradysum eadem die possidendum supra quam petierat, vel intellexerat, promisit, dicens: *Hodie mecum eris in paradyso.* Longino militi lancea latus eius aperienti aquam dedit, & sanguinem, ut oculos reciperet ad videndum quem pupugerat, & quod ad se attinet, sanguine illo redimeretur, & aqua permundaretur. Centurioni ob custodiam Christi in cruce, legauit fidem, & apertam veritatis confessionem, quod homo iustus, & verè Filius Dei esset. Iudæis verò inuidis atque malignis, mortisque suæ machinatoribus, magna sua charitate legatum reliquit amplum, ut à tanto flagitio respicerent; dum per trium horarum tenebras, terræ motu,*

Luc. 23. Quid est quod milites Christi vestes dissipauerit sibi.
Matth. 27. Psal. 21.
Matth. 26.
Luc. 22.
Rom. 10.
Matth. 27.
Luc. 23.
Ibidem.
Ioan. 19.
Luc. 23.
Matth. 27.
Quid Iudæis crucifixoribus suis, hostibus quæ capitalibus itidem Christus legauerit.

petras scissas, ruptum velum, aperta monumenta, atque mortuos resurgentes, terrorem incussit, ac tremorem, ut cogitarent de peccato à se commisso, & saniorum mentem induentes per fidem accederent ad Iesum; nam multi ex illis, qui venerant ut adessent spectaculo, reuersi sunt, percutientes pectora sua. Cum de his omnibus disposuisset, tantum supererat corpus, spiritus, atque ipsa crux. Corpus igitur Iosepho & Nicodemo honorificè in sepulchro cum aromatibus tumulandum reliquit: nam sic etiam Christus à nobis accipiendo, nobis largitur: maiusque fuit beneficium Dominum omnium à nobis quicquam recipere, quam multa nobis dare, cum ob id largiatur, ut illi reddamus. Dedit etiam pretiosum peccus, & fortitudinem, ut isti, qui discipuli erant occulti, se tandem proderent, & præsertim Iosepho. Arimatheo, ut audacter peteret corpus Iesù à Pilato. Cruci verò duræ, ac ignominiosæ mortis tormento, quia illam suo corpore contigit, suoque sanguine rubricatam sanctificauit, reliquit exaltationem, & gloriam, ut iam sit sceptrum Regum, & Imperatorum, ut sit terror dæmonibus, qui illa visa diffugiunt, Apostolis gloria, qui dicere possunt: *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi:* fidelibus omnibus qui, delicata atque pretiosa margarita crucis signo se muniant, edant miracula, perficiant Sacramenta, & per quam Deum nos exaudire efflagitè, & in qua Christus exauditus est à Patre suo, & exaudiuit in ea latronem, illam adoramus, atque exosculamur, illam fronti imprimimus, ac pectori, illam inuocamus, & blandè alloquimur, dicentes:

*O crux, aue spes vnica,
Hoc passionis tempore
Auge pijs iustitiam,
Reisq; dona veniam.*

Illam denique nobis benedixit, tanquam filijs, & nos illo signo, siue filios nostros, siue cibaria, quæ edenda sunt, siue quæ sanctificanda: discimus benedicere. Vides igitur quàm amplum, & quanta cum ratione, &

Ibidem.
Luc. 23. Iosepho & Nicodemo Christi bona quæcesserint eius beneficentia.
Ioan. 19.
Murci 15.
Crucis Christi gloria & triumphus.
Galath. 6.
Crucis beneficia.
Hebr. 5.
Luc. 23.

prudencia condiderit testamentum.

Post mortem testatoris moris est aperiri testamentum, ut qui sunt hæredes, agnoscantur, & quisque sua legata intelligat. Nam dum viuit testator, validum non est testamentum, dum voluntas testantis, ut dici solet, deambulatoria est, & mutari potest. Quare Dominus rectè dicebat: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Necessaria igitur erat mors Christi, ut confirmaretur testamentum eius. Potest autem dici testamentum apertum in die resurrectionis, quando Apostolis aperuit sensum ut intelligerent Scripturas. Porro Scripturæ nihil aliud sunt, quàm vetus & nouum Testamentum: quòd dum Christus non detegit, clausum est, atque obsignatum.

Sed miraberis fortasse, quòd tantus, ac tam diues testator, tantæque charitatis, atque scientiæ, ut prænouerit omnia, quæ futura sunt, nihil nobis absentibus in suo testamento assignauerit. Quod tùm eius sapientiæ, atque misericordiæ decantatæ, tùm nostræ indigentiae repugnare videtur: nostra enim vita, aut salus Christi testamento sublato constare non potest. Sed cessabit admiratio, si intelligas neminem à bonis suis Christum exheredatum reliquisse præter eum, qui hereditati renuntiauerit, ut qui dicebant: Nolumus hunc regnare super nos: & Non habemus Regem, nisi Casarem. In cuius typum dictum fuit à filiis Israël de Dauide Rege; Quæ nobis pars in Dauide? vel quæ hereditas in filio Isai? vel præter eum, qui cum profano Esau primogenita sua vendiderit. Sicut enim nemo est, qui se abscondat à calore eius, atque amore. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum vnigenitum daret; ita & à fructu amoris sui, obedientiæ, atque pretij Patri suo mundo ex dilectione persoluti, ac proinde à parte aliqua testamenti sui nemo est alienus. Ad nos igitur quodque tanquam ad filios, & sponfas, & seruos, & creditores, & amicos hæc

spectat hæreditas; nam his omnibus magnificis titulis in sacris literis exornamur. Etsi autem hæreditas Christi incomprehensa sit, & ineffabilis, utpote infinita; ut tamen breuitati consulamus, duo potissimum reliquit nobis, merita videlicet sua, atque exempla, quæ ditare, & magnopere nos consolari valent, atque confirmare. Si attentius testamentum hoc inspiciamus, & quæ in eo continentur, contemplati fuerimus, à quæstionibus difficilibus, atque implicatis abstinebit oratio nostra, historiam Euangelicam non percurreret, prophetias innumeras non percenserebit, vna tantum excepta Zachariæ diligentius excussa, atque examinata, quæ amorem, ac deuotionem ingenerare possit, & commonefacere nos ne de tanto beneficio, & amplissimo legato inueniamur ingrati.

Quærit ergo Zacharias: Quæ sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Et respondet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Quemadmodum enim ex radice oritur virga, ex virga flos, ex flore fructus; ita ex nouitate profecta est admiratio, ex admiratione quæstio, ex quæstione responsio, siue solutio: nam propter admirationem cœperunt homines ad philosophiam animum adijcere. Maxima ergo nouitas sunt plagæ, siue vulnera Christi: quia noui hominis sunt, id est, Dei, & hominis, atque illius quidem innocentis; & quæ non veterascunt, quia cum eis resurrexit, & in gloriam perpetuam eas in cœlo seruat; cum nos vulnera nostra, & cicatrices extergere, atque etiam balsamo imposito contegere soleamus. Præterea hæ plagæ renouant corda nostra, & legem nouam statuunt. Ex hac igitur tam magna nouitate magna admiratio est consecuta, tùm Prophetæ dicentis: Quæ sunt plaga ista in medio manuum tuarum? tùm Angelorum acclamantium Christo: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? tùm omnium hominum, qui Christum profitentur, quorum animi suspensi sunt, & attoniti in contemplatione horum vulnerum, tantique,

Quæ nobis bona potestimum Christum in testamento legauerit.

Simile. Admiratio orta sit vnde

Quid nouitatis & admirationis habeat plagæ Christi

Ioan. 20.

Esaiæ 63.

Ioan. 1. 2.

Christi testamentum quando fuerit apertum. Luc. ultimo Scripturæ quid sint.

Quare Christus tã diues ac sapiens testator cū sit, nobis tamen nihil absentibus in testamento reliquerit.

Luca 19.

Ioan. 19.

3. Reg. 2.

Genes. 25.

Psal. 18.

Ioan. 3.

Verba illa Zachariæ: Quæ sunt plaga ista in medio manuum tuarum, &c. de Messia ad litteram esse accipienda.

Theodoret. par. 1.

Hieronym. rom. 6.

Rupert. in Proph. min. Fons patens Christi quis.

Ioan. 19. Secundum argumētum. Matth. 26.

In qua die fons ille fuerit patens domui Dauid. Zachar. 9.

Ioan. 19.

Quando primum idolorum culturam mundus abiecerit. Ezech. 39.

Pseudoprophetas Christus quos abstulerit de terra cū spiritu immundo

ac tam admirabilis spectaculi.

Vt igitur verba Zachariæ profundius scrutemur, verumque sensum eruamus, præmittendum in primis, verba Zachariæ per totum illud caput XIII. ad litteram de Messia esse accipienda, ut Ecclesia illa verba legens in Missa de quinque vulneribus Christi interpretatur, & Patres, ut Theodoretus, Hieronymus, ac Rupertus exponunt, & consequentia verborum aperte indicat. Ita enim exorditur Zacharias: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruata. Hic fons fuit apertus Christo in latere percusso in ablutionem peccatorum personalium, & originalis. Deinde quia terminatur hæc prophetia in verbis illis: Percute pastorem & dispergentur oves: quæ de passione Domini esse intelligenda, explicauit Christus apud Matthæum. Quare & intermedia verba necessario de Messia sunt interpretanda: In die igitur illa, nempe passionis, de qua præcesserat: Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Erat fons patens domui Dauid: Id est, Sacramentum Baptismi, quod promanabat ex latere Christi lancea militis aperto, ut exiret sanguis redemptionis, & aqua renascentiæ in ablutionem peccatoris ex circumcisione credentis, & gentilitatis ex fluxu idololatriæ menstruatae. Et subdit: Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra. Nam ex quo mundus per baptismum nomen Christo dare cœpit, deserta est idolorum cultura. Quod etiam in Ezechiele apertius est indicatum, vbi dicitur: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Cùm verò ait: se de terra ablaturum pseudoprophetas cum spiritu immundo: loquitur de Pontificibus, & Pharisæis, qui malo spiritu imbuti dicebant: Quid facimus? quia hic homo

multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem: quod totum propheta fuit, præter illud, Si dimittimus eum sic. Et inter tales Prophetas surrexit vnus, & dixit: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Merito ergo ablati sunt de Terra sancta, & spoliati omnibus dignitatibus ac priuilegijs, qui spiritu immundo, & terrena bona tantum spectante imbuti prophetarunt. Quamquam nihil veter, ea verba simpliciter de vniuersis pseudoprophetis, atque de spiritu immundo, qui per statuas diuersas, & homines fanaticos oracula fundebat, intelligere: nam adueniente Christo, illa omnia, quæ religionem deorum falsam fouebant, auerunt prorsus, atque obmutuerunt, & vt Horatius dixit:

Iam pridem cessant oracula Delphis. Subiungit Propheta: Et erit: Cùm prophetauerit quispiam ultra, dicent ei pater eius, & mater eius qui genuerunt eum, Non viues: quia mendacium locutus es in nomine Domini: & configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius cùm prophetauerit. Tanta, vt exponit Theodoretus, pietas versabitur in orbe terræ, vt nec pater, nec mater filio ignoscant diuinationem proficienti, quin eum vinculis constringent, & plagas inferent, & flagra inurent, & mortem intentabunt: atque omnes, qui prædictiones mendaces profitentur, videntes pietatem confirmari, & maximas vires colligere, lugubrem ornatum induent. Nam quod ait: Induentur pelle cilicima, hoc testatur. Adeo autem ingens timor eis iniicietur, vt idolorum errori renuntient, & pro illo agrorum culturam amplectentur, & dicet omnibus, Simul atque natus sum, à parentibus ad hanc artem institutus sum. Hęc ille in hunc modum exponit. At Rupertus hæc omnia de Christo accipit magno Propheta, qui prophetauit ultra, id est, supra quod illi prophetauerant. Illi enim prædixerunt expedire vt Christus moreretur: ultra quam

Ioan. 11.

Ibidem.

Quoniam illi spiritu prophetauerint.

Alter sensus.

Horatius.

Duplex sensus horum verborum: Et erit: cùm prophetauerit quispiam ultra, dicent ei, &c. Theodor. in 13. cap. Za char. par. 1.

Alter sensus congruētor.

Rupert. in Zach. 6. 13

Ioan. 11.

prophetiam mortis ipse vaticinatus est resurrectionem. Vnde pater eius populus Iudaicus quantum ad maiores, & mater eius, hoc est, synagoga, quantum ad minores, qui secundum carnem Christum genuerunt, dixerunt illi: *Non viues; quia mendacium locutus es in nomine Domini*: quia submissis duobus falsis testibus, dixerunt: *Hic dixit, Possunt destruere templum Dei, & post triduum readificare illud*. Et cum Pontifex dixisset, *Adiuuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus Filius Dei*; & Dominus prophetando respondisset; *Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli: tunc Princeps Sacerdotum Cayphas scidit vestimenta sua, dicens; Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiam, Quid vobis videtur? Et exclamauerunt vniuersi, dicentes: Reus est mortis*. Et hoc est quod Propheta ait: *Non viues; quia mendacium locutus es in nomine Domini*.

Subiungit: *Et configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius cum prophetauerit*. Id est, cum compleuerit praedicationis suae tempus: nam ante non poterunt eum crucifigere, etiam si maxime conentur. Et subdit: *Et erit: in die illa confundentur Propheta vnusquisque ex visione sua quam prophetauerint, nec operientur pallio saccino vt mentiantur*. Vult dicere; Prophetas illi, qui dixerunt: *Et venient Romani, &c.* &: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo*, confundentur ex visione sua, id est, profundo consilio suo, quo admirabili ratione cum non est factum, quod cogitauerunt, factum est quod dixerunt: quia omnes crediderunt in eum, & venerunt Romani, & tulerunt locum, & gentem. Talesque Prophetas non operientur pallio saccino vt mentiantur, id est, vt tunc operi fuerunt, quando scilicet prophetauerunt. Operi sunt pallio saccino: quia sicut hypochritae tristes pauorem coram populo simulauerunt fingentes venturos Romanos; atque ita pallium saccinum fuit fictio tristitiae & pauoris quo illum occi-

dere consultauerunt. *Sed dicet, Non sum Propheta, homo Agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea*. Sicut prius de pluribus pseudoprophetis locutus est, quod eos cum spiritu immundo auferret Deus de terra, mox de vno Christo dicit: *Et erit, cum prophetauerit quispiam ultra: ad eum modum cum de pluribus dixisset: Et erit: in die illa confundentur Propheta vnusquisque ex visione sua cum prophetauerit, &c.* ita nunc rursus de vno morti crucis damnato Propheta loqui videtur. Et vt priores Prophetas arguit Scriptura mendacij, & spiritus immundi; ita vnum Prophetam non de mendacio redarguit, sed patrem, & matrem eius dixisse narrat, Mendacium locutus es in nomine Domini. De hoc ergo vero Propheta, qui plagis impositis mortuus fuerat, & resurrexit, & stans in medio discipulorum, dixit: *Pax vobis; & ostendit eis manus & latus*, hoc loco sermonem habet. Suscitatus ergo, & insultans Iudaeis, atque subannans ait per ironiam, *Non sum Propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea*. Subaudi, aestimatione vestra, quia dixistis seruo meo Nicodemo: *Scrutare Scripturas, & vide, quia a Galilea Propheta non surgit: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Nonne hic est fabri filius? Scimus quia hic homo peccator est, & filius Adae peccatoris*. Verum apparet an ego fuerim verus Propheta, & vos falsi: atque ita per ironiam haec, & *capnasuop* dicuntur. Quanquam reuera si Ioannes Baptista negauit se Prophetam, quia erat plusquam Propheta; ita Dominus Prophetarum non est Propheta, sed cunctis Prophetis maior. Est homo agricola; quia seminavit bonum semen in agro suo, hoc est, in hoc mundo, in quo inimicus homo superfeminavit zizania. Est Adam exemplum eius: quoniam sicut Adam primus omnes sua praeruaricatione perdidit, peccatumque, & mortem in mundum intulit, ita ego obedientia mea mundum seruaui, & iustitiam atque vitam in mundum inuexi. Sequitur textus: *Et*

Ioan. 20. Iudaei Christum quando Prophetam non gauerint, sed esse dixerint agricolam ab adolescentia sua.

Ioan. 7. Ibidem.

Matth. 13. Ioan. 9.

Supra 1.

Matth. 11. Christus quia agricola. Infra 13.

Quo modo Adam sit exemplum eius ab adolescentia sua.

Genes. 3. Rom. 5.

dicetur

Qui dicent Christo: Quae sunt plagae istae in medio manuum tuarum.

Ioan. 19. Psal. 21.

Quinam diligebant Christum, in quorum fuit plaga?

Ioan. 18.

Quid est Phramea suscitare super pastorem meum.

Rom. 8.

Luc. 22. Phramea quid.

Ioan. 10. Vir cohaerens Deo quis.

Psal. 21.

Matth. 26.

dicetur ei, *Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me*. Haec interrogatio de plagis, vel ab Angelis, vel ab hominibus, quos plagis suis redemit, facta intelligenda est. Et quia non tantum in manibus, sed etiam in pedibus, atque adeo in latere vulnera habuit, iuxta illud: *Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia ossa mea*; tamen per illas manuum plagas, quia manifestiores, per synecdochen intelligimus caeteras. *Et dicet, His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me*. Non ait, ab his, qui diligebant me; sed in domo eorum, qui profitebantur meam dilectionem, quae dicitur domus Abraham, Isaac, & Iacob, siue domus Israel in Euangelio: nam illi Messiam diligebant, & promissum expectabant, & aduenientem Cruci suffixerunt, & licet non videatur respondere ad rem: quia non dicit, quae plagae illae, sed tantum locum indicet, tacite tamen declarat esse calicem, quem Pater illi donauit. Vnde sermonem conuertens ad gladium, ait: *Phramea suscitare super pastorem meum, &c.* Ac si diceret, *Quid sunt plagae istae? Respondeo, Testimonia sunt obedientiae meae, argumenta paternae charitatis; signa ardentis amoris Dei erga mundi salutem. Dominus exercituum, Deus Pater, proprio Filio suo non peperit, vt nobis parceret. Et dicendo, Phramea suscitare, facultatem morti permittit, plagis, & vinculis, secundum id: *Haec est hora vestra, & potestas tenebrarum*. Estque sensus: Phramea suscitare, id est, Mors inualesce super Filium meum, pastorem illum bonum, qui ponit animam pro ouibus suis. *Super virum cohaerentem mihi*. Per vnionem hypostaticam. Ab hac phramea cupiebat eripi, cum oraret: *Erue a framea animam meam, & de manu canis vnicam meam*. Et si forte phramea diceret, quomodo, aut quam inualesceret super pastorem, &c. explicat, dicens; *Percute pastorem, & dispergentur oves*. Quae verba in se impleta declarauit Dominus apud Matthaeum, cum dixit: *Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum**

est enim, *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis*. Dicitur autem percute Deus Pater, quia eum percute permiserit, & percussione ob eo acceptari, & non impediri ad agendam, atque tuendam causam salutis nostrae voluerit, & tanquam satisfactionem integram pro nostro peccato iustitiam diuinam exegerit. De qua percussione alibi dicitur: *Propter scelus populi mei percussi eum, & Dauid: Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt; & super dolorem vulnerum meorum addiderunt*. Et subdit: *Et conuertam manum meam ad paruulos*. Illos nimirum, de quibus; *Non lite timere pusillus grex; Et, Ecce, ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus: quorum patrociniam Christus suscepit in morte sua*. Postremo subiungit: *Et erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duae in ea dispergentur, & deficient, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum; & probabo eos, sicut probatur aurum*. Haec ita exponit Hieronymus, vt per duas partes, quae dispergentur, & deficient, intelligat Iudaeos, & Gentiles, quibus Christus crucifixus fuit scandalum, & stultitia; inter quos tertius populus Christianorum repente succreuit, qui Christum confiteretur Dei virtutem, & Dei sapientiam. Atque haec tertia pars ne delicata esset, & secuta confessione, quasi argentum, & aurum per ignem ducitur, & probatur: atque hic populus inuocat nomen Christi, & Christus exaudit eum, & dicit: *Populus meus es: Et ipse agnoscens Christum verum Deum, dicit, Dominus Deus meus*. Atque ita habes totius capituli decim tertij Zachariae explicationem. Superest igitur, vt nos quoque Christum interrogemus; *Quae sunt plagae istae in medio manuum, pedum, & lateris tui? Et respondebit nobis ex amore profectas, quo Dei Patris obedientiam amplectebatur, atque dilectione, qua salutem mundi sitiebat, quod nos redderet perfectos Dei dilectores, illas proprio animo pertulisse. Crux igitur Christi plagas, & vulnera infert, & signa, siue cicatrices ad aeternam remunerationem relinquit; Crux vero mundi etiam suos crucifigat, &*

Christum vt percussit Deus Pater.

Esa. 53.

Psal. 68. De quibus sit: Et conuertam manum meam ad paruulos.

Luc. 12. Esa. 8.

Quam dae partes illae in omni terra quae dispergentur; & deficient, & quae tertia pars per ignem probanda, secundum Hieronymum.

Hierony. in Zacharia c. 13. to. 6. 1. Cor. 1.

Populi Christiani praerogatiua.

Christi plagae vnde profectas sunt.

Christi inter Crucem, & mundi quid intersit.

lethalibus plagis afficiat, nullū tamen earum remanet vestigium in cœlo, quia illa, pro quibus sunt susceptæ, infirma sunt, & terrena, prorsusque indigna, quæ in cœlo commemorentur. Ac Christi Crux ut illū caput nostrum signatum reliquit, ita quotquot pro eius amore aliquid in signe patiuntur, signati in Apocalypsi vocantur, & apud Paulū, signati spiritu promissionis sancto, & apud Ezechielem: *Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominacionibus qua sunt in medio eius.* Ex horum numero erat Paulus, qui dicebat: *Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Et ut in Cain posuit signum, ne quisquam eum interficeret, ita precabatur David; *Fac mecum signum in bonum, ut videant qui me oderunt, & confundantur.* Hoc est, Muni me tuo singulari præsidio, & favore, ut me tantis armis fultū invadere per timeant. De reliquis verò mundi Crucem gestantibus, dicitur in libro Sapientia, similes esse umbra, atque cur fori, quæ nullum sui transitus vestigiū relinquunt in terra, naui in aqua, aui, atque sagittæ in aëre, quæ nullum post se indelebile signum dimitunt. Quid aliud igitur sunt diuinæ istæ Christi plagæ, quàm amor quidam signatus, balnea, & officinæ infirmorum, quos curat amor? Quid aliud, quàm canales ouium, in quibus bibant, & veluti columbarium amoris, in quo columbæ, & animæ electæ tanquam in foraminibus petrae, & cauerna maceiæ nidificent? Sunt documentum, ac diuinum quoddam exemplar operum amoris; Euangelium viuum, tradens amoris legem; fontes salutare, ex quibus promanat amoris aqua, guttæ gloriose, & fenestræ amoris; hyacinthi pretiosi, quos carè redemit amor, idioma, & lingua charitatis, lyra, quam solus amor pulsare nouit, monetæ impressæ imagine amoris; nidus aquilæ, & sinus dilectionis; oblatio, & holocaustum perfectam spirans charitatem, panes quinque hordeacei nostram amoris famem satiantes, querelæ iustæ dantes nostram obliuionem, quæ aduersatur tanto amoris; rosæ odoriferæ

dilectionem spirantes; talēta quinque quibus emimus remissionem peccati, gratiam Dei, timoremque eū offendendi, consolationem in tribulationibus, atque æternā gloriā, vnigeniti vniuersæ, quibus occurrit ingrato amoris nostro, zelus diuinæ bonitatis extorquens amorem, ac tituli denique supplentes amoris nostri defectum. Prolixior ego profectò essem, si cunctas hæc propositas plagarum Christi cōditiones oratione fusiori persequi vellem: vnam tamen, aut alteram attinagam, ut reliquas meditandi perfectioribus, & religiosioribus viris occasionē præbeā. Sunt enim hæc vulnera Christi amor signatus, seu amoris signum. Magnus Christi amor fuit dum viveret, nam pascebat verbo animas, remittebat peccata, pellebat dæmonia: sed in morte longè excessit, non tantū pro amicis, sed etiā pro impijs mortē sustinens, qui actu inimicabatur, & summum genus inimicitia contra se exercebat. Vnde hic amor cæcus fuit, nam permisit sibi velari oculos: mutus, quia nihil pro se respondebat, ita ut miraretur præses vehementer: nudus, quia nuditatis confusionem nostri causa sustinuit: infans, quia permisit sibi ligari manus, & pedes: ebrius, quia nostro amore inebriatus pro nobis gustauit fel, & potauit acetū: signatus præcipuis quinque vulnorum signis quasi grandioribus literis. Et cum illi esset promptū multis modis redemptionem nostram operari; dignatus tamen est pro iua bonitate seruare nos per supplicium, quo nullum horrēdum magis, atque crudele, Crucis videlicet, per opprobriū, quod nullū ignominiosius, ut non apponat ultra magnificare se homo super terrā, per pretiū, quo nullū maius, aut incōparabilius: non enim corruptibili bus auro, vel argento redemit nos de vana nostra cōuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, per exemplū, quo nullū efficacius ad mouendū; per mysteriū, quo nullū profundius, cuius longitudinē, latitudinē, sublimitatē, & profundum nullus creatus intellectus apprehendere valet. O exemplar amoris incōparabilis,

Matth. 25.

Rom. 5.

Luc. 22.

Matth. 27.

Ibidem.

Ioan. 18.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Psal. 9.

1. Pet. 1.

&

Rom. 8.

Christi in nos amoris insignia quinque. Ioann. 20.

Supt. 19.

Ibidem.

Cur Euangelista dixit: Lancea latus eius aperuit, non, percussit.

Exod. 13.

& abyssus charitatis diuinæ, O pelagus insuperabilis dilectionis, O inuisita clementia, & dulcissima Dei mansuetudo. Deus enim ut nobis hominacionibus ingratis seruis parceret, vnigenito Filio suo non pepercit, sicut nec Filius sibi ipsi, nec mater sanctissima sibi ipsi, aut Filio. O redemptor mitissime, nisi tu me maiori, ac puriori dilexisses amore, quā ego me ipsū diligā, & nisi tu plus nobis prospexisses, quā ipsi nobis prospicere aut possimus, aut velimus, nunquā mihi persuadere potuissem, ut te tātō, tamq; indigno pondere Crucis pro salute mea grauare, citiusq; me præcipitem ferri in gehennā sustinuissem. Fuit igitur hic singularis amor, etsi multis in partibus, præcipuè tamen in quinque præ cæteris signatus. Quia illæ plagæ maiores erant ferro clauorū, & lancea factæ: seruataq; post resurrectionē, ut illis nos ad se alliciat, dæmones confundat, & in cœlum induxit, ut eas Patri pro nobis præsentet. In vita quatuor sustinuit, post mortem, illam lateris, ut ostendat, quā ex corde nos redemerit, & voluntas plura pro nobis patiēdi indicetur, & charitatē eius extinctā non esse, sed viuam ad benefaciendū. Profluxit ex illa sanguis, & aqua, quod ostendat se propter mortis iniuriā nō esse irritatū, nec à benefaciendo desistere. Et dicit Euangelista: *Lancea latus eius aperuit, non percussit:* quia eo tempore diuinitas sese sanctis patribus in limbo prodebat; & quod non patet aliud ostiū in terrā cœlestem, & promissam intrandi, nisi per merita vulnerū Christi. Quare populus egressus de Ægypto ut ingrederetur in terram promissionis, eduxit secum ossa Ioseph mortui: ita nos passionē Christi pro nobis extincti nobiscū perferre debemus, quod nobis pateat aditus ad Deū. Dicitur dira lancea ab Ecclesia, quia in mortuū sæuijt. Effectus tamen lanceæ præ cæteris nobis dulcior est, quia ex toto corde vult diligere Christus à nobis: quod ut amore percuteret, suū lancea percute voluit. Portat pedibus ad nos, datq; manibus suis, & ex corde. Magnus ille Euāgelij præcoac tuba. Apostolus charitatē commen-

dans ad Corinthios, quindecim eius cōditiones expressit, dicens: *Charitas nō amulatur, nō agit perperā, nō inflatur, nō est ambitiosa, nō querit qua sua sunt, nō irritatur, nō cogitat malum: nō gaudet super iniquitate; congaudet autem veritati: Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Charitas nunquam excidit.

Has quindecim proprietates Christus perfectè adimpleuit in Cruce. Primum enim, *Charitas patiens est:* at quis tot, & tam magna tormenta vnquā sustinuit? Aut quis Christo patientior, qui tanquā agnus coram rudente se, obmutuit, & non aperuit os suum: ad iniurias, ad calumnias, ad falsa testimonia, qui mortē tam acerbam, tam equo animo, & forti sustinuit.

Deinde, *Benigna est.* Etsi enim Christus per totam vitam munificentissimus extiterit, in passione tamen à benefaciendo non destitit: nā & Malcho aurem restituit, seipsum pro seruandis Apostolis obtulit: Si ergo me queritis, inquit, finite hos abire; latronem supra vota sua exaudiuit; Petrum negantem, ad poenitentia salutarem perduxit, pro crucifigentibus Patrem exorauit, Crucē, & omnia mortis suæ tormenta sanctificauit, nobisque amabilia, atque venerabilia effecit.

Tertiò, *Non amulatur.* Loquitur de æmulatione mala per inuidiam; nam Græcè dicitur ἐμιου, & de qua Propheeta: *Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.* Etsi autem Christus per inuidia actus fuerit, ipse tamen longè fuit ab æmulatione, siue inuidia; qui propterea sibi cor aperiri voluit, & mortē suā pro omnibus Patri obtulit, & in vniversos sine inuidia cōmunicauit, ut quā longè ab inuidia distet, ostendat. Charitas autē æmulatur bonos, & virtutes aliorum, quemadmodum ait Petrus: *Quis est qui nobis vocat, si boni (id est, bonitatis) æmulatores fueritis, & Paul. A Emulami charitatis meliora; Et, A Emulami spiritualia, & ad Galatas, A Emulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, ut illos emulemini. Bonam autem emulamini in bono semper; & non*

1. Cor. 13. Charitatis cōditiones secundum Apostolum quindecim: quas omnes Christus impleuit.

I. conditio.

Esa. 53. Matth. 26. Act. 8.

II. conditio.

Luc. 22.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Matth. 26.

Luc. 23.

III. cōditio.

Psal. 36.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Charitas quos æmulatur. 1. Pet. 3.

1. Cor. 12.

Infr. 14.

Gal. 4.

2. Cor. 11. tantum cum praesens sum apud vos; Et in posteriori ad Corinth. Aemulor enim vos Dei amulatione.

III. proprietates. Quarto, Charitas non agit perperam, id est, inconsiderate, aut incomposita, ne displiceat dilecto. Graece dicitur charisipipera, quae vox Latina esse videtur. Sola enim charitas est, quam mala conscientia non pungit. Et ita Christus in morte nihil egit perperam: inter iras placidus fuit, inter insidias innocens, inter iniquitates gemens, & in veritate respirans; nulla Christi actio vel minima fuit, vel verbum aliquod, quod non serium, & cum fructu coniunctum extiterit.

V. proprietates. Quinto, Non inflatur, videlicet de scientia, cuius proprium est inflare hominem: At Iesus alienus ab omni inflatione fuit, qui nec coram Herode verbum aliquod protulit, etiam si non ignoraret se ut stultum illudendum: & coram Pilato praeside, ac iudice nihil pro se ipso respondere voluit. Unde ob insanam regni affectationem illi obiectam punire voluit eum tanquam Regem Iudaeorum purpura ornatum, & spinis coronatum illudendo.

VI. proprietates. Sexto, Non est ambitiosa, sive, ut Graeca vox significat (Non est inuerecunda) aut, non est impudenter procax. Id enim est quod ait, εν εχημωνει, & sensum videns interpret, recte dixit, Non est ambitiosa: quia ambitiosi procaces sunt, & sine modestia insolenter petulant. At Christus moriens quam longè esset ab hac ambitione procaci, & petulantia, satis indicauit tanta verborum parcitas, ac modestia, tanta diuinæ gloriae sitis, tantus nostrae salutis ardor, tanta doctrinae suae, quae nihil aliud, quam modestiam, & humilitatem tradit, cum actionibus eius consensus; In hostibus vero suis omnis procacitas, petulantia, verborumque, ac actionum immodestia apparuit.

VII. conditio Charitatis. Septimo, Non querit quae sua sunt, sed quae Dei, atque proximi. Querit autem quae sua sunt, qui quae sua sunt, tantum prospicit, & curat; cum tamen charitas primum quae Dei sunt, quærat, certo sciens quod quae sibi debentur, curabit Deus. Ita dicebat Dominus: Ego non quero gloriam meam (id est, mihi debitam) est

qui querat, & iudicet. Et si rectè inspicias, cum Christus à momento conceptionis beatus extiterit, & per passionem in gloriam sibi debitam intrauerit, magis quæ nostra sunt, quam quæ sua, curasse videtur: nam nobis non tantum gratiam, sed etiam essentialem gloriam promeruit. Quæsiuit etiam quæ Patris sui erant, id est, honorem, & gloriam diuinæ iustitiæ, & charitatis: quæsiuit quæ Angelorum erant, ut eorum ruinas repararet: & suorum vulnerum oblitus, memorque miseriam æternam, cuius se debitores crucifigentes reddebant, pro eis Patrem est deprecatus, magis agens causam inimicorum, quam suam.

Octavo, Non irritatur; Iniurijs, & contumelijs, sicut Christus, cui in Cruce pendenti insultabant: Si Filius Dei es, descende de Cruce. Sed ut magnus ignis paucis aquæ guttis in eum proiectis magis incenditur, corroboraturque, ita Christus verbis pungentibus, summeque irritantibus, & contumeliosissimis factis, ut flagellis, corona spinea, fellis porrectione, magis est ad amandum prouocatus. Et ut læna captis catulis magno impetu illos queritans tela, ignes, aquas, & gladios pertransit, quod optatis catulis perfrui possit; ita Christus clauos, crucem, & alia ignominiosa tormenta, quæ aquarum nomine designantur, iuxta illud: saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam, sua potèti charitate penetrauit, & impletum est illud: Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.

Nonò, Non cogitat malum charitas, hoc est, malum esse ibi non existimat, ubi illud non videt, ne homines & incertam eorum mentem iudicet, sed omnia interpretatur, ac vertit in bonum. Nam qui facile malum de alio cogitat sine constanti, aut probabili coniectura; vel idem est quia non diligit eum, vel quia nos mali sumus, & quorum nos cõscij sumus, facile alijs tribuere solemus. Christus autem ne malum de alio cogitaret, mortem perpetui voluit, quod sanguine suo eorum in Deo memoriam deleteret. Propterea enim sibi oculos velo regi sustinuit, cum grauissimis iniurijs afficeretur, & cum per tres horas in Cruce penderet,

VIII. conditio. Matth. 27. Simile.

Ioann. 19. Matth. 27. Aliud.

Psal. 68.

Cant. 8.

IX. proprietates.

Facile de alijs iudiciu, & temerariu vnde proficiscatur.

Luc. 22. Matth. 27.

tenebras

Propriam amaris quid.

X. proprietates.

XI. conditio Charitatis.

Psal. 57.

Ioan. 18.

XII. conditio.

tenebras in vniuersum orbem immisit; quod ostenderet, se inimicos suos nolle agnoscere, & de illis magnum cogitare non velle. Habet hoc natura amoris, ut vitia eorum, quos summo amore prosequimur, vix videamus, eaque apud nos extenuemus; deinde ut talia de alijs cogitemus, quales nos ipsi sumus. Cum igitur Dominus Iesus ingenti nos charitate prosequeretur, ipseque summa bonitate, atque sanctitate praeditus esset, non poterat peccata nostra cernere, nisi ut ea apud Patrem suum imminueret, atque extenuaret, eorumque remissionem impetraret, & pro ardenti sua charitate, & sanctitate malum de nobis cogitare nequibat.

Decimo, Non gaudet super iniquitate: Id est, Etiam si malum non cogitet, non tamen probat aliorum peccata, neque delectatur iniquitate, qua iniuria afficitur Deus, ac summo damno, ac dedecore ipse peccat. Et quanquam quis ex charitate iniurias sustineat, magis tamen dolet vicem inferentis iniuriam, quam sui vicem sustinentis. Et ita Christus ut se ostenderet quam longè sit à gaudio iniquitatum nostrarum, pro peccatis nostris fleuit, & sanguinem cum vita profundere voluit, & magis hostes suos, quam se commiseratus est.

Vndecimo, Charitas congruet veritati, quoniam veritatem opponit iniquitati. Per veritatem intelligamus iustitiam: nam ut de iniquitate non gaudet, ita de iustitia illi opposita lætatur: cum videlicet quis aut isto premio remuneratur, aut iusta pœna pro peccato plectitur: Nam lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et in vniuersum charitas bonis operibus fauet, & congratulatur. Iesum vero in passione hanc conditionem impleuisse, testatur illud quod dixit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati; Et omnes veritates de se per Prophetas factas in sua morte impleras esse ostendit, ut Deum, & ministros eius fideles ostenderet, & se veracem in promissis suis, quibus se moriturum pro nobis sepius praedixerat, indicaret.

Duodecimo, Omnia suffert. Graecè

verbum habet, πάντα σιει, id est, Omnia tegit: quia charitatis germanum munus est multitudinem peccatorum operire, ut ait Petrus: vniuersa delicta operit charitas, & omnia mundi delicta ardentissima Christi charitas deuorauit, sanguine suo deleuit, & quasi nube quadam densissima ne à Deo videretur, obtexit: Docuitque nos suo exemplo, ut sicut ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, ita & nos aliorum delicta feramus, pro eisque extinguendis non tantum Deum precemur, sed etiam nos ipsos offeramus, secundum illud: alter alterius onera portare; & sic adimplebitis legem Christi.

Decimotertio, Omnia credit. Decimoquarto, Omnia sperat. Decimoquintò, Omnia sustinet. Dicitur omnia credere charitas, quia inducit intellectum ad credendum, praesertim de diuina potètia, ac bonitate: quæcunque enim in Scripturis leguntur, ea omnia facile credit charitas, & Christus sua morte impleuit, quæ in Scripturis de ipso erant, ut propterea quia ipse fidem habere non poterat, quæ excluditur visione, dicatur omnia credidisse, ut fidei nostrae causa crux ipsa extiterit; ut in ea credibilia omnia testimonia cernere valeant. Quanquam & in hoc aliqua ratione credidisse dici valeat, quod mortem suam Patri obtulerit pro omnium electorum salute; ut sicut Christus debitor erat Patri propter vniuersos in lege Naturæ, & Moyse in expectatione sanguinis Christi fundèdi iustificatos, ita contra Christus creditor fieret Patris pro vniuersis electis ad finem vsque seculi per eius meritum iustificandis, ut ita omnia credidisse dicatur. Adiecit: Omnia sperat, videlicet quæ à Deo promissa sunt, & praesertim illa æterna, & cœlestia regna, & adiumenta, quæ ad illa perducunt. Et si autem Christus, quod ad se & ad gloriam essentialè attinet, spei virtutem non haberet, quæ possessione excluditur, ut fides visione, aliqua tamen ratione dici potest illi sperasse, quia & illa, quæ ad corporis sui immortalitatem, & nominis sui gloriam, & ascensionem in cœlum, sed praesertim quæ ad electorum suorum vocationem, iustificationem, glorificationem, ac cor-

1. Pet. 4. Prou. 10.

Christi documentum. 1. Pet. 2.

Gal. 6.

XIII. conditio.

XIII. conditio.

XV. conditio.

Charitas omnia quomodo credat. Luc. vlt.

Qua ratione Christus dici potest omnia credidisse, cum fidei esset nimis capax.

Quomodo dici queat Christum omnia sperasse.

poru suscitationem faciebant, que omnia cum futura essent, certissima spe, quasi iam essent presentia, apprehendebat. Ut propterea dici possit Christi charitatem omnia sperare, quonia confidebat se post triduum suscitandu, & sanctos patres a limbo eruendos, presentiaq; sua beados. Sperabat Ecclesia predicatione Apostolica per vniuersum orbem ex Iudais, & Gentibus congregandam: Sacramenta tradenda, quibus in fine vsq; seculi sanctificaretur, atque ornaretur: & in his omnibus se des Angeloru restaurandas, suamque, ac Patris gloriam illustrandam. Addit deinde, quod omnia sustinet, quod verbum differ ab illo, *Omnia suffert*. Nam ibi, vt diximus, est verbum *sibi*, quod est tegere, siue protegere; hic vero est verbum *trahere*, quo quedam perfectiora in ferendo subintelligitur. Omnia ergo sustinet charitas, que hic imittuntur, quia expectatione felicitatis aeternae nihil duri ferre recusat. At Christi charitas, quod nos a peccato, & demonis potestate eriperet, omnia tormentoru, & contumeliaru genera patientissimè sustinuit, vt tota historica passionis tractatio indicat. Postremo subiungit: *Charitas nunquam excidit*. Obijciens, charitatem quolibet mortifero delicto perdi. Sed non hoc agit hic Apostolus, vt doceat, charitatem non posse amitti; sed indicat naturam charitatis. Nam cu alia dona deficient in patria, vt Fides, & spes; sola charitas tantum abest vt excidat, vt etiam ibi augeatur, atque perficiatur. Et de Christi charitate verissimè dici potest, quod nunquam exciderit, nec excidere potuerit. Posuit quidem corpus Christi flagellis lacerari, caput pungi spinis, lancea latus eius aperiri, manus, & pedes configi; charitate tamen spoliari non potuit. Hinc vestis Christi inconfutibilis non est diuisa in partes, neque solida eius ossa confraeta, quae soliditate charitatis eius significabant. Ideo etiam mortuus, & lancea punctus aqua,

& sanguine profudit; quod in se charitatem necesse non esse extincta, aut mortua ostenderet. Hae est igitur illa inuidia, ac triumphatrix Christi charitas in aquis passionu, ac tormentoru magis vigens ac viuida, tam longe distans ab amore nostro proprio, qui ad quamuis iniuriam, vel minimam impatiens est; benignus nisi sibi soli, ac vix sibi, non est; vritur inuidia in alterius bonis; erigitur, & supra alios se constituit; ambit honores, & primos accubitus; irritatur plerunq; vel minimo verbo, plura agit perperam, in composita, & inconstanter; quarit semper quae sua, non quae fratris, vel Dei sunt; gaudet iniquitate alterius, si inimicus sit; dolet de veritate, si per eam ipse quoquomodo obscuretur; peccata alioru non modò non regit, sed etiam detrahendo detegit; vix credit seipsum cuiquam: tam est suspiciosus; Scripturis etiam sacris, nisi pro sensu suo non credit; & intentus presentibus bonis, aeterna non sperat; ac proinde cu multa pro mundi bonis ferat, pro aeternis, quibus nuntium misit, sustinet nihil. Hic amor plerunq; excidit, & Proteo est mutabilior, & in odium sui ipsius ob synteresim accusante plerunq; conuertitur. Et nisi nos huic amori proprio renuntiemus, charitatem Christi induere non valemus. Si igitur pretiosam hanc atque opulentam Christi hereditatem, quae in via Christi patientissima charitate, aut amantissima patientia sita est, possidere affectamus, amori proprio bellum indicamus, illo spoliari gloriosum ducamus, charitatemq; Christi in nobis operari patiamur, & patientiam ex corde amplectamur, ac diligamus, vt dignè passionem Christi commemorare, ac fructum eius percipere valeamus, praestante eodem Domino nostro Iesu Christo, cui cu Patre, & Spiritu sancto sempiterna est felicitas, equalis gloria, idè imperium, atque potestas in secula seculorum, Amen.

Proprius amor describitur.

Philip. 2.

Amoris proprii mutabilitas, & incōstantia.



Charitas cur omnia sustinet.

Quomodo veru sit Pauli dictu, Charitas nunquam excidit.

Ioan. 19. Ibidem.

Ibidem.



TRACTATUS VIII.

In quo Psalmus XXI. qui passionem Domini Iesu suis veluti coloribus describit, exponitur, qui incipit: *Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Longè à salute mea verba delictorum meorum, &c.*

Cur non modo Propheta, sed Sibyllae etiam de Christi morte, & passione prophetauerint.

Cur Christus frequenter ad discipulos de passione sua sermonem habebat.

NE hoc tantum, ac tam sublimè me mysterium nouitate sua animos hominum offenderet, aut eorum oculos splendore suo perstringeret, prudentissimè per Spiritum sanctum cautum fuit, vt per multa retro secula à sanctissimis vatibus, ac diuino Spiritu predictis non tantum factis adumbratum, ac delineatum, sed etiam apertioribus verbis praenuntiatum, atque praedicatum fuerit. Vt interim omittam Sibyllas, quae non minus distinctè, atq; exerte, quam ipsi Prophetae tantum arcanum praenouisse, atque praedixisse videntur; quod videlicet non tantum Christi mortem ad Iudaeos, sed etiam ad Gentiles indicaretur spectare. Christus etiam Dominus pro sua sapientia frequenter de morte sua sermonem ad discipulos habuit, quo rem auditu, & persuasione omnibus difficilem, Apostolis suis instillaret, & minus vbi illam cernerent, turbarentur. Non est animus hoc loco omnia persequi, quae in Prophetarum oraculis de hoc mysterio dicta inueniuntur; sed duorum tantum clarissimorum vatum testimonia Christi mortem complectentia, & grauisimis verbis differentia excutere, alterum nimirum Esaiæ Prophetæ, alterum Regij vatis Dauidis, qui etsi multus sit, & in multis locis de hoc vaticinetur Sacramento: nam Psalmus secundus totus de passione Domini est, sicut Psalmus 29. & 68. ex his tamen omnibus illum 21. Psalmum explicare consultum esse existi-

mauimus. Porro quod ad Christum spectet hic Psalmus, non eget alia probatione, quau quis ea, quae in illo continetur, cum historia passionis à quatuor Euangelistis conscripta conferat, inuenietque illa summè inter se consentire. Nam vt Eusebius Caesariensis lib. de Demonstratione Euangelica ostendit, cui alteri potest conuenire illud: *Diuiserunt vestimenta mea sibi, & traiecitio illa clauorum, qui illius manibus, ac pedibus in Cruce affixi sunt; cum ait, Foderunt manus meas, & pedes meos, &c.* Cui vnquam eorum quos in vtero mater gestauerit, tantum virtutis, tantumque virium adfuit, vt constanti cogitatione, animoque imperturbato, & mente sobria, & erecta, Dei cognitionem acceperit, & omnem suam spem in Deo collocauerit? Quis porro vnquam vbi ipse tantae curae Deo fuerit, post opprobrium hominum, & abiectio populi factus est? Qua ratione in puluerem mortis deductus est? & simul ac in talem puluerem est deductus, adhuc & talia loquitur, & viuuit, & vocalem se praestat? Et pleraque alia his similia argumeta conficit, quae aperte indicant totum hunc Psalmum ad solum Messiam spectare. Quemadmodum longe ante eum Iustinus martyr Dialogo in Tryphonem, & Tertullianus libro aduersus Iudaeos: *Si adhuc inquit, quares Dominica Crucis praedicationes, satis iam poterit tibi facere 21. Psalmus totam Christi continens passionem, canentis iam, tunc gloriam suam.*

Predictu intio Psalmus ad passionem Christi & mortem pertinet.

Euseb. Caes. lib. 10. de Demonstratione Euangelica. Demonstratio. vlt. initio.

Iustinus martyr, to. 2. Tertullianus.

II. argum. Sic ille. Adhuc prima huius Psalmi verba per Matthæum referuntur à Domino usurpata, & instante morte pronuntiat. Ut totus proinde Psalmus ad Messiam referendus iudicetur. Quemadmodum illud: *Diuiserunt sibi vestimenta mea*, à Ioanne in Christi vestimentis diuisis, & sorte obuenientibus recensentur impleta; quemadmodum etiam Apostolus illa verba: *Narrabo nomen tuum fratribus meis*, ad Christum accommodat, dicens, quomodo Christus dignatus sit vocare suos fratres. Idem præterea euincimus ex titulo illius Psalmi, qui iuxta vulgatam editionem habet: *In finem, pro susceptione, vel assumptione matutina*, Psalmus David: ubi aptè, & conuenienter per hanc assumptionem, vel susceptionem matutinam, resurrectionem Christi, quæ primo mane ante diluculum facta est, intelligimus, de qua manifestum est Psalmum passionis descriptione terminari, eiusque mentionem fieri: in resurrectione siquidem Pater Filium suscepit, vel assumpsit de morte ad vitam; vel ipse Filius suscepit, & animam, & corpus, quando ea separata iterum coniunxit, & inuicem coniunxit, ut fieret homo viuus, qui paulo ante erat mortuus. Et hæc est lectio Septuaginta Interpretum, qui habet, *Υπερβύσθησαν τὰ ὄμματα*, & hunc tituli Psalmi intellectum sequitur Eusebius libro de Demonstratione Euangelica. Hebræa verò pro his habet *אֵלֶּיֶתְךָ הַלְלָהּ*. Hal aielech asclachâr, ubi verbû aielech tres habet significatus iuxta sermonis Hebræi proprietatem: Primus, ut sit sensus pro ceruo matutino, ut B. Hierony. vertit, vel, pro cerua auroræ, vel cerua matutina, ut Felix interpretatur: atque hac ratione accommodari potest & resurrectioni, quoniam primo mane ante auroram, vel in aurora Christus tanquam ceruus cum summa alacritate à morte transiit ad vitam. Vel ita inscribitur: *Pro cerua matutina*; propterea quod ut cerua canum vi exagitur, sic Iesus matutino tempore à Pontificibus, principibus, & vniuerso populo tanquam à rabidissimis canibus agitur fuit, & ad mortem quæsitus, cum à concilio ad Pilatum, à Pilato ad

Herodem, & ab eo rursus ad Pilatum, ac denique vsque in Caluariæ locum eundem sæuissime pertrahendo ad mortem agitarunt. Ideo bis queritur in hoc Psalmi se à canibus circumferri, cum ait: *Quoniam circumdederunt me canes multi*; & rursus: *Erne à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam*. Ceruæ proprium est non nisi magnis terroribus, & tonitruis percussam parere, nec nisi cum summis doloribus: ita Christus, ut Rachel in Cruce cum summa difficultate, & dolore filium suum Ben-oni hoc est, filium doloris peperit. Et sicut Adamo primo dormienti costa exempta est, & ex illa absque vilo suo dolore Heua formata; sic nunc ex secundo Adamo non suauiter dormiente, sed in duro Crucis ligno affixo, & vehementer dolentes. Ceruæ caro manducata febres pellere dicitur, quæ si adoleatur, serpentes fugat, quos etiam flatu suarum narium extractos enecat, & in ventrem absque vlla sui infectione traicit: ita Christus innocens nulla peccati febre laborauit, imò eius caro fide manducata in Eucharistia nos à delictis purgat, mundatque. Iesus etiam omnes serpentes peccatorum nostrorum in cordibus nostris tanquam in foraminibus delitescentes flatu Spiritus sui in se transtulit, nihilque illi obferunt, qui ea omnia in se ipso deleuit, diabolusque peccati autorem in fugam conuertit. Alter significatus illius verbi est, ut significet stellam matutinam: quod etiam rectè Christo competit, qui in Apocalypsi ait: *Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes. Et reget eas in virga ferrea, & tanquam vas siguli confringentur; sicut & ego accepi à Patre meo; & dabo illi stellam matutinam*. Et rursus in fine eiusdem libri: *Ego sum radix, & genus David, stella splendida, & matutina*. Qui sic dicitur est: vel quia in mundum adueniens Solem nobis suæ diuinitatis aduexit, sicut stella matutina, quam Luciferum vocamus, Solis est nuntia, atque Auroræ vectrix; vel etiã quia in resurrectione quasi stella post tenebras mortis apparuit, Solemque suæ diuinitatis, quæ per resurrectionem pa-

Infra 23. ibidem. ibidem.

Ceruæ quando parere solent.

Ben-oni quid sinit. Gen. 35. Heb. 5. Gen. 2. Simile.

Ceruæ carnis eius quid efficiat.

II. significatio verbi Hebræi aielech, Apocal. 25.

Infra 22.

Christus cur stella matutina nominetur.

tesacta

tesacta est, indicauit; siue ex eo quod spem nobis nostræ resurrectionis dedit, ex eo quod ipse primus à morte resurrexit, & quod in eius corpore contigit, omnibus omnium electorum corporibus speramus futurum. Tertius huius verbi significatus est, ut significet instrumentum musicum, quo hic Psalmus canendus erat. Erat enim appellatum Cerua matutina, sicut in principio Psalmorum dicitur, super oithordio, vel super Lyra Giuthensi: ita erat instrumentum dictum, Cerua matutina inter vireta decumbente insculptum. Verùm hæc significatio minus est plausibilis hoc loco, & minus approbatur. Ideo prioribus duabus magis standum est, à quibus non disidet paraphrasis Chaldaica, quæ habet: *Pro fortitudine, siue virtute sacrificij, iugisq; immolationis, & iugi holocausto*. Sentit videlicet sacrificium matutinum, siue iuge holocaustum, quod Græcis dicitur *ἱεράριον*. Et à sensu prædicto non abhorret: quia Christus vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos; atque ita significatio ceruæ matutinæ est consona. Est igitur hic Psalmus oratio Christi in afflictione positi, quam ad Patrem fundit; in quo primum suam derelictionem proponit, quasi cum querimonia, in quo indicat carnis infirmæ fragilitatem, quam se habere veram, ac passibilem, atque passiones exhorrescentem, Christus Dominus sua petitione demonstrare volebat. Exaggerat porrò querimoniam ex eo quod Patres antiqui, qui non nisi serui erant clamantes ad Deum, frequenter exauditi fuerant, & de manibus inimicorum liberati; ipse verò cum Filius esset dilectus, non exaudiretur, sed derelingeretur prorsus. Mox verò suæ passionis miseriam, ac magnitudinem enarrare incipit à versu septimo, vsque ad vigesimum. Deinde post narratam miseriam passionis, Patrem pro suscitatione sua orat: idque tribus versibus facit, ne in morte, vel inferno permaneat, sed à mortuis victor redeat. Quæ verò sequuntur à 23. versu ad Christi resurrectionem, & ad nouæ Ecclesiæ per Christi resurrectionem genitæ ædificatio-

III. significatio, min⁹ propria huius loci.

Evidens quid. Græcè Heb. 10.

Propositi Psalmi argumentum.

Christi in eo Psalmi querimonia.

Matth. 3. Infra 17.

Eius Psalmi particio.

nem pertinent, vsque ad finem, nisi quod primum Patri promittit clarificationem, & exaltationem ipsius in medio Ecclesiæ. Deinde ab eo loco: *Qui timeas Dominum, laudate eum*, sermonem non iam ad Patrem, sed ad fideles Ecclesiæ filios dirigit, pro suæ resurrectionis gloria gratias agere Patri suo liberatori, monens. Atque in hunc modum Psalmus, qui in querimonia propter solitudinis derelictionem cœperat, in gaudio propter conuersionem, & multiplicationem fidelium terminatur. Mira est autem vis, & energia Prophetæ, qui ea quæ futura erant, tam claro lumine diuinæ reuelationis acceperat, ut ea quasi iam præterita describat. In hoc igitur Psalmi quædam aperta sūt, & longam discussionem, aut expositionem non desiderant; quædam verò sunt, quæ merito lucem, ac diligetem postulant discussionem. Primus igitur versus est: *Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti: longe à salute mea verba delictorum meorum*. Cum Dominus Iesus duplici constet natura, diuina, & humana; mirandum non est, si multa eius tam dicta, quam facta ad naturam humanam morti, & passioni obnoxiam referantur. Sicut igitur huius naturæ proprium est preces fundere, ita eius est clamores, & lamentabiles voces ob incredibilem cruciatuum magnitudinem exprimere. Nam cum Dominus Iesus innocentissimus peccata omnium hominum pro suis agnosceret, eaq; supplicio mortis suæ lueret, tantos dolores, & acerbitates perpeffus est, quantas nemo, aut cogitatione completi, aut verbis explicare queat; ut non immerito natura humana à Deo se derelictam exclamet. Tria sunt in hoc primo versu tractanda. Primum, quomodo Deus Christum dereliquerit, qui neminem sanctum in tentatione positum derelinquit, cum scriptum sit: *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum*? Deinde Christus Dominus dixerat: *Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est, & nõ reliquit me solū*. Et iterum,

Christi hominis propria.

Triples loci difficultas proponitur, & dissoluitur. Psal. 90.

Ioan. 8.

Ecce,

Infra 16. Ecce, venit hora, & iam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est: Quomodo igitur queritur se derelictum, qui bis affirmat se cum Patre esse, & neminem propter se patientem Deus derelinquat? Altera difficultas est: quid est illud, quod ait: *Respice in me*, cum illa verba in Hebraico fonte non habeantur, & minime ad rem esse videantur? nam quid habet commune: *Quare dereliquisti*, cum illo, *Respice in me*? Tertia difficultas est in eo, quod addit: *Verba delictorum meorum*, quae & a fonte Hebraeo disident, ubi dicitur: *Verba rugitus mei*, vel eiulatus mei; & Dominus Iesus omnis erat peccati expers, atque immunis, ut propterea dignus esset qui exaudiretur tanquam innocens, & iustus.

Sed breuiter haec omnia dissolui possunt. Et ad primum, statuendum, haec verba non esse eius, qui queratur diuinitatem a se separari, ut videretur Hilarius exponere in Matthaeum scribens, ait enim: *Clamor ad Deum, corporis vox est, recedentis a se Verbi Dei contestata dissidium*. Haec ille. Sed certe nulla fuit diuinitatis ab humanitate separatio, & Deus quod semel assumpsit, nunquam dimisit. Et quanquam anima a corpore fuerit separata; a neutra tamen parte diuinitas seiuicta fuit; & ideo Hilarius idem paullo post explicat separationem fuisse ex eo quod mortem incurrit. Vnde subdit: *Quare me dereliquisti? sed relinquitur, quia erat homo, etiam morte peragendus. Quibus verbis ostendit derelictionem fuisse non ex eo quod diuinitas recesserit, sed ex eo quod partes illas, quae inuicem coniunctae erant, a morte, cum posset, non seruauerit*. Augustinus in Ioannem, ita scribit: *Quid fecit passio, inquit, quid fecit mors, nisi corpus ab anima separauit?* Sic ille Pater. Deinde illud omnino tanquam haereticum, & insanum dogma reiiciendum, quod Philippus Melanchthon asserit, Christum sublato Dei auxilio in desperationis foueam incidisse, atque haec verba effectum fuisse, & Christum desperationum poenas sustinuisse. Sed ablit,

ut tam dirum scelus Iesu viro innocentissimo effingamus, de quo: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus dolus est in ore eius*, longeque abest ab eo, qui venit quaerere, & saluum facere quod perierat, diffidentiae crimen. Proinde dicendum est, animam Iesu, quae iocunde diuino fruebatur conspectu, eo tempore se sponte eiusmodi delectatione, quae visionem consequebatur, ad tempus abdicasse, ut pro nobis acerbissimos dolores in morte sustineret. Sunt enim quidam qui hoc sentiunt, sed improbabiliter: quare illud verius est, & solidius, cum Deus solitus esset inferiorem animae portionem nouis consolationibus perfundere, caelestibusque visitationibus oblectare, tempore imminentis passionis coepisse eam deferere; ac proinde illam intolerabiles angores sentire, & in portione superiore vna cum summo gaudio summa, non sine miraculo, afficiebatur tristitia, ut in hanc vocem proruperit: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Geminat vocem Dei praer animae anxietate. Aquila interpretatur est: *Fortis meus, Fortis meus*: quia nomen Heli a fortitudine sumitur, & seruit derelicto, quod sit a forti desertus, quasi dicat, *Robur meum, Robur meum*. Et ait; *Qua mea culpa factum est, ut ego, qui filius tuus suum, & nunquam te per peccatum aliquod deserui, a te, qui filius tuus sum dilectus, in quo tibi bene complacui, & a tuo favore, & auxilio derelinquerer?* Neque tantum hanc derelictionem sensit in Cruce, sed etiam quando in horto gemens dicebat: *Pater mi, si possibile est, traeseat a me calix iste*, iam enim ab eo tempore coeperat derelinqui, quando coepit pauere, & tædere, ac dicere: *Tristis est anima mea usque ad mortem*. De causa derelictionis ita ait Eusebius: *Causa porro haec fuit, Omnis humani generis redemptio, ac liberatio, qua pretioso illo sanguine facta est, a priore illa intolerabili seruitute, qua sub visum effugientibus dominis, impuris utique demonibus, & malignis principibus, ac spiritibus premebantur. Et alia item ratione deseruit illum Pater, ut illud scilicet ostenderetur, affectione pro hominibus ipsius quoque, Christi*

1. Pet. 2. Esa. 53. 1. Ioan. 3. Luc. 19. Secunda sententia. III. sententia. Matth. 27. Quid est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. Aquila interpretatur. Heli Hebraice quid sonet. Matt. 3. & Infra 17. Quando primum Christus fuerit a Patre derelictus. Infra 26. Mar. 14. Euseb. Caesariensis. li. 10. de Demonstra. Euag. Demonstrat. vlt. sub initium. Quare Christus in cruce fuerit derelictus.

Quomodo Christus a Patre queratur se derelictum. Hilar. Can. 33. in Matthaeum circa medium. Aug. Tract. 47. in Ioannem, paullo post dimidium, to. 9. Impium, & insanam Melanchthonis Philippi dogma refellitur

Ioan. 10. fuisse. Quapropter cum illius anima ius, & potestatem nemo haberet; volens ipse pro hominibus illam posuit, ita sane quemadmodum docet ipse, dum ait: *Nemo tollet animam meam a me: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam*. Leo I. sermone de passione Domini: *Vox ista, dilectissimi, inquit, doctrina est, non querela. Nam cum in Christo Dei & hominis una persona sit, nec ab eo potuerit relinqui, a quo non poterat separari, pro nobis trepidis, & infirmis interrogat, cur caro pati metues exaudita non fuerit*. Instante enim passione ad sanandum, & corrigendum nostrae fragilitatis metum dixerat: *Pater si possibile est, traeseat calix iste a me, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu*. Et iterum: *Pater, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Qui ergo trepidatione carnis euita iam ad paternam transierat voluntatem, & toto mortis terrore calcato, opus suae constitutionis implebat, cur in ipso tanta victoria exaltatus triumpho, caussam, & rationem qua sit relictus, id est, non exauditus, inquit, nisi ut ostendat alium esse illum effectum, quem ad humana formidinis excusationem recepit, alium illum, quem ex aeterno placito Patris, pro mundi reconciliatione praelegit? Vnde ipsa vox non exauditi magna est expositio Sacramenti, quod nihil humano generi conferret redemptoris potestas, si quod petebat, nostra obtineret infirmitas*. Hactenus ille. Gregorius Nazianzenus lib. 4. Theologiae ita haec verba edisserit: *Neque enim ipse derelictus est, vel a Patre, vel a sua diuinitate, ut quidam opinantur, quasi passionem extimescente: atque ob eam causam sese a perpetiente corpore colligente, atque contrahente. (Quis enim eum, vel primum humanus gigni, vel in Crucem ascendere coegit) verum in se ipso nostra representat. Nos enim eramus derelicti illi prius, atque contempti; nunc vero impatiibilis illius passionibus assumpti, ac seruati*. Et Epiphanius in haeresin 49. Ariomanitarum scribit: *Clamant Ariomanita miserabiliter vocatam, ac lugentem, & dicentem, Cur dereliquisti me? & non intelligunt quod oportet omnes affectus humanos in Domino, in vera ipsius carne praesentes confiteri*.

Leo I. serm. de Pass. Domini ad finem. Matth. 26. Ibidem. Gregor. Nazianze. Christus in cruce quomodo relictus a Patre, teste Nazianzeno. Epiphanius citatur sensus potius quam verba. Contra Ariomanitas.

Non enim separat a deitate, & seorsum humana natura existente dicebat haec velut alius & alius: volebat enim deitas omnia perfici qua ad mysterium passionis pertinebant, & cum anima descendere ad inferna ad salutem eorum, qui illic praedormierant. Cum igitur motus sic fieret ab humana natura vox, ad propria suam deitatem dicebat, *Deus meus*. Eadem docet Leo ser. 17. de passione Domini. Ad secundum vero dicendum, quod ostendam esse, qui illa verba: *Respice in me*, tanquam adiecta, & apposita, obliuiscendo iugulanda esse censent. Sed absit; ut hoc dicamus. Illud est certius, & cum ratione magis coniunctum, ut haec a Septuaginta Interpretibus ad maiorem verborum claritatem, & Emphasum apposita esse dicamus, ut docet B. Hieronymus in Mattheum, & in epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi: ubi se exemplo Septuaginta Interpretum hoc loco excusat, si quando addat aliquid maioris claritatis gratia. Et adiungit ibidem sententiam auream, & cedro dignam, his verbis: *Concessum bono interpreti, vel addere, vel demittere vocabula, quae sensum non perturbant*. Quemadmodum illud: *Talithacumi, quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge*: ubi illud: *Tibi dico*, additum est ad maiorem expressionem. Et in Actis: *Quam audistis*, inquit, *per os meum*: ubi verbum, *Inquit*, additum est ab interprete, non a Christo, maioris expressionis gratia. Ita hic additum est: *Respice in me*, quanquam nec in Hebraeo habeatur, nec Hieronymus in versione sua ex Hebraeo illud posuerit, neque Christus illud protulerit, qui tantum dixit: *Heli, Heli lammasabaethani*. Neque tamen sunt illa verba extra rem, quonia sensus est: *Deus meus, Deus meus, noli auertere faciem tuam a me: nam ex tali auersione sequitur conturbatio, & angor animi, iuxta illud: Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus*. Et ut exponit optimè Euthymius: *Respice me*, inquit: solent enim qui carnifici quem piam tradunt, oculos auertere. Ponderat Epiphanius contra Ariomanitas, Heli, Heli, Hebraice dialecto pronuntiasse, reliquum verò, hoc est, *Lammasabaethani*, non

Leo Papa. Quid sibi velit: Respice in me, cum illud in Hebraeo fonte non sit. August. Eububi. B. Hierony. in cap. 27. Matth. 10. Idem. to. 2. in fine. Aurea D. Hieronymi de ratione interpretandi formula. Mar. 5. Act. 1. Idem to. 8. Matth. 27. Praedicta verba: Respice in me, ut cohaereant. Psal. 29. Euthym. in Psal. 21. Epiphanius in haeresin 69. aliquantopost medium.

Hebraica, sed Syriaca, ut eorum abhor-
reret ignorantia, qui de Hebraica glo-
riantur lingua, & alias loquelas dig-
nas efficeret, in quibus de eo dicta im-
plerentur. Hæc ille in sensu.

Ad tertium sex verbis illis: *Longè à
salute mea verba delictorum meorum*, quæ
Septuaginta suæ Interpretum: *ἡ ἀκού-
σις τῶν παπῶν ἡμῶν*, inferunt Iudæi: er-
go Iesus fuit peccator. Sed dicendum,
quod Septuaginta dissidet ab his quæ
in Hebræo habentur: nam Hierony-
mus ex Hebræo vertit: *Verba rugitus
mei*, & Aquila, ut testatur Eusebius,
Verba fletus mei, Symmachus verd,
Verba luctuum meorum: pro quo Chal-
daica versio habet: *Verba lamentatio-
nis mea, sive eiulatus mei*. Estque sen-
sus: Longè à salute mea sunt lamenta-
tiones, & gemitus mei: id est, nihil pro
feci rugiendo, ingemiscendo, & lu-
ctus edendo. Rugire propriū est Leo-
nis, qui rugit, cum est paratus ad præ-
dam: ita Christus rugit ab esurie salu-
tis nostræ, & lucro prædæ, de quo Ia-
cob: *Catulus Leonis Iudæ: ad prædam fili
mi ascendisti: requiescens accubisti ut
Leo, & quasi leona: quis suscitabit eum?*
Causa autem tam variæ translationis
Septuaginta Interpretum à reliquis,
fuit vicinitas, & similitudo duarum
vocum Hebræarum, nempe *לָוּ*, &
לָוּ hoc est, Schag, & Schaga: nam
primum est, Rugire, secundum est, De-
linquere, siue peccare: & ita legisse vi-
dentur Septuaginta Interpretes, nepe
dibreschagagathi, nõ dibreschaagati.
Et quanquam prior lectio sensum ha-
beat apertiore; posterior tamen le-
ctio suam habet prægnantiorē, &
pleniorē sensum, quasi diceret, Ecce
verba delictorum meorum, id est, ope-
ra peccatorum generis humani, popu-
li mei, quæ tu Pater in me posuisti, se-
cundum illud: *Posuit Dominus in eo ini-
quitatem omnium nostrum*, quæ ego in
me ipso libens suscepi, atque portavi:
quæ ego non secus atque mea reputo,
volens pro eis tanquam pro proprijs
peccatis satisfacere. Hæc inquam pec-
catorum opera sunt, quæ longè me fa-
ciunt à salute mea, & in causa sunt, ut
me non exaudias, nec liberes: nam sic
à te decretum est, & ego sic acceptavi,

Quid signifi-
cer: Longè à
salute mea
verba delicto-
rum meorum.

Varia huius
loci transla-
tio, eius item
causæ.

Hiero. to. 8.
Aquila in-
terp.

Euseb.
Symmachus
interp.

Rugire Leo-
nis propriū.

Gen. 49.

Ea lectio vul-
gata: Verba
delictorum
meorum, alte-
rit: Verba ru-
gitus mei, cur
præstet.
Esa. 53.

ut hanc desolationem ad mortem vs-
que pro humani generis peccatis ex-
piandis sustinerem. Nam ut ait Euthy-
mius, subit Dominus, atque accipit in
se totius humanæ naturæ personam,
ut cognatæ. Et quare, inquit, me homi-
nem, hoc est, uniuersam hanc humanā
naturam dereliquisti, sinens eam op-
primi à morte? Et causam infert: quia
nimirum condemnationes meorū sce-
lerum procul sunt à salute mea. Nam
cum his ego pariter elongatus sum à
te: quod si apud te essem, seruarer sanè
ab hac morte. B. Augustinus in exposi-
tione secunda huius Psalmi *Quorum*
(ait) *delictorum, de quo dictum est: Qui
peccatum non fecit, nec inuentus est do-
lus in ore eius: Quomodo ergo dicit, deli-
ctorum meorum, nisi quia pro delictis no-
stris ipse precatur, & delicta nostra, sua
delicta fecit, ut iustitiam suam, nostram
iustitiam faceret?* Ambrosius libro de
Incarnationis Domini Sacramento,
idem dicit: *Longè à salute mea verba de-
lictorum meorum: hoc est, non capiatur
qui audit, quare me dereliquisti, sed intel-
ligat quod secundum carnem ista dican-
tur, quæ longè à plenitudine diuinitatis
aliena sunt. Aliena sunt enim à Deo ver-
ba delictorum, quia aliena sunt & delicta
verborum, sed quoniam delicta aliena sus-
cepi, etiam delictorum alienorum verba
suscepi, ut derelictum me à Patre Deo es-
se dicam, qui apud Deum semper sum.*
Hæc ille satis appositè. Christus autè:
singulari charitate peccata nostra mul-
tis modis sua esse fecit. Primo, quate-
nus aduocatus est: nam culpam clien-
tis solet, ut suam agnoscere aduocatus.
Deinde ut Pontifex, siue Sacerdos, cu-
ius est offerre pro peccatis populi sui,
& pro illis ac si propria essent, sacrifi-
care. Et hinc peccata populi diceban-
tur comedere, quia sacrificia pro pec-
catis expiandis manducabant, quæ mā-
ducata ipsi precibus suis digerere de-
bebant. Tertio, tanquam caput pro
membris, cuius est influere in reliqua
membra vitam, sensum, motum, ac di-
rectionem, & eius est dicere, Dolet mi-
hi manus, aut dolet pes. Et si peccatum
Adæ cum morte potuit ad nos trans-
fundi iustitia Dei exigente, quid ni po-
tuerit Filius Dei peccata nostra chari-

Euthym.

B. Augu. in
Psal. 21. to.

6.

Tertio sct.

Dist. 15. c.

Quadam.

1. Pet. 2.

Esa. 53.

Ambros. li.
de Incarna.
Dom. Sacra-
mento. c. 5.
to. 2. sub fi-
nem.

Quatuor mo-
dis Christus
peccata no-
stra fecit sua.

Heb. 5.
Qui comede-
rent peccata
populi Dei.

Ose. 4.

tate imperante in se transfundere, &
pro illis satisfacere. Quarto, quia erat
vas, ac fideiussor in causa capitali, cū
pro nobis Patri spondidisset, & nos
non essemus soluendo: in ipso sump-
tum est supplicium peccatorum no-
strorum quasi propriorum, nosque li-
beros dimisit, nam vades ob id dicun-
tur, quod potestatem faciant ei, cuius
nomine spondent, vadendi quod velit.
His, atque alijs rationibus Christus, a-
liorum peccata agnoscit quasi sua. Du-
pliciter enim aliquid nostrum esse di-
cimus: vel tanquam proprium, ut habe-
mus fundum, animam, corpus, vel tan-
quam fideicommissum, & alieno no-
mine receptum: & ita Christus agnos-
cebat peccata nostra pro suis in Psal.
68. Vbi mortis Christi mysteria præ-
cinit Propheta, hanc dolorum mag-
nitudinem, quam hic vocat Dei dere-
lictionē, sub metaphora aquarum ho-
minem demergentium expressit, di-
cens: *Saluum me fac Deus, quoniam in-
trauerunt aquæ vsque ad animam meam,*
id est, tales dolores, qui vitam mihi e-
ripiant. Et subdit: *Infixus sum in limo
profundi, & non est substantia*, siue sub-
sistentia, id est, nihil & solidum, vbi
possim pedibus consistere, nullum vi-
delicet diuinum auxilium, quo pos-
sim mortem euadere. Nam subdit: *Ve-
ni in altitudinem maris, & tempestas de-
mersit me*: Deinde ostēdit, preces suas
non fuisse exauditas, subiungendo: *La-
boravi clamans: rauca facta sunt fauces
meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in
Deum meum.*
Id est, frustra effudi voces ad rauce-
dinem vsq; nec obtinui quod petebā:
in cassum eieci oculos, & eleuatos
sustinui, quibus diuinam opem implo-
rabam. Deinde proponit suam innocē-
tiam, dicēdo: *Multiplicati sunt super ca-
pillis capitis mei, qui oderunt me gratis,*
& rursus: *Quæ non rapui, tūc exolebā.*
Quæ verba nemo mortaliū de se affir-
mare potuit, nisi Iesus Christus cū ab
omni peccati maculapurissimus esset.
Et addit: *Deus tu scis insipientiā meam,*
& *delicta mea à te non sunt abscondita.*
Id est, accusant me stultitiæ, & impro-
bitatis, quod diuinam scientiam, & ti-
tulū Messisæ mihi arrogo, tu verò pro

Vades quare
dicantur.

Nostrum ali-
quid duplici-
ter dicitur.

Quid Regi⁹
Propheta in
Psal. 68. præ-
nuntiet.

Sap. 2.

bè nosti nõ ego quicquā stultè, aut im-
probè admiserim. Deinde precatur, ne
propter illas iniurias scādalū crucispa-
tiātur, qui quærent Dñm, dū cernunt
causā nominis Deitāta Christū perpe-
ti. De quo ait: *Nõ erubescant in me, qui
expectant te Dñe: Dñe virtutum, nõ con-
fundantur super me qui quarunt te, Deus
Israel.* Et declarans propter quid patia-
tur, subiungit, dicendo: *Quoniam pro-
pter te sustinui opprobrium: operuit cõfu-
so faciem meam.* Sed redeamus iam ad
nostrum Psalmum.

Secundus versus: *Deus meus clamabo
per diē, & non exaudies: & nocte, & non
ad insipientiā mihi.* Repetitio est prio-
ris sententiæ, & sensus est: in clamoribus
noctesq; nomen tuū, neq; tamē aures
ad voces meas supplices, & queribun-
das adhibes. Quod verò addit: *Et non
ad insipientiā mihi*, in Hebræo tantū ha-
betur, & non est silentium mihi, id est,
noctū, ac diu ingemisco, & in clamoribus
neq; est vlla cessatio à clamore: atque
hæc lectio facilis est. Iustin. Martyr in
Dialogo contra Tryphonē Iudæū ap-
plicat hæc verba Christo in horto orā-
ri pro amotione, vel transitu calicis
Quod verò LXX. verterūt: *Et nõ ad in-
sipientiā mihi*, id est, non est ad insipi-
entiā mihi imputandū, nemoq; debet me
arguere, quod secundū partis inferioris
appetitum postulauerim id, in quo
nõ sū exauditus, sicut alijs hominibus
ad insipientiā imputatur quod petāt,
& nõ accipiant, eo quod malè petant.
Sed alia ratio est de Christo, qui opti-
mè nouerat cur nõ exaudiretur. Quia
etsi secundū sensum infirmitatē ad testi-
moniū veræ meæ humanitatis inquit
calicē exhorruerim, atq; pro eius amo-
tione fuerim deprecatus, tamen secun-
dū spiritū diuinæ me ipsum volūntati
submissi, dicens: *Non sicut ego volo, sed si-
cut tu.* Euseb. Cæsariē. interrogāter le-
git: *Clamabo per diē, & nõ exaudies?* qua-
si dicat, exaudies, nec est insipientes mea fi-
ducia: nā scriptū est: *Tēpore accepto ex-
audiui te, & cū Lazarū excitauit à mor-
tuis: Ego, inquit, sciebat quia sepe me au-
dis.* Atq; hoc ipsū paullo post in eodē
Psalmo ostēdit, cum ait: *Quoniam
non spreuit, neque despexit deprecationem
pauperis. Nec auertit faciem suam à*

Quid est
Deus meus
clamabo per
diē, & nõ ex-
audies, &c.

Iustin. Mar-
tyr to. 2.

Iaco. 4.

Matth. 26.

Euseb. Cæ-
sariē.
2. Cor. 6.
Esa. 49.
Ioan. 11.

me: & cum clamarem ad eum, exaudivit me. Nō est ergo exauditus tunc, vt feruaretur à morte; fuit tamen exauditus, vt à morte excitaretur. Quod autem ait, die, & nocte: vel ad tēpus crucis referendum est, in quo tenebrę fuerunt ab hora sexta, vsq; ad horam nonam, & illud tempus pro die, & nocte computatur, vel diem vocat ipsum tēpus crucis, noctem verò, orationē pridie sub nocte fusam in horto: vt annotavit Euthymius. Levisimum quod Faber vt solcicissimum notat, quod ait, per diem, & nocte; quasi dicendum esset, per noctem, sed non vidit non dici coniunctim per diem, & nocte, sed interpositis duobus verbis: *Et non exaudies*. Et in eo, quod sequitur, *Noctē*, potest suppleri prępositio, *In*, vt sic nullus solcicissimus admittatur. Imò nec opus est supplere prępositionem: apte enim dicitur: *Clamabo nocte*.

Tertius versus est: *Tu autem in sancto habitas, laus Israel*. Promiserat Deus se commoraturum apud gentem Hebręam, & bonis pręsidio perpetuo, ac ornamento futurum; itaque illum promissi admonens, ait: *Tu custos sanctę huius civitatis es, tu eiusdem habitator, eiusdē hymnus, te cœtus piorū semper decantat, tibi gratias agit adiutus, & conservatus: tua igitur misericordia utere, & succurre laboranti*. Laus ergo Israel dicitur, vel quem laudat populus fidelis, vel qui est magna gloria, lausque populi Dei, quod Dominum habeat Deum suum in se habitantem ad custodiam, atque protectionem. Augustinus intelligit, Deum in sancto habitare, id est, in illis; quos sanctificavit, & quos facit intelligere, quod ad utilitatem quosdam non exaudit. Iustinus, ac Euthymius per sanctum, diuinam personam intelligit humanę coniunctam naturę: *Ego in Patre*, inquit, *& Pater in me est*. In Filio ergo Pater habitabat quasi in templo diuinitatis suę; & erat laus Israel, quia tertio die à supplicio crucis ex mortuis erat resurrecturus, vt intelligas ita fuisse à Deo derelictum, vt tamen diuinitas ab eo non recesserit, in quo habitabat. Et exaggerans causam suę derelictionis subdit per duos versus:

In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberaſti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. Vbi in primis morem secutus prophetarum ad maiorem emphasin eandem sententiam repetit. Quasi diceret; Patres nostri fideles serui tui, siue Patriarchę, siue Prophetę, siue ceteri iusti eorum imitatores, ex quibus ego secundum carnem factus sum; ipsi spem suam totam in te positam habuerunt, nec de illa ceciderunt, sed illos pro magnitudine tuę benignitatis liberaſti, vt Abraham ab Vr Chaldęorum, Isaac ab immolatione sacrificij, Iacob de manu Esau fratris sui, Ioseph de manu fratrum suorum, Moysen de manu Pharaonis, populum Israel de Agypto, Dauidem de Saulis, & Absalonis filij sui persecutione, Iuditham de manu Holofernis, Susannam de falso crimine, Danielem de lacu Leonum, tres pueros de fornace ignis ardentis, Ionam de ventre ceti; Ego autem, qui filius tuus sum solus fauorem tuum, auxiliumque nō inuenio. Sequitur sextus versus: *Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis*. Quę admodum Abraham se puluerem, & cinerem apud Deum esse fatetur, & Dauid se vocat pulicem vnum, & canem mortuum; ita Dominus Iesus filius Abrahę, & Dauidis se vermem vocat, quod animal est contemptissimum, & infirmisimum, quod sine femine, ex terra oritur, repit humilis, mouetur sine sonitu, teritur atque interficitur sine vlla commiseratione: nam cętera animalia perfectiora ob vsum humanum consuuerunt homines non sine quodam commiserationis affectu interficere, hoc tamen absque vlla crudelitatis ostensione faciunt, siue vno gladij ictu, siue perfossione gutturis morte breuiori, & faciliiori ipsa interimentes; at vermes absque hac commiseratione interficiuntur. Atque huius naturalis commiserationis causa est, quod illa sint humanę speciei ratione perfectionis sensuum, atque membrorum magis similia, atque vicina. Ad hunc modum Christus non vt ceteri homines

Prophetarū moris eracta ioris emphasis causa reperere eandē sententiam.

Patres Iudęorū in te sperantes quos Deus liberauerit.

Gen. 15. Infra 22. Infra 27. Infr. 37. & seq.

Exod. 2. Infra 17. Iudith. 13. Dan. 13. Supra 3. Infra 14. Ion. 2.

Gen. 18. Cur se vermem Christus appellat. 1. Reg. 26. Matth. 1.

est

Qualis Iesu mansuetudo, patientia.

Esa. 53.

Iudęorū, & carnificū in Christum sequitia.

Ioan. 19.

Matth. 27.

2. Reg. 23.

Enos Hebręis quid significet.

Quare Christus, opprobrium hominum dicitur sit, & abiectio plebis.

est humano more conceptus, ex concubitu scilicet maris, & fœminę, sed nouo miraculo ex superna operatione Spiritus sancti de terra virgine natus, humiliter repit inter homines; in impropria iacentes non reclamans; neque interminans in passione, & propter nimiam crudelitatem, quam in eum exercuerunt impij Iudęi, vermis, & vix homini similis videbatur. Hinc ab Esaię prędictum fuit: *Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum, despectum, & noisissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum*: Quę omnia vermis nostri miseriam attestantur. Et quoniam prę hac summa despectioe homini similis non videbatur, vix quisquam erat, qui super eo misericordia moueretur. Imò cum à Pilato flagellis per totum corpus vulneratus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum turbis ad misericordiam excitandam demonstraretur; adeo moti non sunt persecutores, vt etiam amplius mortem eius sitirent, & clamarent: *Tolle, tolle, crucifige eum*. Cum pręterea in Cruce positus animam ageret, & naturale sit morti vicinos commiserari; illi insultabant, eumque pungentissimis maledictis afficiebant, omni prorsus humanitatis natura exuta. Adhęc vt Dauid legitur tenerimus ligni vermiculus, cum typus esset Domini Iesu, significabat Christum secundum humanitatem tenerimum, ac temperaturę dispositionem nobilissimam habere; est tamen in illo fortitudo rodendi ligna: ita in Christo virtus consumendi peccata. Quod addit: *Et non homo*, in Hebręo non est enos, quod significat vilem hominem, & miserij subiectum, neque adam, quod significat hominem plebeium, sed isch, quod signat virum egregium, atque virtute præstantem: Propterea Chaldęa paraphrasis habet: *Et ego vermis debilis, & nequaquam fortis*. Quod ait: *Opprobrium hominum, & abiectio plebis*, id

fuit, quoniam despicibilis extitit, tūm apud Romanos milites, homines dicos, tūm apud plebem Iudęorum. Dicitur verò abiectio plebis, quę latronem Barabbam elegit, & Christum abiecit. Chaldęa paraphrasis habet: *Portans vituperia hominum*, quod videlicet in illum scommata, atque innumera impropria, quę ille, vt pote fortior, deuorabat, atque portabat, iuxta illud: *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs tanquam dulcissimis dapibus*, quę ille libenter pro nostra salute comparanda sustinuit. Et tamen vel vnum verbum pro Christo Deo ferre tibi durum videtur, cum ille pro te vermiculo tantam opprobriorum multitudinem pertulerit. De quibus subiungit duos sequentes versus: *Omnes videntes me, deriserunt me. Locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum*. Quę apud Matthæum, & Marcum ad literam indicatur impleta, Christo in cruce pendente. Substantes autem capita mouebant, vt non tantum verbis, sed etiam factis illuderent; præcipue verò eius spem in Domino fixam deridebant. Quasi verò vnquam aliquis in Domino sperauerit, qui fuerit confusus; cum Paulus dicat, Spes autem non confundit. Ipsi verò, qui Domino conuitabantur, confusi remanserunt, & spe sua, quę telę aranęorum, & baculo arundineo Agypti, hoc est, cogitationum, & virium humanarū, frustrati sint Christo à morte excitato, & in cœlum exaltato, & per vniuersum orbem eius nomine, & cultu propagato; ipsi verò de ciuitate sua, ac promissionis terra expulsi, in vniuersum orbem dispersi, atque dissipati facti sunt opprobrium hominum, & abiectio plebis: *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab yberibus matris meę, in te proiectus sum ex utero: de ventre matris meę Deus meus es tu*. Meritò horum meminit, vt se ipsum consoletur, & à præsenti bus malis auertat, & vt Latini dicere consuere, à teneris vnguiculis, à lacte, ab incunabulis, ita in sacris literis, ab yberibus, ab utero, sic Dauid

Matth. 27.

Thren. 3.

Omnes videntes Christū, quando deriserunt eum, & mouerunt caput. Matth. 27. Mar. 15. Sap. 2. Substantes quid.

Ecl. 2. Rom. 5. Iudęi, Christo in cruce illudetas, quę fuerint illi ipsi atq; confusi.

Quid est dicere, Deus meus tu es spes mea ab yberibus matris meę, & reliqua.

Iob. 31.

Euseb. lib. 10. de Demonstra. Evangel. vlt. Eusebij sententia illorum verborum.

Hiero. to. 8. Euthy. hoc loco. Qualis aliorum hominum sit, qualis vero Christi conceptus.

Quare Deus Pater vna spes Christi fuerit ab vberibus matris sue.

Iustin. tom. 2.

Psal. 70. & Iob, ab infantia, per hyperbolem significantes tempus, quo homines incipiunt vti ratione. Atque hæc ita exponit Eusebius: Qui enim, inquit, fuisti mihi adiutor, cum humanum corpus assumerem, quo tempore ex ipsius parturientis utero, me, tu ipse Deus meus, & pater meus, tanquam obsteruicis fungens officio, pro ea, qua mihi de Spiritu sancto comparata erat carne, extraxisti, tua porrecta virtute, da mihi iam nunc salutem, ne qua fraus, aut vlla insidia, ab aduersis poteratibus, malignisque spiritibus, qui mihi etiam in accessu meo ad homines inuiderunt, fiant quoniam in prima item conceptione rursum quod in utero fui, obumbrasti, ut principes seculi huius ipsa de Spiritu sancto, & sancta Virgine conceptio lateret. Quod sane ingens mysterium tuum Archangelus Gabriel Maria indicauit, dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quæ admodum igitur tuâ tunc, qui es altissimus, virtus me in concipiendo obumbravit, in pariendo autem extraxit de ventre matris meæ. Ita quoque non parua mihi adest consolatio, quod multo magis de morte sis extrahiturus. Sic ille. Vnus est autem versus vsque ad: Matris meæ; Secundus, vsque ad: Deus meus es tu. Tertius incipit: Ne discesseris à me: Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Hic est enim ordo in fonte Hebræo, & apud Hieronymum. Euthymius ponderans illud verbum: Tu es qui extraxisti me de ventre, scribit: Viri copula virginalia ventris claustra aperit: Inmissum enim semen naturaliter vuluam aperit, qua deinceps conclusum illud continet, donec fetus perficiatur, ac demum pondere grauata rursum aperitur, & factum labi permittit. In Salvatore autem nostro quemadmodum conceptio absque vlla fuit viri copula, ita & progressio factus supra naturam exitit, ipsa scilicet diuina virtutum extrahente, & Virgineis claustris nullatenus apertis. Hæc ille. Pulchrè autem ait: spes mea ab vberibus matris meæ. Tu nimirum ab ipso lacte fuisti spes mea; & cum alium Patrem in terra non habeam, in te cognoui esse collocandas omnes spes meas. Iustinus

martyr Dialogo in Tryphonem, hunc versum sic explicat: Nam quod dicitur: Spes mea ab vberibus matris meæ: illud est, quod quam primum in Bethleem natus est (prout dixi) vberibusque eius ex Magis Arabia cognitis, Herodes Rex insidias ei struxit, vt è medio tolleret eum, Ioseph iussu Dei recepto eo cum Maria in Ægyptum abierit. Nam postquam mandatum illi à se verbum vir factus pradicasset, tum demum gnatum suum morte mactandum constituerat Pater. Ita Iustinus diserte. Ne discesseris à me: Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Idem est ac si dicat; Non me nunc derelinquas Pater vsquequaque, quemadmodum isti existimant, propterea quod temporalis liberationis auxilium non præstas, arbitantes me prorsus à te derelictum, sed adesto mihi in auxilium, tum vt fortiter in his passionibus perseuerem, tum vt tempore definito per te à mortuis exciter: quoniam humanum auxilium nullum adest, siquidem omnes me discipuli mei, atque noti deseruerunt: & si qui etiam sint qui velint adiuuare, propter rabiem inimicorum non valent. Iustinus loco dicto ita exponit: Docentis quoque est verbum, in Deo, qui omnia condidit, ab omnibus spem esse collocandam, & apud illum solum salutem, & opem querendam: neque opinionem eam concipiendam, quam alij obtinent homines, propter genus, aut opes, aut potentiam, aut sapientiam salutem contingere posse. Quemadmodum & ipsi quouis tempore fecistis, qui aliquando quidem vitulum conflatilem erexistis, semper autem ingratis simos vos, & iustorum percussores, & fastu tumidos propter genus exhibuistis. Nã si Filius Dei, neq; eo quod Filius Dei est, neque quia fortis, neq; quia sapiens (quippe virtus, & sapientia Dei) & præterea neq; eo quod immunis peccato est, prout Esaias dicit, eum ne voce quidem peccasse (iniquitate enim non fecit, nec dolum ore commisit) absq; Deo se saluari posse manifeste dicit, quomodo vos, aut alij etiam; salutem citra spem istius modi expectantes, non existimemini vos ipsos seducere? Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obfederant me, & peruerunt su

Matth. 2.

Cur Deus Pater Filium suum ab Herode cogitatum noluerit.

Christus cur petit à Deo non derelinqui.

Idem.

Iudeorum impietas, ingratitude, superbia.

Exod. 32.

1. Cor. 1.

Esa. 53.

1. Pet. 2.

Iudeorum fertis, & inhumanitas.

Iustinus. Theodor. in 21. Psalmu, par. 1.

Per tauros pingues qui veniant intelligendi. Matth. 26. & seq.

Tauri Basanuales illi.

Quid per vitulos intelligendum.

Quando Iudei aperuerunt os suum super Christum more Leonis rugientis. Ioan. 19.

Qualis Christi dolor, ac timor.

Virg. i. Æneid.

Luc. 22.

per me os suum, sicut Leo rapiens, & rugiens. Metaphoræ sacris Poëtis frequentes sunt, Iudeos, feros, barbaros, ac truculentos tauros appellare, obuium quemque cornibus appetentes, in numero ferarum, non hominum locandos: faciem duntaxat hominum gestantes, cætera belluas. Et vt Iustinus, & Theodoritus exponunt, per tauros intelligimus Sacerdotes, & Scribas, qui patres sunt vitulorum, id est, populorum, & ministrorum, qui Christum in monte Oliuarum comprehenderunt, vbi nullus ei adiumento extitit, sed omnes eum deseruerunt, & adduxerunt ad domum Pontificis, vbi circumdederunt, eum causam eius examinantes, & hi sunt tauri, quibus principatus populi commissus erat: quos pingues appellat tanquam bonis ab ipso suppeditatis perfruentes, quanquam Hebraicè dicitur, tauri Basan, quod in illa regione essent pascea fertilissima, quibus feræ, & iumenta pascentia mirum in modum pinguescant. Per vitulos intelligimus plebem Iudeorum iuniorem lasciuam, & omni prorsus regula carentem, quæ conuenit ad capiendum Christum. Subdit, illos instar Leonis rapiens, ac rugientis aperuisse super se os suum, quando congregati clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Sicut aqua effusus sum; & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquefces in medio ventris mei. Alijs metaphoris magnitudinem dolorum proponit, figura aquæ defluentis visitata in sacris literis, qua resolutio præcordiorum, solutioque membrorum, immanisque metus penetrans vniuersam compagem designatur, cum genua labant, & vox faucibus heret: cui non est dissimile illud Poëtæ: Extemplò Ænea soluuntur frigore membra. Præacerbitate ergo pœnarum, & vexatione immensa dilapsus sum, quasi viribus omnibus destitutus in modum aquæ effuse, quæ nunquam consistit, & mox defluit, ac dilabitur. Talis fuit merus Messias, qui proposito sibi crucis tormento in horto, totus sanguis

neo sudore maduit, vt interpretatur Iustinus martyr ibidem. De hac metaphora habemus apud Iosue: Pertimuit que cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est. Aduertendum est, Græcè nunc legi ἰσχυρόν, id est, effusa sunt, & refertur ad ossa, sicut aqua effusa sunt ossa mea. Sed facit contra veritatem Hebrææ lectionis, vbi dicitur: Et factus sum. Ideo corrigenda illa lectio Græca, & legendum ἰσχυρόν, quod significat in singulari numero, effusus sum. Subdit: Et dispersa sunt omnia ossa mea. Per quod intelligit solutionem membrorum, quasi vnum alteri non hæret, aut lacerationem, & conuulsionem, quæ fit metu membra permeante inter se similia. Per ossa tamen intelligunt Theodoritus, & Euthymius Apostolos: quoniam vt ossa robur sicut corporis, & ab his quicquid in corpore mollis, & fluxi est, sustentatur, ita Apostoli veluti confirmantes ac continentes reliqua Christi membra erant; qui tamen tempore passionis instar aquæ huc & illuc dispersi sunt fugiendo. Et Augustinus in epistola ad Honoratum: Quid sunt, inquit, ossa, nisi corporis firmamenta, corpus autem Christi Ecclesia? Firmamenta ergo Ecclesie, qui nisi Apostoli, qui etiam columbae alibi nuncupantur? Hi vtique dispersi sunt, cum ad passionem ipse duceretur, vel cum esset passus, & mortuus. Sic ille. Altera metaphora est: Factum est cor meum tanquam cera liquefces in medio ventris mei. Nam cera per ignis calorem dissoluitur, sicque suam perdit quam prius habebat durtitiam, & continuitatem: & per ventrem intellige partem corporis superiorem, vbi constitum est, vicinum ipsi ventriculo. Et aliam adhibet metaphoram in versu sequenti, dicens: Atuit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. Fortitudo mea, inquit, omnisq; vigor, qui intra me fuerat, præ defectu sanguinis, & humoris vitalis penitus absumitur, & excoquitur passionis magnitudine, quomodo ex vase fideli, quod humido prius fictum fuerat, per actionem ignis exhauritur, & sic cum remanet, & ligna viridia assum

Iustinus. Iosu. 7.

Græca lectio corrupta huius loci.

Quæ sint hæc ossa, quæ Propheta ait esse dispersa, duple x sensus.

Theodori. Euthy.

Matth. 26. Ioan. 16. Aug. episto. 120. ca. 14. tom. 2.

Esa. 60. Ecclesie firmamenta quæ secundum Augustinum.

Venter hoc loco quid significet.

Explicatur id: Atuit tanquam testa virtus mea.

Vnde ducta hęc metaphora: Et lingua mea adhæsit faucibus meis.

Gen. 3. Psal. 103.

Puluerẽ mortis sepulturã cur vocet Propheta.

Qui sint illi canes multi, à quibus circumdatus Dominus fuit. Leuit. 11. Deut. 14.

Matth. 15.

Theodori. Quam merito Iudæi canes appellentur, filij Dei verò Gentiles nominentur. Philip. 3.

Quorsum id: Foderunt manus meas, & pedes meos, &c.

pta humiditate paulatim deficcantur, & apta esca ignis fiunt. Ex eadem ariditate sequitur quod ait: *Et lingua mea adhæsit faucibus meis.* Quod accidere solet illis, qui nimia siccitate premuntur, quæ non permittit verba formare: vnde Christus licet sapius esset interrogatus, non respondebat. Et in eadem metaphora persistens, subdit: *Et in puluerem mortis deduxisti me.* Nam eò tandem redit caro humana, vnde sumpta est, id est, in puluerem, iuxta illud: *Puluis es, & in puluerem reuerteris, & in alio loco: Et in puluerem reuertentur* Traditus est enim Dominus sepulturæ post crucem: id quod puluerem mortis nominat, eo quod puluere abducuntur, qui sepeliuntur, vt ait Theodoritus.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Post Iudæos, de exercitu Gentium facit mentionem; nam illi crucifixerunt eum. Et meritò illos quidem tauros, ac vitulos, veluti qui iugo legis premerentur, etsi legis essent transgressores, nominauit. Romanos verò milites nunc canes vocat, velut immundos secundum legem, & valde impudentes: qua ratione Dominus in Euangelio dixit: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Sed tamen, vt eleganter annotat Theodoritus, post crucem, qui olim canes erant, per fidem, in filiorum ordinem tranſuerunt; & qui olim tanquam filij tractabantur, canum appellationem acceperunt, tanquam canes contra Dominum rabie perciti. De his beatus Paulus exclamat: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.* Deinde subiungit quid isti canes in Dominum ausi fuerint facere, dicens: *Concilium malignantium obsedit me.* Lege Concilium per C, vt Hebræa, & Græca docent, quæ habent, Synagoga malignantium.

Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia ossa mea. Nam accepta tandem in impijs suis rugitibus, ac lartatibus importunis sententia, vt ego ad mortem Crucis damnarer; per foderunt clauis manus meas, & pedes meos, cruci me sic affigentes, & in

cruce tenerum corpus meum tam terribili distensione extenderunt, vt facile possent ab astantibus omnia ossa mea distinctè videri atque annumerari. Hic litem habemus cum Hebræis, qui ex suis fontibus ostendunt duas esse voces inter se vehementer similes, nempe *לר* & *לר* hoc est, caru, & caari: quarum prior, foderunt significat; posterior, ex duabus conflat, nempe ex ca, & ari, & significat, sicut Leo, quam lectionem Hebræi præferunt, & perspicuè illam secutus est Chaldæus interpres. Proferaturque locus similis ex Cantico Ezechia, vbi dicitur: *Quasi Leo sic contriuit omnia ossa mea.* Et contendunt esse hunc sensum: velut Leones manus meas, & pedes meos circumdederunt, vt in nullam partem mouere me possem. Commemorasse autem manus, & pedes tantum, quod manibus præliaretur, & pedibus fugam arriperet: quibus impeditis, ac circumdatis veluti à Leonibus totum se in eorum potestate esse. Hæc Rabbi Abraham, & Rabbi Salomon. Rabbi verò David Kimhi: *Manus, ait, & pedes meos circumdederunt sicut Leo, quod Leo in quas bestias, aut feras incidit, cauda circumdat: illas terribilem aspectum veritas, colligere manus, pedesque.* Atque hanc lectionem secutus est Zuinglius, vertens: *Concilium pessimorum frangit manus, & pedes meos instar Leonis.* Sed reuera præstantior est prior lectio, quam probant Biblia Complutensia, & Felix Pratensis antiquum codicem se legisse tradens: & ita Paulus Burgenſis suspicatur hunc locum fuisse à Iudæis corruptum, quicquid deliret impostor ille Nizaion, qui pro Iudæis scripsit contra Christianos: quem confutat Victoria Porcheti. Quod verò ille ait, Iudæos non esse solitos crucis supplicio homines addicere, vel clauis cõfigere: nihil refert, quia Spiritui sancto perinde erat prædicere mortem Christi, siue illa inferretur à Iudæis, siue à Romanis. Et non tantum clauis crucifigere non spectabat ad Iudæos, sed nec crurifragium; nec transfixio pectoris ex legeerant, sicut

Alia versio huius loci, quorundam Rabbiorum.

Esa. 38.

Rab. David Kimhi.

Zuinglius.

Vera lectio sit præstantior.

Felix Pratensis.

Paulus Burgen.

Nizaion.

Victoria Porcheti.

A quibus proprie crucifixus sit Christus.

Ioan. 19. Deut. 25.

Core Catiph Hebræis quid sit.

Olim in Syria leones suffigebantur cruci.

Expenditur lectio Græca: Perfoderunt manus meas, & reliq.

Tertull. Vt verum illud sit: Dinumerauerunt omnia ossa mea.

Hierony. in psal. 21. 10. 8.

Iob. 19. Alter sensus,

nec infixio clauorum, sed ex Romanis, qui dominabantur Iudææ. Et Ioseph dicitur petijſſe corpus Iesu, cum ex lege ante Solis occasum esset deponendum. Ergo ex potestate Romana fuit crucifixus. Præstat igitur nostra lectio: tum quia eam secuti septuaginta, tum quia codices multi antiquissimi ita habent; tum quia communes omnes codices habentes lectionem Hebræorum, indicant per figuram ab eis dictam Core Catiph aliam esse lectionem in eo loco, vt aliter scribatur quidem, aliter verò legatur, & ita legunt cari pro caru. Præterea similitudinem paulò ante vsurpauerat: *Aperuerunt super me os suum sicut Leo rapiens, & rugiens.* Ad hæc fauet huic literæ, quod imperfectus sit sensus, si dicas, *Sicut leo manus meas, & pedes meos,* nisi verbum suppleas aliquod. Qua ratione etiam nos nostrum sensum erueremus, veluti si dicamus, sicut leo, scilicet impetierunt manus meas, & pedes meos vnguibus suis. Moris quoque erat in Syria leones crucifigere supposita tabula pedibus instar hominum, quemadmodum apud nos lupi, vel vrsi cum capiuntur, & pro foribus domorum aula principum configi solent. Et hæc de Hebræa litera.

Quantum ad Græcam, aduertendum est, Tertullianum libro aduersus Iudæos legere *ἰσθρίων*, id est, Exterminauerunt; Nos verò rectius legimus, *ἰσθρίων*, id est, perfoderunt, siue fixerunt. Sed hæc in idem redeunt, *Dinumerauerunt omnia ossa mea.* Nunc in Hebræo habetur, *דנמו* asaper, quomodo legit Hieronymus ex Hebræo. Sed verisimile est 70. legisse, *Dinumerabunt*, siue dinumerare poterunt: nã istud magis quadrat cum præcedentibus, Circumdederunt, foderunt, & homo crucifixus difficile sua ipsius ossa dinumerare potest, cū ab alio facile queat. Estq; sensus quod arefacta carne, quod in calamitate, summisque cruciatibus accidit duntaxat, ossa nuda supersunt, vt ea liceat numerare. Queritur ergo se ad extremam mortem redactum, quemadmodum Iob dixit: *Pelli mea consumptis carnibus, adhæsit os meum.* Alij per ossa intelligunt, propinquos, & ami-

cos, iuxta illud: *Os meum es & caro mea.* Ita vt sit sensus, se derelictum à fratribus & amicis, & eum tanquam hostes despicientes irridebant. Sed prior sensus videtur magis germanus.

Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me. Id est: Ipsi enim *ἄν* pro *ἄν*, id est; Non contenti dinumeratione ossium, vt non referatur ad verbum, dinumerabo, Hebræum, sed ad Iudæos, cum dinumerassent ossa, & cum hæc egissent nihil permoti misericordia, & stabant ex aduerso, & contuebatur exaltatum in ligno, pendentemque in altitudine patibuli, ac diligenter inspexerunt ad satiandum desiderium suum, & sibi inuicem demonstrabant illudentes. Et quia dinumeratio ossium inducit nuditatem, nuditas vestium oblationem; idè sequitur: *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Hoc quoque à Romanis militibus ministris iustitiæ (vel potius iniustitiæ) factum est: nam partiti sunt sibi vestimenta mea, vniqueque militi partem vnã; super vestem verò inconfutilem, quod scindi non posset, sortes miserunt: Quæ ad literam in Euangelio completa fuisse legimus. Et hæc tamen quidem historiam Dominicæ passionis cõplexus est. Et in posterum incipit fundere preces, vt à malis imminentibus liberetur, dicens: *Tu autem Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice.* Id est, Ne differas, neque procrastineris, sed ad defensionem meam conspice, siue, ad adiuuandum me festina: quocunque me vertero, defunt vndique perfugia, nisi auxilij tui spes me soletur. Et proindè: *Erue à phramea Deus animam meam; & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Metaphoricè per phrameam, vel gladium, vt est in Hebræo, leonem, canem, & vnicornem, aut intelligit potestatem dæmonis, & mortis, vt exponit Eusebius, & Theodoritus: nã dæmones varios mortem Christi meditato fuisse, atque ad illam inferendam Iudæos atque Gentiles tanquam organa sua sollicitasse, indubitatum est, cū Dominus dixerit: *Venit princeps mundi*

Gen. 29.

Cur impij Iudæi Christum in cruce spectarent.

Quinam diuiserunt sibi vestimenta Christi.

Ioan. 19.

Quare Christus, auxiliu postulet à Deo.

A phramea, cane, leone, & vnicorn liberari, quid.

Euseb: Theodori.

Ioan. 14.

Heb. 2.

Alter sensus.

Monoceros, qui & vnicornis, à rhinoceronte differt.

Aelianus lib. 10. c. 20. Plinius lib. 8. c. 20. & 21.

Vnicornis vnde sit dictus.

Monoceros quale sit animal.

Cur Iudaei vnicornes dicantur.

Euthym. A leone, & cornibus vnicornium quando liberatus fuerit Christus.

Quare Christus animam vnicam suam appellauerit. Plato in Alcibi. 1. circa finem.

Post Deum nihil chartae anima habemus teste Platone.

Euthym. ibidem.

Esai. 53.

1. Pet. 2.

1. Ioan. 3.

Alter sensus. Hieronym. Luc. 23.

hurus, & in me non habet quicquam. Precatur ergo à gladio diaboli, & ab eo, qui potestatem, & imperium habebat mortis, erui, vt videlicet non teneatur à morte, nec ab inferno; Aut per phrameam & canem, Romanos milites intelligit, qui gladio accincti arma gestabant, quos etiam canes ea ratione appellat; per leonem verò, & vnicornes, ob summam eorum saeuitiam, Iudaeos vult accipi. Vnicornes, qui & monocerotes vocantur, distincti sunt à rhinocerotibus, vt Aelianus in libro de Animalibus, & Plinius ostendunt. Etsi enim rhinoceros vocari possit vnicornis, quod vnicum est ei cornu, idque in naso; tamen distinctus est à monocerote. Nam ille saepe visus est Romae vnus in nare cornu, hostis elephantis, cuius longitudo par est illi, sed crura breuiora, color buxeus: at monoceros asperrima est fera, reliquo corpore equo similis, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte, cubitorum duum eminenti. Vocat autem Iudaeos vnicornes veluti in vnam tantum personam credentes, vt ait Euthymius. Liberatus est autem Christus à gladio, & carne, à leone, & vnicornis, id est, Iudaeis, & Romanis, quando inuictus eius spiritus permanit plenus charitate, & beneficentia, & quando à morte, & inferno non fuit detentus, sed victor immortalis remeavit ad vitam, & sefellit omnem eorum expectationem. Et quam vocauerat animam suam, iterum vocat vnicam suam, hoc est, propriam, charam & pretiosam animam, quam Plato post Deum nobis esse charissimam asserit. Graecè dicitur, μονοκύριος, hoc est, vnigenitam, non solum quod quisque vnicam animam habeat; sed, vt ait Euthymius, quod esset vnica, & singularis inter ceteras, quippe quae sola inter omnes alias peccatum non fecit, & quae sola Dei Filium sibi vnitum in eadem habet persona. Graeci vnicam interpretantur, μεμονωμένον, id est, solitariam, & ita transtulit Hieronymus: nam sublata anima, mutum cadauer remanet homo. Hanc autem animam seruari petit, alludens ad id, quod Christus in Cruce vltimo spi-

ritum suum Patri commendauit. Quod postremo addit: *Humilitatem meam*, significat inopiam, afflictionem: libera me humilem, deiectionem, afflictum. Quia tamen vox Hebraea potest esse nomen, & verbum; idem Hieronymus vertit: *Et à cornibus vnicornium exaudi me*. Quamquam prior lectio praestantior videatur. Tertullianus exponit: *Libera ex ore leonis, id est, mortis; & à cornibus, hoc est, de apicibus crucis*. Scribit super haec Iustinus eodem loco: *Hoc enim: Libera à gladio animam meam, & de manu canis vnigenitam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humiliationem meam: denuntiatis est, quanta passione, & poena, Crucis scilicet, moriturus esset. Nam quod omnium cornuum vnicornium cornu solum Crucis forma sit, antea vobis explicui. Et quod vt à gladio, & ore leonis, & de manu canis anima sua salua conferretur, orat, vt ne quis anima sua dominaretur, precatio fuit, quod & nos cum iam ad exitum vita sumus, à Deo eadem postquam, qui auertere potest omnem impudentem, & malignum Angelum, ne animam nostram capiat. Haec Iustinus. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesia laudabo te. Qui timetis Dominum, & c. Ex his verbis manifestum sit, quod more humano haecenus haec locutus sit. Fratres enim, in ipsum credentes vocat: vt enim Deus, Dominus est; vt verò homo, & frater nominatur: Vnigenitus enim est, & primogenitus, & illud quidem, vt Deo, & Domino conuenit; primogenitus verò, vt homini, vnde Paulus ait; Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Est autem sensus: Ego verò à morte, quam illi mihi putabant inferre, suscitatus, tui nominis gloriam annuntiauo, & manifestabo fratribus meis, hoc est, Apostolis, de quibus apparens mulieribus dixi; *Ite, & nuntiate fratribus meis*, quibus post passionem meam praebebo me ipsum viuum in multis argumentis, apparens eis, & loquens de regno Dei. Per nomen autem Dei, nomen paternitatis intelligit, ait Euthymius: Deum enim olim semper fatebantur Iudaei; sed Patrem Filij non cognoscebant. Quod subdit; *In medio**

Deum libera re humilitatem Christi quid. Ibidem.

III. sensus. Tertul. lib. aduersus Iudaeos. Iustinus ibidem.

Cornu vnicornis, secundum Iustinum.

Extrema precatio morientium.

Qui sint fratres Christi.

Qua ratione Christus sit vnigenitus, & primogenitus.

Rom. 8. Christus vt narravit Deum nomen fratris sui, in medioque Ecclesiae eum laudauit.

Matth. 28. Act. 1. Quod nomen Dei Apostolis Christus enarrauerit. Euthym.

In cuius medio Ecclesiae Christus Deum laudauit.

Huius sententiae: Qui timetis Deum, laudate eum & reliquum duplex interpretatio.

Matth. vlt.

Quos Propheta Timentes Deum nominet. Act. 13.

Deo debentur duo, laus, & timor.

Quas preces Christi Deus exaudierit.

Quare pauper se Christus appellet.

Quid: Apud te laus mea in Ecclesia magna.

Ecclesia laudabo te: intelligit Ecclesiam per fratres congregandam, & per illos de cultu laudandi, & glorificandi Deum ab omnibus fidelibus erudiendam. Subiungit: *Qui timetis Dominum, laudate eum*. Possent quae sequuntur, ab hoc loco in finem Psalmi intelligi quasi ipsius Prophetæ Davidis loquentis in spiritu de gloria resurrectionis Christi, Ecclesiae aedificatione; possunt tamen sine vlla mutatione ipsi Christo congruere, vt totus psalmus à principio in finem sit vna Christi oratio. Vertitur tamen sermo Christi ad fideles Ecclesiae, quia haecenus Deum allocutus fuerat. Et veluti iam exauditus à Patre, hortatur reliquos fideles ad gratiarum actionem, ac primò fideles ex Gentibus, ad quos post resurrectionem suam Apostolos misit: *Euntes*, inquit, *docete omnes Gentes*; quosque idem Prophetam, ob summam eorum virtutem, timentes Dominum appellauit; Vnde Petrus dixit: *Viri Israelitae, & qui timetis Deum, & c.* Hortatur autem tam Gentes, quae timent Deum, quam vniuersum verum semen Iacob, quod non tam carne, quam fide constat; laudare Deum pro mirabili eorum redemptione, quam ipse Deus per Filium suum operari dignatus est. Et iterum inculcans, subdit: *Timeat eum omne semen Israel*. Iubet non tantum laudari Deum, sed etiam timeri velut omnipotentem: praesertim verò Iudaeis iubet vt Deum timeat, veluti allaturum eis exterminationem ob furorē, ac rabiem, quae erga eius Filium demonstrant. Subiungit continuo: *Quoniam non spreuit, neque desepit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam à me, & c.* Ostendit tandem exauditas fuisse preces suas pro daemone profligatione, & suscitatioe à mortuis, & pro redemptione mundi, & pro exterminio Iudaeorum tantum lumen respuentium. Et vocat se pauperem Christus; non tantum propter carnis exiguitatem, & quod pecunijs atque externis fortunae bonis destitutus esset; sed praesertim ob humilitatem, & deiectionem, qua seipsum coram Deo humiliavit, atque obtulit. Ac subdit: *Apud te laus mea in Ecclesia magna*. Primum verbum, *Apud te*, He-

braica, & Graeca lectio habet, à te, meit techā, & τὰ πρὸς ὁ. Et sensus est, à te est, & à te proficitur laus mea in Ecclesia. Id est: Quemadmodum hominibus clarum facio, sic & tu omnes homines eundem mihi habere honorem docebis. Tu enim dixisti: *Tu es Filius meus dilectus, & alibi, Et clarificauit, & iterum clarificabo*. Vel sensus literarum nostrarum est: Ad te, o Pater mi, tendit, & apud te est, atque etiam de te laus in Ecclesia mea nouae copiosa multitudo. Indicat ergo, omnem Messiae laudem, atque honorem, in Dei Patris gloriam, tantquam filij honorem in Patre esse referendum. Et vocat Ecclesiam magnam, fidelium, quae ad vltimos vsque fines terrae peruenerit, & quia ex magnis, & summis viris conflata est. *Vota mea reddam in conspectu timentium eum*. Vouerat Deo summo sanguinem, quod genus humanum redimeret, acceptamque à serpente antiquo plagam curaret profundere: Hunc autem sanguinem, quem vouerat exponere, profudit totaque astante populo, per vniuersum orbem per meam te fama tantae rei gesta: vel haec de Eucharistia aptissime, ac suauiter intelligi possunt, vt etiam Augustinus libro de Natura, & Gratia Noui Testamenti, & super Psalmos explicat. Qui sensus quia consonus est his quae tractata sunt de passione in hoc Psalmo, & quia ista erant potissima Christi vota, ac desideria, vt porrigendo corpus, & sanguinem suum (vt publice fit in Ecclesijs) Ecclesiam totam pasceret, in quo se aperte seruatorē mundi testatur; propterea hunc sensum tantum, tanquam huic literae congruentiorem persequimur. Ait igitur: *Apud te laus mea in Ecclesia magna*. Id est, Etsi in Cruce sum contentus, ero tamen gloriosus in Ecclesia quae nascetur primitiua, quae paulatim grandescet, & fiet magna, primò additis tribus millibus, & postea quinque millibus, vt habet liber Actorum. Cōsueuerat illi, quibus imminebat aliquod periculum, vouere sacrificium pacificum, quod voto suo potiti soluebant, iniuantes ad illud amicos, qui ex illo coram Deo in laetitia epulabantur: ita & Dñs beneficii accepti se memorē futurum pollicetur, & vota sua, quae in extremis

Matth. 3. Infr. 17. Ioann. 12. Alter sensus.

Quae sit haec Ecclesia magna.

Vota quae Christus reddiderit Domino in conspectu timentium eum. Gene. 3.

II. sensus, commodior, & aptior eorum verborum, Apud te laus mea, & c.

Aug. lib. de Natu. & Gra. Naui Testa. cap. 34. tom. 7.

Idem in psal. 22. exposit. 2. circa medium 10. 8.

Quid sit, Apud te laus mea in Ecclesia magna.

Act. 2. Infr. 4.

Antiquus uentium ritus.

Vota Christi potiora quae fuerint.

Luc. 22.

Consecratio nis verba olim altiori proferebantur voce.

Iustinus in Apologia pro Christianis ad Imperat. Antonin.

Ambro. lib. De is, qui mysterijs initiantur; cap. 9. to. 4. August. ser. ad Catechum. tom. 9.

De quibus praecinit Propheta: Edent pauperes, & saturabuntur.

Act. 1. Theodori. Euthym.

Fideles Dominum cur laudent in Ecclesia.

Panis, cibus- ue celestis quid consecrat.

Ioan. 6.

angustijs nuncupauerat, persoluturū. At verò quae potiora vota habuit Christus, quam exhibere se Apostolis sub Eucharistia, de quibus desiderijs aiebat: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Hæc ergo mea desideria reddam per Apostolos, & eorum successores, & in cōficienda Eucharistia ministros: non in aliquo angulo, vel occulto loco, sed in praesentia fidelium, & sacrificio assistentiū. Olim enim in primitiua Ecclesia verba cōsecrationis alta pronūtiabantur voce, & populus respondebat, Amen; vt ex multorū Patrum testimonijs superiori libro euidem reliquimus. Et ad hoc alludit Propheta, cum ait, In conspectu timentium eum: Nam prolatis verbis à ministro, Christus incomprehensa sua virtute, atque infinita assisit, & perficit Sacramentum. Vnde pulchrè subdit: *Edent pauperes, & saturabuntur. Et laudabunt Dominum qui requirunt eum.* Nam primitiui illi, qui omnia ante pedes Apostolorum ponebant, & verè pauperes spiritu erant, ad Sacramentum accedentes manducabant; quò vno cibo verè saturabantur fideles. Quem sensum non ignorauit Theodoritus, eleganter dicens: *Diuinum autem cibum, spiritus doctrinam scimus, & mysticum, atque immortale conuiuium, quod sacris initiati cognoscunt.* Euthymius quoque sic habet: *Comedent fideles Saluatoris corpus, cum quo & sanguinem eius bibent: & saturabuntur, sancto nimirum repleti Spiritu, hymnisq; & laudibus in mensa illa Deum extollent. Ita vt versiculus superior non solum prophetiam contineat, sed de mystico etiam mensa illius Sacramento loquatur.* In hunc modū illi Patres intelligunt. Ac pulchrè subdit: *Et laudabunt Dominū qui requirunt eū.* Quia ipsi non erunt ingrati de percepto pabulo, sed cum laude gratias agent nutritori suo Deo. Sequitur: *Et viuent corda eorū in seculum seculi.* Quoniā cibi est vitā corporis sustinere; ita cibi spiritualis, siue panis celestis est vitā in æternum producere. Nam scriptū est: *Qui manducat hunc panē, viuet in æternum.* Et rectè ait: *Viuent corda:* quia

praecipue ad animos alendos, & confirmandos institutus est hic cibus. Et quoniam mors corpus ad interitū ducit; propterea promisit edenti Eucharistiam corporum resurrectionem, cū dixit: *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Subnectit Propheta: *Reminiscetur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ.* Hoc etiam mirificè quadrat Eucharistiae. Et sensus est: Recordabuntur eius, quod Iesus fecit in cœna, quando dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Ex hac autem reminiscencia conuertuntur ad Dominum vniuersi fines terræ: quia infimi quique per hoc Sacramentum reducuntur ad Deū, & beneficiorū acceptorum grati existunt: *Et adorabunt in conspectu eius vniuersa familia Gentium.* Aliud quod in Eucharistia contingit, explicatur: nam antequam illam fumant, prostrati, & venerabundi Christum sub speciebus panis, & vini adorant, & per illum Patrem; atq; hoc per vniuersum orbem, vbicunq; sint Christi cultores: *Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur Gentium.* Quale sit regnum, exprimitur apud Lucam à Domino, cū inquit: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & fregit: & quae sequuntur: Vbi panis consecrationē, & calicis benedictionem, impletionē Regni Dei; vel aduentum in illud vocat: quia per corpus Christi cum sanguine, & veneratione sumptum regnamus nunc per gratiam, regnaturi postea per gloriam. Domini est ergo regnum caeleste, quò non peruenitur, nisi à permanente in Regno Dei, & edente panem caelestem. *Et ipse dominabitur Gentium.* More Græco, Gentium dixit, pro Gentibus: Et Dominus regnat in nobis per fidem, quam habemus de tanto Sacramento. Ideò sequitur: *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ.* Illa coniunctio; Et, causam indicat, & Quia significat

Expenditur id: Viuet corda eorum.

Ibidem.

Quid remittitur Deū timentes in Ecclesia.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Quomodo illud impletur: Et adorabunt in conspectu eius vniuersa familia Gentium.

Quale Domini sit Regnum, atque dominium.

Luc. 22.

In Domini Regnum peruenit quis.

Quo pacto Deus regnet in nobis.

Quomodo accipiendum: Manducauerunt, & adorauerunt, &c.

Pingues terræ qui dicantur.

Quid est: In conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.

Act. 2.

Quid itē: Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.

Quomodo accipiendum: Annuntiabitur Domino generatio ventura.

Qui caeli annuntient iustitiam Dei.

Et est sensus: Manducauerunt fructuose, quia prius adorauerunt: non quidē cōmunem panem, quia superstitio esset, & panis, communis post consecrationē non est, sed Christū contentum sub panis speciebus. Pingues terræ dicuntur, aut Reges, & Principes, aut opulenti, & diuites, aut oleo diuinæ gratiæ impinguati: quia omnes venerabūdi assistunt sacrificio Missæ. *In conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.* Hoc est, Eum colent, ac venerabuntur vniuersi mortales, qui in terram, & puluerem dilabuntur; vt per talem honorem Christo exhibitū, digni sint qui à Christo excitentur. Vnde in Actis, Eucharistiæ sumptio in fractione panis designata cōiungitur cū doctrina Apostolorū, & orationibus. Et subiungit: *Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.* Id est, Ego per te suscitatus morte deuicta, vita spiritali in gloria immortalitatis viuā coram te, & vitam inspirabo omnibus me dignè manducantibus. Et propterea semen meum, id est, Vniuersi filij mei, siue vniuersi fideles, qui crediderunt in nomen tuum, tibi fidelem, & obedientem seruitutem praestabunt. Et vltimò, subiungit: *Annuntiabitur Domino generatio ventura; & annuntiant caeli iustitiam eius populo qui nascetur, quē fecit Dominus.* Prima pars huius versus est: Annuntiabitur Domino generatio ventura; Id est, praedicatione, & annuntiationem de Deo, & de filio suo redemptore, & Sacramenti institutore suscipiet generatio fidelium. Cui fauet quod sequitur: *Annuntiant caeli iustitiam eius.* Id est, sancti Apostoli mei, viri planè caelestes populo illi no-uo, qui adhuc nasciturus est, & per Apostolicam praedicationem in baptis- mate, & fide est generandus, Annun-

tiabunt autem Messiae iustitiam, quā in cruce pro nobis redimēdis pendit, & qua omnes baptizatos induit, & quam pro nobis alendis, & confirmādis per Eucharistiam indes maiore, ac confirmatiorem reddit. Nec mirū quòd verbum illud, Annuntiabitur, passiuè accipiatur. Nam in Euangelio dicitur: *Pauperes Euangelizantur;* id est, Pauperes bona, & læta nuntia accipiunt: atque huic expositioni arridet paraphrasis Chaldaea, quē habet hoc loco: *Semen Abrahae seruiet corā eo: annuntiabit virtutem fortitudinis Dei generationi venturae.* Hæc ibi. Dicitur autem de hac generatione venturā, quòd nascetur, & quòd eam fecerit Dominus, siue creauerit: nasci naturā est; creari verò, artis. At verò quia in baptismo ita noua efficiuntur creatura, vt in filios adoptionis recipiamur; videtur ars creandi ad naturam aliquo modo accedere, & ita vocamur geniti, & facti, siue creati: Nam ita dixit Paulus: *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus.* Illud verbum, *Cæli,* neque in Hebræo, neque in Græco habetur, neq; in Patribus Græcis, qui hūc locū exponunt: non tamen sensum vitiat, imò potius illuminauat. Nos igitur vt tantis fructibus per Messiam nobis comparatis perfrui valeamus, demus operam, vt frequentem mysteriorum Eucharistiæ, in quo recolitur memoria passionis eius, & Euangelicam annuntiationem læti excipiamus, atq; in alios illam effundamus; vt grati de tanto beneficio existamus, & gratiam æternam consequamur, praestante Iesu Christo Domino nostro, cui cū Patre, & Spiritu sancto, ab vniuersa creatura, praesertim angelica, & humana, laudes decantantur in sempiternis seculis. Amen.

Matth. 11.

Nasci, & creari differunt.

Ephes. 2.

Fructus redemptoris per Messiam comparatos vnde participabimus.





TRACTATUS IX.

In quo exponitur Caput LIII. Esaiæ Prophetæ, quod Passionem Domini, ac mortem cum eius fructibus eleganter, & ad amussim nobis describit: quod incipit: Quis credidit auditui nostro? & brachiū Domini cui reuelatum est?

Quam clare atque perspicue Esaias de Christo sit vaticinatus.

ESAIAS sanguinis nobilitate potens, sed vaticinandi gratia maior atque præstantior, res Christi longo post tempore futuras, & ante prænouit, & eas tam perspicuo atque eleganti dicendi charactere persecutus est, ut magis videatur historicus aliquis aut Euangelista, quam propheta. Vsq; adeo enim aperte, ac planè quæ in historica serie Euangelistarum continetur, describit, ut possis dicere, quemadmodum quidam eruditus, & Catholicus Esaias interpres de hoc capite scripsit: Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Esaiam. Cū igitur multa de tempore eius aduentus, deq; ex sancta Virgine conceptio, ac de signis, prædicatione eius, atq; præcursoris prædixisset, eius tandem acerbissimam passionem, ac fructus, quos ex ea colligunt fideles, in hoc Cap. LIII. describit. Quod autem hæc quæ in hoc Capite continentur, ad Messiam Dei Filium spectent, solidum est argumentum, prædicta hæc omnia mirifice cū historia passionis conuenire, ita ut ne minimum quidem verbum, aut apicem in eius morte non impletum legere non valeas. Deinde idem probat, quod Euangelista Matth. Marc. & Luc. quædam huius Capitis testimonia producit in Christi passione. Ad hæc Philippus Diaconus cū occurrisset Eunucho legenti hunc locum Esaiæ: Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondeute se sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est.

Esaiæ 53. Caput solum ad Messiam pertinere, ostenditur.

Matth. 8. & 26. Marc. 15. Luc. 22. Act. 8.

Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius: ac dicenti, Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? De se, an de alio aliquo? Tunc Philippus aperiens os suum, incipiensq; à Scriptura ista, Euangelizauit illi Iesum. Paraphrastes etiam Chaldaeus manifestè de Messia interpretatur hoc Caput; ita ut planè sit cæcutire, ac in media luce caligare, Iudaica perfidia aliter quam de Messia interpretari.

Stultum autem est, atque omni exploratione dignum, quod tradit Rabbi Salomon, totum hoc Caput ad populum Iudæum in captiuitate existentem spectare. Quasi sint vnus homo, & Filius Dei, sicut dicitur in Exodo: Filius meus primogenitus Israel. Sed hæc sententia conuincitur in primis falsa ex solida autoritate Chaldaei paraphrastes Ionathæ, quam antiqui Talmudistæ putant esse traditam ab Aggæo, Zacharia, & Malachia prophetis. Siquidem in fine præcedentis Capituli, cui sequens continuatur in illis verbis: Ecce intelliget seruus meus, in prædicta Ionathæ translatione additur, Messias: ibi enim debet incipere Capitulum, ut quidam codices habent, ut & exaltatio, de qua ibi est mentio, præcedat passionem. Et hanc interpretationem Ionathæ Talmudistæ omnes sequuntur, & Rabbi Moses Gerundensis super 29. Genesios, ubi sic habet: Rex Messias habet dare quod suum ad perendum miserationem pro Israel, & ad ieiunandum, & humiliandum se pro eis; sicut scriptum est: Ipse

Stultum plane & insipiens rabbinus Salomonis hoc de loco Esaiæ committit. Exod. 4.

Ionathæ translationis locus.

Rabbi Moses Gerundensis.

aut em

Primum argumentum in eam interpretationem Rabbinus Salomonis de populo Hebræo in captiuitate posito.

Secundum argumentum.

Exod. 32.

2. Cor. 3. Tertium argumentum.

Esaiæ 59. Ieremia 9.

Quartum argumentum.

Orig. 10.9.

autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Præterea, ut ex verbis ipsis argumenta colligamus: Quomodo populus Israel attritus est propter scelera nostra? Quæso, Propheta, cuius personam sustinens loquitur? Non quidem populi Gentilium, quia non puniuntur Iudæi pro nobis; neque hoc ipsi possunt dicere, quoniam ipsi putant nos esse destruendos propter ralem afflictionem, quam patiuntur. Deinde textus dicit: Propter scelus populi mei percussus est, Si ergo populus captiuus est propter peccata sua, ut ipsimet fatentur, quomodo ergo propter peccata nostra? Nam Rabbi Salomon dicit, propter peccatum vituli in deserto, alij propter peccata varia singulorum, & alij propter peccatum occultum, nec illis reuelatum, quia velum adhuc habent. Tertio, quomodo oblati sunt quia ipse voluit? Et quomodo sicut quis ad occisionem ducitur? Et non est facile enarrare generationem populi illius. Et quomodo peccatum non fecit, nec dolus est inuentus in ore eius, de quibus ait: Iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum; & Ieremias: Docuerunt linguam suam loqui mendacium, ut inique agerent, laborauerunt. Quarto, quomodo pro transgressoribus rogati, quando in eorum synagogis explicitè orent, ac dicant: Omnes hæretici subito pereunt? quod exponunt de Nazarenis ipsimet eorum Rabbinus. Porro si Propheta sustinet personam populi Iudæorum, quædo illa narrat, quæ congruentia sermonis est ista, quod loquatur populus de seipso tanquam de tertia persona; & quomodo non inuenitur dolus in ore tam sancti populi? Cū igitur hæc illi populo conuenire minimè possint, fit, ut de altero necessariò intelligatur. Cū autem Messia omnia ad amussim quæ drent; cogimur de illo tantum, reprobata Rabbinorum sententia, qui ex prophetia historiam faciunt, præsens caput explicare. Quemadmodum Origenes lib. primo in Celsum Philosophum Iudæos refellit, qui hoc caput ad populum Iudæorum referebant, &

hæc omnia de illo explanabāt. Quod porro Santes Pagninus existimat, exitibus populi peccatis interfectum Cyrum deseri, eod quod postea sub Cambyse deterius habuerint Iudæi, impedita tunc, & diruta templi ædificatione, quæ iam erat inchoata, teste Daniele; & quod sub Cyri morte data sit Prophetæ desendi Christi passionem causa, cui soli competit horum verborum sublimitas, & veritas, nimis est rabbinicum, & literale; cū multa sint, quæ illi quadrare non possint, ut quod peccatum non fecerit, nec dolus sit inuentus in ore eius; & quod sicut ouis ad occisionem ducetur, & non aperuit os suum; & quod, si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum; & Iudæi haberent quod enaderent, ne hæc de Christo acciperentur.

Sed iam ad textus expositionem accedamus. Quod ut commodius faciamus, ab eo nobis loco capitis præcedentis inchoandum est, ut diximus. Ita enim inchoandum esse caput ab eo loco veteres Patres tradiderunt, ut Iustinus Dialogo in Tryphonem, Origenes libro primo con. Celsum, Augustinus libro primo de consensu Euangelistarum cap. 3. & de Ciuitate Dei libro 18. cap. 29. qui hæc verba coniunctè cum superioribus legunt, & vnus sensus esse perhibent. Ecce, inquit, seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Nam ab eo loco, ut monuimus, sumendum est initium huius capitis. Cū enim in superioribus verbis Propheta de populo Iudaici liberatione à captiuitate Babylonica per Cyrum sermonem habuisset, ut Hebræi, quos sequitur Thomas, docent, saltat, ut moris est Prophetis, ad liberationem spiritualem à peccatis futuram per Messiam, qui in Cyro designatus fuit, dicens: Ecce, intelliget seruus meus, &c. At Hieronymus, & ceteri ferè omnes interpretes Pauli vestigijs inhaerentes, non de Iudæis, sed de Apostolis præcedentia iuxta literam consequentiam interpretantur: quibus præcipitur ut recedant de Ierusalem, & in toto mundo Euangelium prædicent: dicente Domino:

Santis quoque Pagnini incepta interpretatio rejicitur.

Danielis 9.

Iust. mart. Orig. 10.2. Aug. tom. 4. Idem tom. 5.

B. Thomas in Esaiam.

Hieronymus tom. 5.

Rom. 10.

Matth. vlt. *Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & reliqua. vt, nequaquam cum Iudæis obstinatis maneāt, in quorum necem Romanus paratur exercitus, sed pollutos derelinquant, & separentur ab eis: & mundentur qui portant vasa Domini, hoc est, Sacramenta nouæ legis, & Sripturas. Et addit: Quoniã non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: pracedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel, &c. Vult dicere; Quia non vt victi de Ierusalem, sed vt victores recedatis. Et mox proponit prædicta verba: *Ecce intelliget seruus meus.* Verbum illud, *intelliget*, Hebraicè Iaschil, significat, prudenter agere: & intelligere interdum ad actionem potius, & ad voluntatem, quàm ad intellectum refertur. Et vocat Christum propter humanitatem assumptam seruū suū, ob verbi ministerium, docendique munus. Et ita dicitur apud Zachariã: *Ecce enim ego adducam seruum meum Orientem.* Idem quoque Esaias alibi inquit: *Ecce seruus meus, suscipiã eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea.* Messiam ergo seruū vocat suū, quia reuera exinaniuit semetipsum, vt Paulus ait, formam serui accipiens. Sed ne quisquam existimaret Messiam esse purum hominem, subiungit: *Et eleuabitur, & sublimis erit valde.* Pro quibus Ionathan Chaldæus hæc verba reddidit: *Ecce, prosperebitur seruus meus Messias, exaltabitur plus quàm Abraham, eleuabitur plus quàm Moyses, & sublimis erit valde, plus quàm Angeli superiores.* Hæc ille. Quod si Messias sublimiorem habet substantiam ipsis superioribus Angelis; aperte ostenditur diuinam habere naturam, secundum quam Deus est: Non enim rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Igitur quia bene omnia cum sapientia & intelligentia fecit, propterea in altum extolletur, & celebrabitur à nobis vt Deus, ac Dominus, & vt mundi redemptor ac saluator: ita enim exponit Cyrillus hunc locum.*

Sed ne quid dissimulem, sunt alij, qui per exaltationem & eleuationem

hanc intelligunt mortem crucis, nam ita ipse mortem solet appellare: *Sicut Moyses, inquit, exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis, & rursus: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Neque hic sēsus à priori dissidet, si rectè perpendas: nam per illam mortem, quam exaltationem vocat, triumphauit de morte, mundo, & diabolo; & quando videbatur abiectus, & humiliatus, erat eius gloria sublimis: quæ admodum arca Dei in templo Dagonis cum videbatur abiecta, & victa, tunc erat eleuata, & gloriosa, & de Dagon mirabiliter triumphabat. Vocatur autem mors Christi exaltatio: quia pro nobis moriendo suam bonitatem, charitatem, & iustitiam, atque aded diuinitatem indicauit. Sicut ipse dixit: *Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Sequitur: *Sicut obstupuerūt super te multi; sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.* Videntur hæc dicto sensui de exaltatione crucis quadrare. Estque sensus: Sicut multi Christi doctrinam, & miracula admirabuntur, qui nondum erant exæcati, dicentes: *Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? & vnde huic sapientia hæc, & virtutes? & Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? sic multi obstupescunt videntes eius faciem vulneratam, alapis percussam, sputis commaculatã, & sanguine conspersam, eiusque pulchritudinē deformatam. Et quod ait: *Sic inglorius erit inter viros;* intellige, præ ceteris viris, sicut illud quod sequitur, Inter filios hominum, id est, præ filiis hominum: nam in vtroque Hebræa litera habet mem comparatiuum. Vt sit sensus: Si ad alios homines illū compares, erit inglorius & obscurus. Quanquã hæc verba nonnulli antiqui de humili & contempta forma, quam Christus assumpsit per incarnationē, intelligant: qua grauitè offensi Iudæi, diuinitatē eius inficiati sunt, inter quos Clemēs Alexandrinus libro Stromatū ita scribit: *Iam verò Dñs non frustra voluit vti vili & humili forma corporis: ne quis speciē laudās, & admirās pulchritudinē,**

Ioan. 3.
Infra 12.
Nume. 21.

1. Reg. 5.

Mors Christi
curexaltatio
nominetur.

Matth. 8.
Infra 13.
Ioan. 7.

Tertius sensus.

Clem. Alexand. lib. 6
Strom. multo post med.
Quare Christus vili & humili forma corporis esse voluerit, teste Clemete.

Iaschil Hebraicè duo significat.

Christus Dei seruus ab Esaiã cur vocetur.

Zachar. 3.

Esaiã 42.
Christus quãdo primū seruus Dei fuerit.
Philip. 2.

Ionathæ Chaldæi translatio

Christi præstantia & excellentia.

Ibidem.
Quid hæc Messie exaltatio & eleuatio sibi velit.

Cyrillus in Esaiã.
Alter sensus, nec ineptus.

absistat ab ijs quæ dicuntur, & attendens ijs quæ relinquuntur, abducatur ab ijs; quæ percipit intelligentia. Hæc ille, cuius sententiæ subscribit Cyrillus enarrās illum locum: *Speciosus forma præ filiis hominum.* Et B. Hieronymus in hæc verba ait: *Et hinc erit maius miraculū, quod inglorius erit inter homines aspectus eius: non quod formæ significet felicitatem, sed quod in humilitate venerit, & paupertate. Qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est, & credentibus dixit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde; de quo & Clemens vir Apostolicus, qui post Petrum Romanã rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthios: Sceptum Dei Dominus Iesus Christus, non venit in iactantia superbiæ; cum possit omnia, sed in humilitate; in tantum, vt verberatus à ministro sacerdotis, responderit: Si male locutus sum, argue de peccato, si autem bene, quid me cadis.* Hæc ille.

Sequitur in Propheta: *Iste asperget Gentes multas, super ipsum continebunt Reges os suū.* Sermo est de aspergione, qua ea, quæ expiantur, aspergi solebant; nam summus Sacerdos in veteri Testamento aspergebat digitò septies contra tabernaculum. Christus igitur per Apostolos suos missos in vniuersum orbem ad plantandam Ecclesiam, tripliciter Gentes aspergit: tum doctrina verbi sui quasi per ora Apostolorū effusa, secundum illud: *Concresecat in pluuiam doctrina mea, sicut vt ros eloquium meum.* Deinde aspergit virtutē sanguinis sui peccata omnia expiatis per baptismum, & reliqua Sacramenta, quæ sanctificant hominem. Postremo, tanta virtute Spiritus sancti quasi aqua saluari Gentes aspergit, vt de illis dicat Dominus: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Addit deinde, quod super ipsum continebūt Reges os suum, siue, vt Hebraicè habetur, claudent. Sensus est: Eri à quibusdam fuerit contemptus, alij tamen tanta afficientur admiratione audita Christi morte, & visis Apostolorum miraculis in eius morte factis; vt non possint pro dignitate laudare eius consilium, misericordiam, & charitatem; & tacebunt admirantes; diuinam eius mag-

Cyrrill. li. 8
Theaur. c. 2. aliquãto ante mediū
tomo 2.
Psal. 44.
Hierony. in Esaiã cap. 52. tom. 5.
2. Cor. 8.
Matth. 11.

Clem. Rom. vir Apostol. Dei sceptum Dominus Iesus Christus.

Ioan. 18.

Gentes tribus quot modis Christus aspergit.

Leuit. 4.
Deuter. 32

Ioan. 7.
Deuter. 18.
Ioel. 2.
Act. 2.

Clem. Alexand. lib. 6 Strom. multo post med. Quare Christus vili & humili forma corporis esse voluerit, teste Clemete.

nificentiam oratione consequi non valentes. Nam sicut Hebræis aperire os super aliquem, est contumeliosè debacchari in aliquem, vt Iob 16. & Psalm. 108. dicitur, *Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est;* significatque audaciam, & procacitatē, siue inuercundiam, vt apud Ezechielem 16. ita cōtinere se, & comprimere os, est pudoris & subiectionis, siue etiam admirationis. *Quia quibus non est narratum de eo, viderunt, & qui non audierunt, contemplati sunt.* Prophetæ Gentes suscepturas Christum. Nam illæ, quibus non contigit legere Moysen, aut Prophetas, sed solitæ erant legere Aristoteles, & Platonēs, isti, inquam, per fidem viderunt. Beati enim, qui non viderunt, & crediderunt. Qui etiam non audierāt, neque fidē vllam de Messia conceperant, illi ipsi Messiam agnouerunt, atque eius mysteria magna cum fide & gaudio contemplati sunt. Ab hoc loco incipiūt verba capitis 53. secundum lectionē nostram: *Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Septuaginta interpretes, vt notat Origenes in epistolam ad Romanos, addiderunt in principio verbū, Domine, ad maiorem intelligentiam, & ita citatur à Ioanne Euangelista cap. 12. & ab Apostolo ad Romanos 10. Et quia cum hæc locutus fuisset Pater enarrando magnitudinem Messie, ita ab hoc loco intelligamus loqui Prophetam, aut reliquorum Prophetarū, & Apostolorum chorū: qui admiratus de Iudæorum credentium raritate, & paucitate, in hæc verba prorumpit. Tertullianus libro in Praxea vt probet duos dominantes (adiectiuè videlicet, non substantiuè, ita enim veteres olim Patres loquebantur, id est, duos, dominium habentes) virtutē hoc testimonio: *Dixit Dominus Domino meo, &c. & Domine, brachium Dñi cui reuelatum est? Non enim hoc dixisset, nisi Dominum Patrem, & Dominum Filium intelligi voluisset.* Diceret enim: *Brachium tuum cui reuelatum est; non diceret: Brachium Domini.* Quod si neges, Hebraicè esse, Domine, a principio habemus. 72. qui duos dominantes agnos-*

Aperire os Hebræis quid sit.

Cōtinere se, & comprimere os quid sit.

Esaiã de Genitum conuersione vaticinationo.

Ioan. 20.

His verbis Esaiã: Quis credidit auditui nostro? cur additū à 70 verbū, Domine. Orig. in cap. 10. ad Rom. 1. tomo 2.

Tertull. lib. in Praxea.

Psal. 109.

Non enim hoc dixisset, nisi Dominum Patrem, & Dominum Filium intelligi voluisset. Diceret enim: Brachium tuum cui reuelatum est; non diceret: Brachium Domini. Quod si neges, Hebraicè esse, Domine, a principio habemus. 72. qui duos dominantes agnos-

Esaias 54.
Chryf. hom. 3. tomo 5.
 Quare Esaias non dixerit: Quis credidit doctrinæ nostræ sed auditui nostro. Audit⁹ quid significet. Rom. 10.

Esaias 28.
Habacuc 3.
 Messias esse brachij nomine à Prophetis designatur. Esaias 51. Psal. 97. Luca. 1.

Simila.
Infra. 11.

Secunda ratio
Ioan. 1.

Psal. 88
 Tertia ratio
 Quomodo Christus nos amplexatus sit. Cant. 2.

erunt Patrem, & Filium. Sic ille. Quis ergo credidit auditui nostro? nam de multitudine Gentilium, qui fidem erant amplexuri, statim à principio capitis voce gratulatoria loquitur, cum ait: Lauda sterilis, qua non pariebas: quoniam multi filij desertæ magis quam eius qua habebat viram, dicit Dominus. Expendit Chrysostomus Homilia, Quod Christus sit Deus, non dixisse Prophetam: Quis credidit doctrinæ nostræ, sed auditui nostro, eo quod nil proprium Prophetæ loquantur. Per auditum ergo intelligit doctrinam metaphoricè eorum quæ fide percipiuntur, & prius audiuntur, iuxta illud: Fides ex auditu; auditus autem per verbum Dei; siue quod ea, quæ prædicant Prophetæ, & Apostoli, reuelante spiritu Dei audierunt. In hunc sensum idem Prophetæ alibi ait: Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? & Habacuc: Domine audiui auditionem tuam, & timui. Porro familiare est Prophetis per brachiū Domini Messiam intelligere, de quo idem Esaias paullo ante dixerat: Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini, & David: Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius, & beata Virgo: Fecit potentiam in brachio suo. Nam ut brachium eiusdem est naturæ cum corpore, à quo oritur; ita Filius eiusdem est substantiæ cum Patre, à quo producitur: sicut digitus, qui ex brachio procedit, eiusdem est cum eo naturæ, ita Spiritus sanctus, qui à Patre per Filium oritur, eiusdem cum ipsis essentiæ. Adhæc ut per brachium operamur; ita per Christum, qui verbum est Dei, omnia facta sunt. Item ut in brachio est robur, & fortitudo; ita Christus Dei potentia, spiritus malignos puniuit; & omnes homines superbientes deiecit, secundum illud Prophetæ: In brachio virtutis tuæ disperdisti inimicos tuos. Præterea brachijs solemus amplexari eos, quos diligimus; ita Christus per incarnationem nos omnes amplexatus est, secundum illud: Laua eius sub capite meo, & dextera illius

amplexabitur me, & in cruce expansis brachijs emittit spiritum, ut omnes ad se venientes amplecteretur. Insuper in brachio fieri solet sectio venæ ad salutem totius corporis ad humores peccantes euacuandos: ita Christus, cum in se suscepisset causam nostram, & peccata nostra posuisset super corpus suum expianda, opus fuit lancea latus eius aperiri, quod exirent sanguis, & aqua, ad redemptionem, & abluitionem peccatorum. Et ut olim brachio extento eduxit populum de Ægypto, ita Christo in cruce exaltato diuina virtute sua quæ sub carne delitescerebat, operatus est salutem nostram, & eduxit nos ab Ægypto mystica peccati, & vera seruitute Pharaonis, hoc est, Satanæ. Postremo, brachijs utimur ad gestandum infantes, ac debiles, eosque protegendo, & seruandos: ita Christus brachium est Domini, quo pij, & iusti viri sustentantur, congregantur, atque proteguntur, dicente Esaias: In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit. Et in libro Sapientiæ: Dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos. Rectè igitur Dominus Iesus dicitur brachium Domini. Hoc brachium fuit velatum, quoniam in Humanitate diuinitas latebat: nec omnibus reuelatur, ob id quod homines diligunt magis tenebras, quam lucem. Brachium ergo Domini cui reuelatum est? Id est, pauci intelligent, Christum esse verum Deum, & verum hominem, & summum generis humani conditorem, & saluatorem. Et causa cur non credant Iudæi, erit ipsa Christi humilitas, & passio, qua excæcati sunt, ne viderent tantam Dei gloriam. Utitur verò præteritis pro futuris, quemadmodum multis alijs in locis; ut vaticinationis firmitatem ostendat.

Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut de terra sitiens. Progressus Messias qualis extiterit coram Deo Patre, hac metaphora declaratur. Solent enim magnates, & Principes ingressus ac progressus suos magnos

Quarta ratio

Ioan. 19.

Exodo 14.

Quinta ratio

Esaias 40.

Sapient. 5.

Christus brachium ut fuerit velatum, & quibus.

Ioan. 3.

Cur ferè verbis præteriti temporis utitur Prophetæ

Non iidem sunt progressus aliorum Principum, atque Domini Seruatoris nostri, & quales iuxta Prophetam.

facere,

Ioan. K. Hebraeis quid sonet.

Rom. 8.

Sexta Synodus.

Tertull. lib. 8. in Marc.

Euseb. li. 3. de demost. Euang. c. 2. tomo 1. Ioan. 1.

Aquila interpretres. Theodotio. Symmachus.

Hieronym. tomo 5.
 Quare Christus sicut virgultum ascendere dicitur.

Idem cur radicis arboris de terra sitiens, & inculta ortæ comparatur.

facere, atque exaltare sicut cedros Libani, & quercus Bafan: at Messias, qui est brachium, & potentia Domini, via opposita oritur tanquam virgultum, quod nil humilius, & abiectius, & sicut frutex ex arido solo. Vox Virgultum, Hebraicè dicitur פַּיִי, ionek, & est participium significans sugentem, aut lactentem, & per metaphoram Hebræi significant teneram plátulam, vel puerum. Deus enim venit in facie pueri sugentis vbera, & Paulus: In similitudinem carnis peccati; & in Actione octaua Sexræ Synodi. Adhæc dicitur Deus puer futurus, ut postquam factum esset, à pluribus non crederetur. Et citatur hic locus à Tertulliano libro contra Iudæos de claritate Gentium, & libro in Marcionem, Sicut puerulus, subaudi, apparuit: quia Verbum caro factum est. Eusebius libro de Demonstratione Euangelica, per ænigmata vaticinatur puerum Iesum. Ait enim: Annuntiabimus coram eo, quasi puerulus: id est, Annuntiabimus apparuisse Regem gloriæ puerum factum. Et subiicit, Aquilam vertisse. Prædicabitur ut lactens puer. Theodotio verò, Ascendens ut puer lactens coram ipso solo. Symmachus vertit: inter antiquos: Et ascendet sicut virgultum coram eo: quem secutus est Hieronymus. Nam sicut virgultum in hyeme est floribus, ac frondibus nudatum, sed habet intus virtutem, quam ostendit in Vere; tunc enim frondescit, floretque, & baccarum vbertate pulcherrimum apparet: ita Christus in natiuitate, siue in passione fuit contemptus, & incultus, sed adueniente Vere, hoc est, resurrectione sua, florentissimus, ac pulcherrimus apparuit. Comparatur rursus cum radice arboris, quæ nascitur in terra maligna, ac sicca, hoc est, siticulosa, siue deserta, ex qua tamen nutritur arbor, ac sustentatur, & ex ea procedunt arboris folia, flores, ac fructus. Radix nullam habet pulchritudinem, sed ex ea tota arbor producitur. Hæc arbor Ecclesia est, radix eius Christus, in passione sua despectus, acerbissimis contumelijs, ac doloribus confectus,

atque in medio duorum latronum constitutus. Ipse tamen arborem sustentat. Terra sitiens, humana natura peccato obnoxia, siue Iudæa arida, cæca, infrugifera. Pro sitiens, Pagninus vertit: Sicut radix de terra deserti; Aquila. Sicut radix de terra inania: vel sicut radix quæ est in Apocalypsi, quæ non est aliud quam sanctissima Deipara, ex qua natus est Messias; quæ deserta fuit ab omni hominum consortio; & terra prorsus absque via, per quam nemo vquam ingressus est, de qua Prophetæ dixit: Benedixisti Domine terram tuam; &: Veritas de terra orta est; ac rursus: Terra dedit fructum suum; & de qua idem Esaias dixerat: In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terra sublimis; & rorant: Rorate cæli desuper, & nubes pluuant iustum: aperietur terra, & germinet saluatorem; & iustitia oriatur simul. Vides igitur qualem fructum produxerit terra hæc deserta, & inuia: Huius terræ priuilegium, hoc est, virginitatem, ausus est impius Heluidius commaculare, haud aliter atque Herostatus ille, qui flagrans famæ cupiditate in nocte templum celeberrimum Dianæ Ephesæ combussit, quod nomen sibi gloriosum compararet, ut Valerius Maximus est autor; ita hic nefarius Heluidius cum rerum gestarum gloria nomen sibi comparare non posset, non templum sanctæ Dianæ, sed illud sacratissimum diuinæ Virginis fanum incendio suæ pestilentis hæresis auferre est machinatus. Notum autem est, quam parum vitoris, ac pulchritudinis habeant plantæ, ut quæ in arenosis regionibus oriuntur: contra verò quæ iuxta aquas plantatae sunt, de quibus habes apud Ieremiam cap. decimo septimo. Porro Dñs Iesus natus est ex Maria Virgine pauere, priuatamque vitam duxit triginta annos humilis, & ignotus, ut fabri filius inter homines egit; non opibus, aut amicis, aut honoribus clarus; adde quod, seclia non erat Pharisæus, aut Sadducæus; sed ut quibus alius è media plebe Galilæus. Ascendit ergo sicut furculus è

Matth. 27.

Pagninus. Aquila interpretres. Apocal. 5. Quenam sit radix de terra sitiens.

Psal. 84. Ibidem.

Psal. 66. Esaias 4.

Infra 45.

Heluidius il libarâ Mariæ Dei genitricis virginitatem negans; alteru se Herostatu prodidit impius, & scelestus.

Val. Max. lib. 8. c. 15.

Quales plantæ sunt arenosis in horris ponite.

Christi humilitas & paupertas. Matth. 13.

terra sicca in oculis Iudæorum. Vnde subdit: *Non est species ei, neque decor: & vidimus eum; & non erat aspectus, & desideravimus eum.* Id est, ille omnium pulcherrimus, & de quo dicitur: Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labijs tuis, pro nobis percussus fuit, flagellatus, ac vulneratus, & vsque adeo deformatus, ut non haberet speciem, neque decorem. Quod animi oculis intuens Propheta, in hæc tristitia ac flebilis verba prorupit: *Non erat species ei, neque decor:* sicut alius Propheta eum describit, dicentem: *Ego autem sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Vel, non erat species ei, neque decor, ille scilicet, de quo: *In principio erat Verbum, vel: Qui cum in forma Dei esset.* Hæc est species, & gloria, quæ non videbatur, quia dicebant: *Nomme hic est faber, vel fabri filius? Nomme bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* Et videtur hic præstantior sensus; quia nihil hactenus de passione dixerat. Quod dicitur, *Et desideravimus eum:* quidam referunt ad desiderium Prophetarum: hoc est, talem hominem, qui prima facie non videtur desiderabilis, Prophetæ tamen desideraverunt, iuxta illud: *Multi Propheta, & iusti cepierunt videre quæ videtis, & non viderunt.* Vel sensus est, Vidimus eum; & non erat aspectus, cuius gratia desideravimus eum: sicut planta, quæ specere, & decore caret, non expetit, neque desideratur, cum viderur. Vnde & quidam legunt: *Vidimus eum, & non erat aspectus, & non desideravimus eum:* nam vau post negationem, ut Grammatici Hebræi docent, repetit negationem superiorem. Et ita interpretati sunt Septuaginta interpretes. Nō secus atque illud: *Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendenti-bus in lacum;* interpretantur quidam repetendam negationem priorem per vau, id est, & similis non ero. Sic nos videntes Iesum; non putavimus esse brachium Domini, quod humilis, & abiectus esset, neque habere quicquam videretur, cur eum pro

Messia, & redemptore vellemus. Ex-primit enim Propheta in se populi sensum; & iuxta Hebræicæ linguæ proprietatem, formam vocat, quod quæ formosa sunt, oculos oblectent, & non habere visum, pro, deformate esse. Cum ergo Iudæi essent avari, gloriæque, ac dogmatum ambitio-sissimi, deformis erat eis I E S V pau-pertas, atque humilitas. Nec enim de delineatione vultus, aut corporis hic est sermo: nam etsi Saul esset pro-ceræ staturæ, & melior omnibus, filij tamen Belial despexerunt eum ob ig-nobilitatem, & paupertatem.

Sequitur: *Despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputavimus eum.* Non est periodus, siue novus versus apud Hebræos, vnde Santes Pagninus vertit: Despectus est, & abiectus inter viros: exponit-que præcedentia, quasi diceret: Ecce quid est esse sine aspectu, erat despi-cabilis in oculis hominum, nulla earum rerum, quas mundus magni faci-t, conspicuus. Nam vel ipsa eius scientia, quæ in pretio esse solet, quod eam non didicisset, scandalo eis erat, ut eum insanivisse putabant consanguinei eius, ut est apud Mar-cum. Hunc locum Marcus Euange-lista videtur referre, cum ait: *Quo-modo scriptum est de Filio hominis, ut multa patiatur.* Quod ait, novissi-mum virorum: Hebræicè dicitur, ces-satio, vel cessator virorum, id est, vltimus, & finis, seu minimus, & no-uisimus virorum, ultra quem non amplius vir: vnde de se dicebat, quod mi-nor erat in regno cælorum. Po-est & alia ratione dici cessatio viro-rum, siue abstinentia; id est, à quo viri abstinere, & cuius familiarita-te dedignarentur vti, ne nominis sui iacturam facerent. Hinc Nicodemus ad eum nocte accessit: & nemo ex Principibus, aut ex Pharisæis in eum credebat, & maledictam turbam di-cebant, quæ in eum credebat, illique adhærebat. Alij vertunt, deficiēs à vi-ris, & Septuaginta, Facies eius inho-norata præter filios hominū deficiēs.

Hebraismus.
Que forma, & species Christo aberat, & qui de cor.
1. Reg. 16.
Santes Pagninus.
Ioan. 7.
Marci 3.
Infra 9.
Hæc lectio Hebræicæ, cessatio, vel cessator virorū, pro, novissimus virorum expenditur.
Matth. 11.
Ioan. 3.
Infra 7.
Ibidem.
Versio quondam.

Psal. 44.
Quorsum id: Non est species ei neque decor.
Psal. 21
Aker sensus.
Ioan. 1.
Philip. 2.
Matth. 13.
Marci. 6.
Ioan. 8.
Quid sibi velit illud: Et desideravimus eum.
Matth. 13.
Alter sensus.
Simile.
Hebraismus.
Psal. 142.

Sic etiam Tertullianus libro contra Iudæos, & Augustinus libro decimo octavo de Civitate Dei capite vigesimo nono. Et ita declaratur novissimus virorum. Euthymius in Pano-plia exponit: *Deficiens præ filiis hominum:* quia defecit clavorum dolore prius quam alij latrones defecerint, qui simul in crucem sunt acti; & ided latronum fracta sunt crura; Domini non sunt fracta. Quod ait, *Virum dolorum:* idem est cum eo quod sequitur, scientem infirmitatem, id est, ex-pertum, & sensum eius probe habentem. Nam defatigabatur itinera pe-dibus conficiens, inedia, & siti labo-rabat, flebat sæpius, ridebat nunquam, & cum tot peccata cerneret, inquit zelo Dei æstuabat, suspiria trahebat, & amaritudinem animi indicabat. Et nemo præter Christum in Scripturis vir dolorum appellatur. Nam et si Abel afflictus sit à Cain, Isaac ab Is-mael, Iacob ab Esau, Ioseph à pro-prijs fratribus, David à Saule, & mul-ti alij in acerbissimis calamitatibus sint versati; sed inter omnes solus Christus vir dolorum dicitur; quoniam illi suos dolores ferebant, Chris-tus vero suos, & omnium. Quod Propheta paulò post explicat, dicens: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.*

Athanasius libro de Humanitate Verbi, ait describi his verbis, & se-quentibus iniurias gravissimas Chris-to illatas, ne Iudæi errorem, vel ig-norantiam excusarent, admoniti tot antè annis impietatis tantæ.

Subdit: *Et quasi absconditus vultus eius, & despectus.* Quia, ut exponit Hieronymus, hoc factum est, ut in humano corpore diuina potentia ce-laretur. Vnde dicebat: *Neque me sci-tis, neque Patrem meum.* Hebræicè legitur, & quasi absconditio facierum ab ipso, ut sit paraphrasis lepræ: nam & leprosi aperire solebant faciem, & qui eos habebant obuiam idem face-re horrores gratia consueverant.

Subdit: *Vnde nec reputavimus eum.* Id est, nullo eum honore dignum duximus.

Ac subdit: *Verè languores nostros*

ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Innocentiam, & iustitiam Christi ostendit, ne quisquam existimaret, eum ob peccata sua percussum. Ex-plicat ergo, Iesum nullam culpam admisisse, ob quam supplicio dignus esset: at voluit pro nobis pati, ut à nobis debitam pestem arceret. *Lan-guores nostros.* Non suos, hoc est, Peccata nostra ipse tulit: & dolores nostros, id est, supplicia, quæ pro scelere nostris merebamur ipse portavit. Et hoc non ficit, sed magi-nariè, sed verè, & re ipsa, quæ non rapuit, exoluens. Et pro eo quod Esaias ait: *Verè languores nostros ipse tulit,* Petrus dixit in prima sœpi-stola: *Peccata nostra ipse portavit in corpore suo super lignum.* Vbi vides, peccata esse animi languores, & in-firmitates, quas Christus pro nobis tulit. Etsi autem à Matthæo hæc ver-ba producantur ad probandum quod Christus depelleret morbum agra-tudines: non repugnat dictio Petri, quia vnus & idem locus Scripturæ potest duos sensus literales habere. Vel: Non tantum Christus tulit lan-guores nostros, id est, peccata, sed etiam dolores, hoc est, supplicia, & penas peccatorum, inter quas erant febres, atque alia corporum mole-stia, atque agrotationes. Vnde Orige-nes in caput octavum, & decimum quintum epistolæ ad Romanos, duobus in locis, ad morbos corporis, & animi refert hunc locum: & libro primo contra Celsum, his, & sequen-tibus refellit, qui hoc caput ad popu-lum Iudæorum referebant.

Et nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Vnde mundi iudicium: cum ille vulne-ra multa pro nobis sustineret, ut à nobis auferret ægritudines, & dolo-res, non vi medici, qui vix sine dolo-re ægotantis medentur, sed veluti si manu acciperet morbos ac propel-leret: cæci tamen Iudæi, quorum personam induit Propheta, eum ve-luti leprosum, & à Deo percussum reputarunt. Et pro leproso, in He-bræo est, tactum: quæ loquendi forma uti consuevimus, cum argentē pilagā

Tertullia.
Augustinus
tomo 5.
Euthym. in
Panop. par.
1. tit. 8.
Ioan. 19.
Mestas cur
dicitur Vir
dolorum, &
sciens infir-
mitatem; &
cur hoc vni
Christo in
Scripturis
tribuitur.
Genes. 4.
Infra 21.
Galat. 4.
Genes. 27.
Infra 37.
Alter inter-
pretatio, ma-
gni nimirum
Athanasij.
Quare abso-
ditus Messis
vultus ab Es-
saiæ dicitur.
Hieronym.
Ioan. 8.
Leuit. 11.
Christus Iu-
dæis quæ vi-
lis fuerit atq;
contemptus.

Verè ille cur languores nostros dicitur tulisse, & dolores nostros ipse portasse.
Quos læguores ille, & dolores tulit nostros.
1. Petri 2.
Matth. 8.
Matthæi Euā-geliste, hunc locum Esaiæ ad infirmos, cum Petro A-postolo ad iu-firmitates animi referre te, cōciliatio
Iudæorum cæcitas & in-gratitudo in Messiam re-demptorem quanta.
Christus vti percussus à Deo, & humi-liatus.

Iob. 19.

Iudæorum insignis stultitia, & impietas.

Quid mysterij habeat lectio Hebraica: Percussu Deum, &c.

Habacuc 3.

Duplici exempli diuinitas ostenditur in humanitate separabili.

Aquæ in scripturis quid sæpe significent.

& quæ non naturæ vitio, sed peculiari Dei immisione euenerit, significa mus. Vnde patētissimus Iob se manu Domini tactum dicebat: & vulgus cum ingentem aliquam calamitatem accipit, se à Deo tactum indicat. Humiliatum etiam dixit, pro, ope destitutum. Hæc iam de passione Domini videntur accipienda: cuius illi, etiam si non ignorarent se autores esse, credebant tamen hominem quempiam tam dira pati vix posse, nisi à Deo esset destitutus propter insignia sua flagitia. Ac vide stultitiam, occulta Dei iudicia rimabantur, ac Deo peccata sua imputabant, & non se, sed Deum ipsum tantorum scelerum, ac immanitatis autorem existimabant: quare Propheta simul & Dei beneficentiam, & præposterum Iudæorum iudicium coniunxit. Quod si quæreres, Propter quid ergo fuit iudicandus? Respondet: *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.* Hic considerandum est, quod dicitur, percussus à Deo, in Hebræo haberi *דָּוָהּ הָרַחֵם* id est, percussus Deum. Et nulla est præpositio, qua voluit vates ostendere, Christum, esse verum Deum, & verum hominem. Nam diuinitas erat in humanitate occultata, iuxta illud Prophetæ Habacuc: *Ibi abscondita est fortitudo eius.* Nam vt Sol cum nube tegitur, splendorem suum non amittit, sed ad nos illum mittere impeditur: sic Christi Deitas in humanitate illa, quam induit, fuit abscondita, non tamen à corpore, nec ab anima separata. Deus ergo erat ille, qui in cruce perpeffus est, non quidem in seipso, quia sic pati nequit, sed in natura humana, quam ad Verbi hypostasim assumpsit. Nam sicut filapidem ignitum in medium fluminis proiecias, extinguetur quidem ignis, lapis autem integer permanebit: quoniam aquæ in ignem agere possunt, in lapidem verò nequaquam: ita Christus constitutus in medio afflictionum, quæ in aquis significantur, iuxta illud: *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam,* passus est quidem in humanitate, in quam aquæ

afflictionum, atque hominum impietates agere poterant, diuinitas autem impassibilis permanfit. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostra super eum.* Id est, Non eum percussit Dominus, vt impij suspicabantur, propter eius peccata, quod seductor esset, &c. sed pro culpa nostra attritus est. Vel simpliciter, ab iniquitatibus nostris: nostræ enim iniquitates illum ligno affixerunt. Accipitur hoc loco disciplina pro flagello, seu castigatione, quasi diceret: Supplicium, quod ipsi merebantur, ipse tulit propter pacem nostram: ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & vt ad Colossenses ait idem Apostolus: *In ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Subdit: *Et liuore eius sauari sumus.* Scinditur vena nostræ salutis, vt durities cordis nostri scindatur: percussus Christi latus, vt cor nostrum cuspide diuinæ charitatis pungatur: plebotomia fit in capite, vt totum corpus ægrotans sanetur. Subiungit: *Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Quia superius significauerat pace non carere, declinat quo pacto res nostræ essent labefactandæ. Omnes, inquit, erraueramus veluti oues absque pastore, neque erat qui nos in officio contineret: vnusquisque impetu affectuum suorum ferebatur ad ea, quæ adluebant, non disciplina, non metu, non pudore, non spe à nostris cupiditatibus retinebamur: peccauerunt omnes, & gratia Dei indigebant. Diuina itaque manu opus fuit, quod res nostræ restitui possent: iram Dei in nos effusam emollire, & placare nemo poterat; consilium ergo diuinæ charitatis fuit, vt omnium nostrum iniquitates Christo, ac si earum autor fuisset, adscriberentur, & ipse pro his pœnas lueret atque ita Christus

Disciplina pacis hoc loco quid significet

Ephes. 2.

Colos. 1.

Quomodo liuore Christi sanati sumus.

Quare dicimur ab Esata oues errantes

Rom. 3.

pastor

IOAN. 14. Vt posuerit Dns in Christo iniquitatem omnium nostrum. Sanctes Pagninus.

Lectio 70. in terpretum huius loci. Rom. 8. Galat. 2.

Quomodo Christus sese ad patiendum comparauerit, teste Propheta.

IOAN. 10.

Habacuc 3. Quid sit illud Propheeta: Cornua in manibus eius.

Christus cor non aperuit os suum.

1. Petri 2.

pastor oues errantes super humeros suos adduceret, & per se, qui est vera via, ad cœlum perduceret. *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Quod manifestius est. Ita vertit Sanctes Pagninus. Dominus ad eum peruenire fecit pœnam omnium nostrum. Tamen verbum Hebræum posuit in eo, ad verbum est, incurrere fecit in eum, vel irruere eum eo, id est, Commisit eos veluti hostes, quod peccata nostra exercitus extiterint, qui in Christum Dominum irruerit. Vt significet, Dominum ab eis esse extinctum, quod ad humanitatem attinet. Septuaginta transtulerunt pro illis verbis: *Dominus tradidit eum iniquitatibus nostris,* id est, pro peccatis nostris, vt Paulus explicat ad Romanos, & Galatas. Et ita paraphrasticè exposuit illud: *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Adiungit: *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & tanquam agnus coram rudente se, obmutescet, & non aperiet os suum.* Describit modum, quo accessit ad mortem. Etsi ergo Christus sit abiectus, vel angariatus instar ouium, quæ ad sacrificium ducuntur, de quibus mox loquitur; tamen ex parte sua volens accessit ad mortem. Vt enim inquit ipse: *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à meipso: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Id etiam voluit significare Habacuc, cum de Christi cruce dixit: *Cornua in manibus eius,* quasi diceret: Non cornua crucis manus eius tenebant, sed manus eius tenebant crucem. Et ait: *Et non aperiet os suum.* Prouerbialis forma est pro eo quod dici solet, non est coquestus vel vno aliquo verbo emisso. Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste. Hæc Petrus accepit ex hoc loco, vt ad similem nos patientiam exhortetur. Et quod subdit: *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram rudente se obmutescet, & non aperiet os suum.* significat: Sicut quis cum ducitur ad mactationem, non aperuit

os suum: Christus enim in cruce & mactatus est vt ouis, & tonsus vt agnus: id est, spoliatus non tantum vestibus, & sanguine, sed etiam ipsa vita & bona fama. Christus autem in passione sua tacendo loquebatur; docebat enim patientiam, & rerum humanarum tolerantiam. Habuit Christus in cruce mansuetudinem ouis, & innocentiam agni, & voluntariè se obtulit ad mortem. Capite quinquagesimo dixerat Esaias Domini personam indutus: Ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percipientibus, & genas meas vellentibus: faciem non auerti ab inerepantibus, & conspuentibus in me. De hac tanta mansuetudine Sibylla quædam dixit: *Dabit autem ad verbera omnino innocens dorsum,* & infra: *Et colaphos accipiens tacebit.* Epiphanius in Antidicomarianitas: *Maria, inquit, datum est à Deo, vt pepererit nobis agnum, & ouem, & ex gloria ipsius agni, ac ouis, factum est nobis velut à vellere, in sapientia per virtutem ipsius, indumentum incorruptibilitatis. Sed & aliud de his cogitare admirabile est, de Eua, inquam, & Maria. Eua enim mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim ingressa est mors in mundum; Maria verò causa vita, per quam genita est nobis vita, & per hanc Filius Dei accessit in mundum. Et vbi redundauit peccatum, superabundauit gratia. Et vnde facta est mors, illinc processit vita, vt vita pro morte fieret. Paullò antè dixerat: Ab illa Eua omnis hominum generatio genita est in terra, hic verò verè à Maria hac vita mundo genita est, vt viuentem gigneret, & facta est Maria mater viuentium.* Hæc Epiphanius. De angustia, & de iudicio sublatus est, generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussus eum. Hæc iam videntur læta, & est sensus, vt Hieronymus exponit: Liberatus est ex afflictione, & iniusto iudicio sceleratorum, id est, de angustia interna, quæ fatis erat eum è viuis auferre, secundum id: *Tristis est anima mea vsque ad mortem: & de iudicio Pilati eum ad mortem tra-*

Christus cui & agno comparatur.

Sibyllæ de Christi patientia vaticiniū Epiph. her. 78. sub fine.

Mariæ cum Eua comparatio ex Epiphano.

Rom. 5.

Hieronym.

De qua angustia & iudicio Christus sublatus fit. Matth. 26.

dentis;

dentis: quoniam resurrexit & victor gloriosus ad Patrem ascendit, cum dixit: *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra*, Propheta dicente: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput*. Alij tamen ex Hebræo vocem illam, *de angustia*, accipiunt pro retentione siue carcere; vt sit sensus: A carcere, & à sententia sublatus est de medio; siue statim post vincula, & Pilati sententiam eum occidit. Explicat siquidem Propheta Iudæorum in Christi cæde celeritatem, quæ in edendo figurata fuerat, cum dicitur: *Et comedetis festinanter*. Et ita illud verbum, *Subtusus est*, idē valet, quod, *Pertractus est*, vel *raptus est ad mortem*. Et iuxta hanc expositionem, quæ syncerior videtur, nondum loquitur de lætis, & prosperis; maxime cum sequatur: *Quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussus eum*. Loco illorum verborum Septuaginta interpretes verterunt: *In humilitate iudicium eius sublatus est*. Quam lectionem sequitur Philippus in Actis, & ibidem Lucas Euāgelista. Et est sensus: Præ humilitate eius iudicium eius repulsum est ex consilio Iudæorum, & indicta causa traditus est Romanis. Nam vt Procopius ait, ex congregatione Iudæorum repulsum est eius iudicium, & traditus est Pilato: Pilatus remisit eum ad Herodem, hic rursus ad Pilatum: vnde constat vtramque hanc lectionem esse accipiendam, & variā fuisse in Hebræis codicibus: *Generationē eius quis enarrabit?* Si in prædictis verbis, *De angustia & de iudicio sublatus est*, Christi resurrectionem prædixit, posset per generationem reditum ad vitam significare. Vt sit sensus: Resurget quidem Christus, sed erit inenarrabile mysterium resurrectionis: nemo satis poterit modum illius reditus ad vitam humanis verbis explanare. Paulus namque in Actis de resurrectione explicat, id: *Ego hodie genui te*. Est enim supra omnem hominum captum, quo modo à priuatione ad habitum sit reditus, & quod maius est, quod à priuatione ad habitum præstantiorem, id est, corpus gloriosum, & immor-

tales fuerit regressus, & vt natum ex Patre ab æterno nouimus, & ex tempore à matre genitum confitemur: sed modum vtriusque generationis Christi, diuinæ, & humanæ scilicet, ignoramus: ira suscitatum à morte Christum asseueramus, modum resurrectionis vt ignotum prorsus, & incomprehensum asserimus; ita vt rectè dixerit, Generationem eius quis enarrabit? Vnde rectè subiungitur: *Quia abscissus est de terra viuentium*. id est: Vita eius per violentam mortem prærepta est; idcirco tanto est admirabilior eius resurrectio, quanto contra voluntatem eorum, qui interfecionis eius autores extiterunt, resurrexit. Et Dominus apud Ioannem mœrorem discipulorum de Christi morte, dolori mulieris parturientis comparat; gaudium autem resurrectionis componit cum gaudio mulieris iam nato filio. Sunt qui ita hunc locum explicent: Generationem eius, vel seculum eius, quod dicunt voce Hebræa, dor, significari, quis satis enarrabit homines illos tam perditos, gentem illam tam impiam, quæ manus intulit Filio Dei? Alij, vt Chrysostomus libro de incomprehensibili Dei natura, Basiliius lib. aduersus Eunom. & Clemens epistola ad Iacobum fratrem Domini, vt Cyrillus in libris Thesaurorum, Procopius, Eusebius libro de Demōstratione Euangelica, Athanasius libro de Humanitate Verbi, Iustinus in Tryphonem, Tertullianus in Iudæos de claritate Gētium in Christo Iesu ad generationem Christi diuinam ex Patre, vel ad eam, qua conceptus est per Spiritum sanctum, & genitus ex Virgine, atque in vnâ personam duæ substantiæ coaluerint, hoc censent referendum. Et ex hoc loco cauillabatur Iudæi; Christus cum venerit, nemo scit vnde sit, vel ex illo, Verè tu es Deus absconditus. Sed hic Iudæorum fuit error, cum prædictum sit vbi Christus sit natus, & vbi educatus. Sed de hac re ego latius libro tertio disserui: nisi pigeat, illum adire licebit. Additur præter hos & alius sensus huic loco magis congruens, & germanus, ac si dixerit: Quis poterit

Christus quo modo abscissus de terra viuentium.

Ioan. 16.

Alter sensus.

Tertius. Chrysost. Basiliius l. 1. in Eunom. Clem. epi. 1. Cyrillus l. 1. Theaur. c. 5. paulò ante medium. tomo 2. Procopius. Euseb. li. 4. de demonst. Euāg. c. 15. prope finē. tom. 1. Iust. mart. tomo 2. Ioan. 7. Esaiā 45. Micha 5. Lib. 3. tractatu 26. Quartus sensus textui congruentior.

sermone

Infra 27.

Psal. 109. Alter sensus.

Exod. 12.

Verbo LXX horum verborum de angustia, &c.

Act. 8.

Procopius. Luc. 23. Ibidem. Ibidem.

Act. 13.

sermone completi eorum multitudinem, quos Christus suo sanguine genuit? Quis poterit numerare multiplicatam prolem credentium, per eum, qui abscissus est de terra viuentium factam, de quo ait Iacobus: *Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis*, & Ioannes: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c. sed qui ex Deo nati sunt*. Hunc sensum confirmant verba sequentia, cum ait: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longauum*. Confirmat & quod Esaias dixit, quod vocandus sit Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Confirmat & Domini dictum illud Euāgelicum: *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert*. Adhæc vt mortuo Ioseph, creuerunt filij Israël; ita mortuo Christo, creuerunt Christiani. Et vt Christus morte sua fideles genuit, ita hostes suos interfecit. Vt enim Samson captus à Philisthæis ob amorem quo Dalidam prosequabatur, plures ex hostibus interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat, vt Scriptura testatur; ita Christus amans Gentilitatem, pro eaque captus, plures Iudæorum incredulitatis morte occidit hostes morte sua, quàm viuens. Docet Aristoteles in libris ortus, & interitus, generationem vnius, esse corruptionem alterius: nam vt generentur grana, corrumpitur granum; vt generetur Ecclesia, Christus mortuus est. Secatur arbor, vt fiat scapha: destruitur vita Christi, vt Ecclesiæ nauicula construatur. Reddit ergo rationem quare Christus nos erat suo sanguine regeneraturus: quia, inquit, abscissus est de terra viuentium; siue, vt LXX. sensum exprimentes vertunt: quia tollitur de terra vita eius, vt etiam citatur in Actis, mutata litera mem in vau. Et hæcenus concionatus est Esaias de passione Domini: ab hoc verbo de resurrectione incipit prophetare, vt docet Iustinus martyr Apologia pro Christianis, etsi alij aliter explicent. Similia dixit Ieremias: *Mittanus*

Iacob. 1.

Ioan. 1.

Multis exemplis sensus ille comprobatur.

Esaiā 9.

Ioan. 12.

Exod. 1.

Iudic. 16.

Aristot. lib. 1. de gener. & corrupt. cap. 3.

Iust. mart. apologia. 2. pro Christianis tom 1.

lignum in panē eius, & eradamus cum de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussus eum. Augustinus libro quinquaginta Homiliatum, de eo quod in Esaiā scriptum est: *Ascendet sicut virgultum, similia ferme scribit: Postquam illa dixit Propheta, propter qua dixerat Dominus oportere impleri qua scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de se, quia oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis: addit nunc causam passionis Domini, quoniam tolletur de terra vita eius, & predicabitur in nomine eius parententia, & remissio peccatorum per omnes gentes. Subiicit nunc: Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Quod est idem cum illo, quod ipse dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et Pilatus, Ego nullam inuenio in eo causam; & sine vlla causa malitia condemnatus fuisse dicitur propter inuidiam. Sic ille. Verba sunt Dei Patris, qui dicitur percussisse Filium, quoniam eum percuti permittit, secundum id: Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, &c. Percute pastorem, & dispergentur oves. Frequenter autem inculcat Propheta hoc Christi beneficium, vt illius perpetuo simus memores ad gratiarum actionem, & consolationem. Quod dicitur, *percussus eum*, Hebraicè habetur, *וַיִּכּוּתוּ*, id est, percussum vel plaga ipsis, vel eis. Sed iam pro lo accepit noster interpres: quemadmodum etiam Psalmo XXVIII. inuenies iam pro lo in versu octauo, & in Iob cap. 20. & Esaiæ quadragesimo quarto. Vnde infideles Rabbini non possunt hæc accipere de populo Israël ito. Vel dici potest omnes in Christo fuisse percussos, & crucifixos. Et vt refert Rabbi Dauid Kimhi, iam propter mem est pluralis numeri, propter vau singularis. Sequitur: *Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: & quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit contere eum in infirmitate*. Prima clausula aliter transfertur ab alijs, qui vertunt: *Dabit cum impijs sepulturam eius, & cum diuite inter mortuos suos*. Id est, Dabit illi sepulturam*

Ierem. 11. Quomodo accipiendum: Propter scelus populi mei percussus eum. Aug. lib. 1. Homiliarum, homil. 36. tomo 10. Luc. vlt. Ioan. 8. Infra 18. Matth. 27. Psal. 68. Zachar. 13. Matth. 26. Deus Pater quomodo Christum percussit. Altera interpretatio. Rabbi Dauid Kimhi. Triplex sententia horum verborum: Ecce dabit impios pro sepultura, & reliqua.

& mortem

& mortem cum impijs. Nam mortuus est in monte Caluarie, vbi impij & scelerati morte afficiebantur, a quo loco non longè distabat sepultura, in qua fuit cõditus. Morietur ergo Christus in monte Caluarie, loco supplicij damnatorum destinato, vbi impij solent suorum scelerum pœnas luere. Alius sensus est, vt significet, populũ Gentilem impium & peccatorem in præmium suæ mortis liberandum, & populum Iudæorum diuitem lege, & Prophetis: nam vtrumque populum sua morte lucratus est, iuxta illud: *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, & apud hunc Prophetam: Erunt Reges nutritij tui.* Vel rursus, vt exponit Euthymius in Panoplia, & Chrysostomus in Ioannem, Dabit Scribas, & Phariseos, qui regnabant in populo, & neci & sepulturæ Dominũ tradiderunt, captiuos, & seruos Romanis, pro eo quod innocentem hominem & iustum cõdemnarunt, & manũ meã vt exponit Cyrillus, & quod mendacium Christi ab Apostolis sublati magna pecunia Iudæi redemerint. Tertullianus etiam libro in Marcionem ait datos pessimos pro sepultura, qui asserent cadaver Christi surreptum a discipulis. Locupletes verò pro morte eius, vt incendio consumerentur a Romanis, qui scilicet a Iuda proditore traditionem pecunia emerunt, & a militibus falsum testimoniũ cadaveris surrepti a Iudæis. Vel illa vox, Inter mortuos, quæ Hebraicè dicitur bemothau, legèda est bamothau, id est, excelsa eius: bama enim, excelsum siue cœlum significat, eod quod in altum erigebatur sepulchrum; vel etiã quia plerumque in excelsoloco extruebatur. Et ita tantũ est mutatio punctorum: sepulchra enim, excelsa vocantur in Scripturis, vt apud Esaiã ipsum cap. 22. & apud Ezechielẽ cap. 6. est sermo de excelsis, quæ ædificabant Reges pro cadaveribus suis condendis iuxta domũ Domini, & infra, ipsa excelsa, deorum sepulchra per contemptum vocare videtur: nam prope excelsa ædificabatur sepulchra, propter superstitionem erga idola. Hoc autẽ loco in plurali dixit excelsa

per amplificationem; ad significandũ sepulchrum Christi, quod Ioseph Arimathæus vir diues sibi in petra excisum in monte Caluario habebat splendidum, & magnificum, quod daos Angelos, & aliquot mulieres capere potuit. Nisi fortè iud sit additio, & in singulari legendum sit bemotho, id est, excelsum eius, & diuitem sepulchrum eius. Deinde, quare in priori vocabulo קבר sepultura, non est apposita præpositio beth; quam tamen iuxta Hebrææ linguæ consuetudinẽ, potius habere debebat, quã posterior? Effet ergo sensus, amplum & magnificum monumẽtum Iosephi ab Arimathia prædictũ a propheta, Christo esse donandum. Et ita idẽ diceret secunda clausula, quod prima, id est, Dabit apud impios sepulchrum eius, & apud diuitem excelsa eius; vt more Prophetarum sit eiusdem rei repetitio. Nam vt Augustinus ait, eadẽ res centies inculcatur a Propheta, tanquã superbis, nescio quibus, & contentiosis. Et subdit Esaias: *Dominus voluit conterere eum in infirmitate.* Id est, voluit eum pati pro humano genere per infirmitatem carnis LXX. verterunt, Dominus voluit mundare eum a plaga, siue ab infirmitate, vel quia suscitauit eum a morte, vt ait Eusebius, & Iustinus in Apologia pro Christianis, & Theophylactus in illa verba Ioannis: *Quod tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi?* Vel Dominus voluit mundum, & innoxium, & innocentissimum passum esse illam plagam, vrbes vniuersas Iudææ subuertendo, Iudæos funditus delẽdo propter Christum. Ita Procopius commentatur: *Eod quod iniquitatẽ non fecerit.* Pulchrè ait, Christum iniquitatẽ nõ fecisse: quia innocens, & immaculata debebat esse hostia, quæ aliorum debebat expiare peccata. Vnde Augustinus libro 13. de Trinitate cap. 15. hoc expendens ait: *Sanguis ille quoniam eius erat, qui nullum habuit omnino peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorũ; vt quia eos diabolus meritò tenebat, quos peccati reos conditione mortis obstrinxit, hos per eum meritò dimitteret, quẽ nullius peccati reũ immeritò pœna*

Matth. 27.

Aug. lib. 1. de pec. me. & remiss. cap. 27. sub fine. tom. 7. Dominus vt voluerit conterere Christum in infirmitate, variã interpretationes. Euseb. li. 3. de demonst. Euang. c. 2 post dimid. Inst. Apolo. 2. tomo 1. Theophyl. Ioan. 6. Procopius.

Aug. tom. 3

mortis

mortis affecit. Hæc ille. Ex quibus vides cõsequentiã horum verborum ad ea quæ sequuntur: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.* Rectè quoque dixerat: *Neque dolus fuerit in ore eius.* Nam pro dolo eum habebant Iudæi, qui se Messiam, ac Dei Filium esse profitebatur, & signis, ac miraculis testabatur. Meræ ergo calumniæ extiterunt, cum dixerunt: *Nos legem habemus, & secundũ legem debet mori, quia Filium Dei se fecit;* nam vera erant quæ Christo obieciabant, vel calumniæ, quibus affingebant quod volebant, aut in sinistra partem bene dicta, & bene facta interpretabantur: vt illud: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Casari, & dicentem se Christum Regem esse.* Et si ergo Christus neque vi, neque fraude quicquam vlli debuisse, tamen Deus, voluit eum cõterere infirma naturã humanã. Subdit: *Si posuerit pro peccato animam suã, videbit semen longæuum.* Animam pro vita ponit, vt consuetum est in Scripturis. Præpositio autem illa Pro, non est in Hebræo, sed ad verbum habetur: *Si posuerit peccatum animam suã;* & Hieronymus hoc verbo testatur significatum idem illud, quod Christus dixit: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Verbum Hebræum *וּנְתַן* asam, non tantũ peccatum, sed etiam hostiam pro peccato significat, vt illud: *De peccato damnauit peccatum in carne;* & rursus: *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit,* id est, hostiam piacularem pro peccato. Ita accipitur illud Leuitici: *Ista est lex hostiæ peccati,* id est, hostiæ pro peccato: Et infra, *Hæc quoque est lex hostiæ pro delicto, &c.* Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & vitima pro delicto. Idem etiam contingit voci piaculi, nam significat hostiã expiantem, de quo dixit ille: *Teq; piacula nulla resoluent;* id est, nullis hostijs te expiabis. Rursus accipitur pro peccato, vt in Prouerbis: *Sulti subsannant piaculũ,* id est, nihili ducit vel immane scelus, & Poeta:

Cur Iudæi Christum dolosum existimauerint.

Ioann. 19.

Iudæorũ in Christum calumniæ; & doli.

Luce. 23.

Animam ponere; quid more Scripturarum.

Ioan. 12.

Asam Hebræis, id est, peccatũ, duplicem significatum habet.

Rom. 8. 2. Cor. 5. Leuit. 6. Infr. 7.

Piaculũ quid significet.

Horat. lib. 1. Carminum. Prou. 14.

Disfulit in serã commissa piacula mortẽ. Est ergo sensus: Si sacrificauerit se, seu obtulerit hostiam pro peccato, videbit semen longæuum. Nam ex diuina institutione, ac bonitate in victimas transferebantur ea, quæ peccatores perpeti oportuisset: vnde & piacula dixere Latini, quod eis expiarentur, & a morte, quam commenerati fuissent, per pecudis mortem liberarentur. Semen autem longæuum est illud, de quo supradixit: *Generatio nem eius quis enarrabit?* De quo Psalmita: *Anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. Annuntiabitur Domino generatio ventura.* Et vt post Isaac immolationem Abrahæ fuit a Deo promissa generis multiplicatio instar stellarum cœli, & arenæ maris, & vt in eius semine omnes gentes benedicerentur: ita hic post necem Christi promittitur amplissima soboles, quæ, vt inquit Dauid, sicut Sol in conspectu eius est futura. Et vbi nos habemus: *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Aethiopicum, hi fuerunt illi;* pro illis verbis, *hi fuerunt illi.* Hieron. vertit ex Hebræo, *Hic natus est ibi,* id est, populus in Ecclesia per generationem spiritualem harum gentiũ natus est. Et voluntas Domini in manu eius dirigitur. Videlicet Dei Patris beneplacitum de seruando mundo per sanguinem, & mortem ita animo Christi insedit, vt in manu eius, & virtute prosperè procedat, & augmentum capiat, nec erit vlla potestas, quæ progressum Euãgelij valeat impedire. Sic enĩ Deus dilexit mundũ, vt Filium suum vnigenitũ daret. Et exaggerat qd per mortẽ Christi seruandi simus; cũ reliqui homines suam seruare soleant; & Antechristus, quem expectant Iudæi, mundi erit carnifex; pro digus, & profusor humani sanguinis, si præcederes Barchozibæ, & Antichristi præcursores tantarũ cladiũ autores extiterẽ.

Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur. Verbũ Hebræũ significat laborem, qui cum molestia, & defatigatione fit, qualis ille extitit, qui homini propter peccatũ iniuctus fuit, de quo dictũ est: *In sudore vultus.*

Virgil. 6. Aenei. post medium.

Quid est: Si posuerit pro peccato animã suã, videbit semen longæuum. Piaculi nomẽ vnde deductum.

Psal. 115.

Gen. 22.

Psal. 88.

Psal. 86.

Hieron. 10. 8.

Volũtas Domini quomodo in manu Messie foret dirigenda iuxta Prophetam.

Ioan. 3.

Qualis futurus sit Antichristus a Iudæis expectatus pro Messia.

Christus vt laborauerit pro hominis liberatione. Gene. 3.

Tom. 10.

L

tui

tui vesceris pane tuo, ad quem locū videtur alludere hic Propheta. Videbit ergo semen longævum tanquam fructum sui laboris, illoq; saturabitur, id est, plenē sibi satisfactum putabit, & hoc vno suo laboris præmio cōtentus erit, iuxta illud: *Meus cibus est ut faciam voluntatē eius qui misit me, ut perficiā opus eius, & Ioānes, Maius his non habeo gaudiū, quā ut audiā filios meos in veritate ambulare, & Paulus gaudiū, & coronā suā eos vocabat, & Iesus audiens progressum Euangelij per discipulos ab initio factū, exultavit in Spiritu sancto: quid ergo, cū vidisset orbē vniuersum ad se conuersum? Vidit, & saturatus est. Hæc enim sunt viscera misericordiæ Dei nostri, ut tunc benē habere dicatur, cū res nostræ benē habent: tunc comedat, quiescat, delicijs affluat, & saturetur, cū salutis nostræ negotiū promouetur. Sequitur: *In scientia sua iustificabit ipse iustus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.* Scientiā hoc loco pro fide accipi existimo, quæ ex auditu Euāgelicæ doctrinæ concipitur: plena ex doctrina Pauli tribuentis viā fidei iustificationē. Et Christus absolutē dicitur Iustus, quem ratione Humanitatis assumptæ appellat seruū suū. Iustificauit ergo Christus prædicatione sua multos, qui eius verba fide apprehēderunt, & iniquitates eorum ipse ad hoc portauit, ut iustos eos redderet. Et non ait: Hic doctus cōtionator in scientia sua acquireret reditus amplos, aut dignitates Ecclesiasticas venabatur; sed iustificabit multos: non debet scientia sua mundi diuitias quærere, sed animas, & pro iniquitatis portandis pati debet, & preces fundere.*

Ideo dispersiam ei plurimos, & fortiū diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Pergit in enarrando præmio passionis Christi: propterea dabo illi, ait, partē in multis. Sunt enim verba Dei Patris dicētis in Psalmo: *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatē tuam, & possessionem tuam terminos terra.* Septuaginta hic habent: *Propterea ipse possidebit multum*

ros; id est, Faciam ut diuidat singularia sua charismata cū multis, ut alios faciat Apóstolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios pastores, & doctores. Ac subdit: *Et fortiū diuidet spolia.* Ne quis hanc gratiarū diuisionē Patri soli, & non Filio adscriberet, eo quod dixisset, dispersiam ei; ideo subdit, fortiū diuidet spolia. Et quos prius dixerat magnos, hic vocat fortes, & robustos. Et quibus diuidit dona cœlestia, eisdē diuidit spolia: nā illis diuisit prouintias, quas spoliarent in Dñi gloriā, & hominū salutem, & hic est Galliarū, ille Hispaniarū, alter Indiæ, alter Æthiopiæ Apóstolus. Vel quod ait, *Fortiū diuidet spolia*, intelligit homines, qui erant dæmonum spolia, qui fortes appellātur, à quibus Christus abstulit spolia. Nā ita Christus dixit: Cū fortis armatus custodit atriū suū, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eū, vniuersa armata eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui ergo erant spolia dæmonū, liberati sunt, & ad diuersa munera applicati, ut alij sint Martyres, alij Cōfessores, alij Virgines, alij matrimonio copulati, alij præsules, alij subditi. Nā si in nauī omnes idē facerent, obrueretur vndis, & submergeretur absq; dubio; sed opus est ut hic sedeat in puppi gubernaculū tenēs, ille stet in proā longē prospiciens, alij remis incūbant, alij velū teneant, alij sentinā exhauriant, alij alia munera exerceant: ita in Ecclesia Dei fieri oportet, ut diuersa diuersis hominū generibus munera sint destinata. *Eo quod tradidit in mortem animam suam.* Hæc est illa exaltatio, quam Paulus humilitati passionis adscribit. Et subiungit: *Et cum sceleratis reputatus est.* Id est, Inter duos latrones crucifixus pependit, ut ipse Christus apud Lucā de seipso interpretatur, & B. Marc. Nisi quid putes interesse, vbi 70. habent, *ἡ τοῦ ἀνομιῶν*, Euangelista habet, *μετὰ τῶν ἀνομιῶν*. Sed nouū non est, in more Hebræo accipi pro prepositione, cū. Verū quod maiori fuit ignominia affectus, eō magis eius gloria detecta est, atq; ab vno ex latronibus cognita. Exponit autē elegāter hæc verba Chry. scribēs in Ioā. Ceterū

1. Cor. 12. Ephes. 4.

Quorsum id de Christo: Et fortiū diuidet spolia, & quid significet.

Alter sensus. Luc. 11.

Spolia Christi quæ.

Qualis Ecclesiæ gubernatio.

Exaltat quare Christus à Patre.

Philip. 2. Christus quādo cum sceleratis reputatus est. Luc. 22. Marc. 15.

Luc. 23: Chry. hom. 84. in Ioan. initio tom. 3.

Quæ saturitas eius fuerit pro tanto labore.

Ioan. 4. Ioan. 3. Philip. 4.

Luc. 10.

Viscera quæ misericordiæ Dei nostri.

In scientia sua qua iustificauerit Christus seruos Dei multos.

Christus qua ratione seruus Dei nominetur.

Finit scientiæ concionatoris qualis esse debeat.

Deus Pater quando dispersit Christum plurimos, iuxta Prophetam. Psal. 2. Act. 13. Heb. 1. & 5.

multum

Quales, quātiq; nos Christi simus debitorum pro munere redēptionis. secū dū Chrysof.

1. Cor. 1.

Christi ignominia & dedecus pro nobis susceptū.

Quomodo accipiendum illud: Et ipse peccata multorum tulit. August. lib. 20. de Ciui. Dei, c. 23. tom. 5.

multū debemus Dño Iesu Christo, quod non tantū vitam suā pro nobis prodigit, sed etiā omni honore, & gloria, & bona nominis sui opinione se propter nos ab æterna morte, & infamia vindicandos spoliavit. Per multos enim reperire queas, qui pro domino, aut pro patria, aut pro amico libenter vitā impendant suā, sed ita, ut de tanta fidelitate, & amore patriæ, aut amicorū beneuolentia laudandi veniant: at Christus pro hostibus suis omni ignominia nota dignis, & ad tēpus reputandus scandalū, & stultitia, pro nobis occuberet sua charitate voluit. Ideo postquā dixit, Tradidit in mortē animam suā, id est, vitā, subdit de honore: *Et cū sceleratis reputatus est.* Id est, habitus latro; peccator maximus, & omni opprobrio dignus, & maledictus. *Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.* Quod superius dixit, *Iustificabit ipse seruos, siue iustus, meus multos,* modo ait, *Ipse peccata multorum tulit:* aut multos pro omnibus accepit, pro quibus Christi mors sufficiens pretiū fuit, ut docet Augustinus; aut multos ait, quia multi se suo vitio fructu passionis priuarunt, nolentes fide amplecti Melsiam. Quod postremo ait, *Pro transgressoribus rogauit,* alludit ad pre-

ces, quas pro crucifigentibus Patri obtulit, cū dixit: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Et vide vltionē, & iustitiam quā postulat, & ut doctrinam suam cōfirmaret, qua discipulos instituerat, ut orarent pro persecutibus, & calumniantibus se. Et aduertere eos transgressores vocari, qui neciebant quid facerent. Etsi enim ignorantia aliquatenus excusaret, nō tamē omnino. Et qui quasi agnus coram tōdente se, obmutuit, & corā Pilato, & Herodē interrogatus tacuit, vbi agebatur de vita sua, in cruce nō interrogatus, vbi agitur de salute nostra, vocēs emittit, ostēdens se pluris nostrā salutem quā vitam suā facere. Intellige ex hoc loco quā longē sint à Christiana charitate, qui ad exitū vitæ vocati dimittere iniurias nolūt. Nos igitur exemplo, & doctrina Christi imbuti, discamus pro his, qui nos aut verbo, aut facto offenderūt, preces ad Deū fundere, quemadmodum plerunque Martyres fecisse, eorum produnt historia: & hæc sint nostræ vindictæ, ut eos, qui Deum offenderūt, Deo lucrifaciamus ad gloriā Christi redemptoris, & doctoris nostri, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit omnis honor, gloria, & imperium in sempiternum. Amen.

Christus quādo pro transgressoribus rogauit. Luc. 23.

Matth. 5.

Ignorantia nō tollit, sed minuit peccatū. Luc. 23. Ibidem. Christi documentum in cruce pro transgressoribus rogantis.

Quales nostræ vindictæ esse debeant.



TRACTATUS X.

In verba Ioannis: *Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse, & discipuli eius, &c. Ioan. 18.*

Matth. 26. Ibidem.

RLVS satis proœmij est cōcessum: iam ad verba textus explicanda accedendū est. Pro cōsequētia igitur textus statuēdū, post cenā in Bethania, & vntionē factā, & proditiōē ludæ per biduū ante Pascha cū Pontificibus, Scribis, atq; senioribus designatā, iuxta ordinē narrationis statim cōsecutā esse historiam de primā die Azymorū, qua in-

terrogatus est Chrs à discipulis suis *Vbi vis parem tibi comedere pascha?* Signauitq; Dñs patrē familiās, in cuius domo parauerūt Pascha, atq; hora cœnæ cū duodecim discubuit; atq; in ea cœnā gesta sūt mysteria omnia illa, quæ præcedēti lib. exposita sunt, hoc est, māducatio agni, ablutio pedū discipulorū, patefactio proditoris, & eius à suo cōmercio expulsio, sacrosanctæ institutio-

Quæ Christus fecerit in vltima cœnā.

Ioan. 17 & seq. Exo. 28. & seq. Matth. 26. Cur Christus fuerit egressus in Torrentem Cedron. Egressus iste quid significet. Matt. 23.

tio. Eucharistia, predictio casus Petri, & locus ille, ac dulcis sermo in cenaculo habitus; & postremo mirabilis illa, & affectibus plena precatio; quam Dominus apud Ioannem habuit: quibus omnibus completis, sequitur quod explicandum suscepimus: Hac cum dixisset Iesus, egressus est trans Torrentem Cedron. Hactenus quidem qualis, ac quantus ipse esset, se ipsum declarauit, & exposuit, ut sciremus quantum bonorum in se contineret. Ut enim thesaurus, qui non aperitur, frustra esse videtur, ita nihil proficeret Christus, nisi bona sua nobis euangelizasset, ac derexisset. Externè enim propter crucis humilitatè cerni non poterant, propterea, cum hactenus verbo doctrinae, & orationis, & facto ipso oblationis agni in figura, & deinde agni inclusi in Eucharistia, in qua se in veritate ostulit, & in figura (nam docere, precari, atque offerre, sacerdotis sunt munera) nunc ipso quoque sacrificio, & etiam sola veritate se ipsum offerendo, verum se indicat Sacerdotem, & agnum. Pulchrumque ad memoriã reuocat, quae Christus in cena vltima dixerat: nam in illis ornatu mysticum summi Sacerdotis expresserat, de quo in Exodo dicitur: Deorsum ad pedes eiusdem tunica per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, &c. missis in medio tintinnabulis, &c. Et vestitur ea auro in officio ministerij. Finis enim tunicae, sunt extremae tempora vitae Iesu: mala punica ignea, sunt charitatis eius opera quae lauando pedes, & dando Eucharistiam in vltima cena ostendit: tintinnabula, sunt clarissima, & resonantia dilectionis eius verba, quibus discipulos instituit, atque eos Patri commendauit. Debent in tintinnabulis doctrinae, & precationis misceri mala punica bonorum operum, quae ex charitate recreant, atque delectant. Egressus est autem sponte, ut predictam mortem exequatur: quia non voluit in templo, vel Ierosolymis capi, qui omnium animas sitiebat, neque voluit domum patris familias, vbi cenam agni fecerat, perturbari, aut propter suam capturam aliquid illi molestiae inferri. Et per hunc egressum de domo, in qua cenauerat, ac ciuitate Ierusalem, derelictio Iudaeorum significatur, secundum illud: Ecce relinque-

tur vobis domus vestra deserta, & rursus, Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. Nam Iesus non rediit in eam nisi ligatus, & tractus ad accipiendam mortis sententiam. Egre ditur praeterea tertia hora noctis, ut creditur; ut te à nocte peccati, & charitatis liberet. Egre ditur cum pauidis discipulis rogatibus ne egrediatur, dum proditor est paratus: sed nihil inuabat, quia mundi salutem nimis sitiebat. Quod si sanctae foeminae adfuerunt, & illae quoque rogauerunt, ut de litesceret, vel se in fugam daret. Sed iam non erat infans Christus, ut fugeretur cum matre in Aegyptum, sed gradis, ut posset cum matre, & foeminis quae cruci adstiterunt, se morti opponere. Denique egressus est per excessum amoris à seipso, ita ut à mundo iudiceretur scadalus, & stultitia, cum sit fortissimus, & sapientissimus amor. Trans Torrentem. Tres primi Euangelistae in genere explicauerunt locum, in quem est egressus, nempe montem Oliuarum, qui ut Lucas in Actibus inquit, est iuxta Ierusalem, Sabbati habes iter. Matth. & Marcus peculiare huius montis (qui varia in se complectebatur) partem designauerunt, dicentes venisse in villam, ut Matth. aut in praediu, ut legitur in Marco; cum tamen in vtroque loco dicatur Graece χωπιον, id est, locum, vel agrum, cui nomen Gethsemani, locus vbi Saluator ante passionem orare solitus, erat. Est autem ad radices montis Oliueti, vbi postea Ecclesia desuper est constructa. Solus Lucas Dominum refert, in hunc locum egressum secundum consuetudinem: quia paulo ante dixerat diebus praecedentibus, quibus in Bethania, & Ierosolyma versabatur, interdum docuisse in templo, noctibus vero exiisse, & moratum in monte Oliueti. Itaque sicut post sumptam cenam, è Bethania precationis gratia ad hunc locum solitus erat exire, ita & nunc è Ierusalem à cena ad eundem secessit. Ioannes locum illum peculiarem, quod ab alijs esset explicatus, non expressit, sed locum medium, cuius ceteri non meminerunt, designat, dicendo, Trans Torrentem Cedron. Torrens, est aqua ad tempus currens rapidissimo motu, expluuijs, vel motibus descendens, non de fonte, vel aqua viua, & propterea in estate desiccatur: vnde

Jerem. 12. Quando fuerit egressus, & quid significetur eo tempore. Ioann. 19. Quomodo egressus. 1. Cor. 1. Amoris proprium. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Act. 1. Matth. 26. Marc. 14. Situs Torrentis Cedron. Luc. 22. Torrès quid sit, & vnde descendat.

Psal. 22. Matth. 20. Torrens pro parte quid significet. Psal. 123. Mundi huius deliciae quales sint. Spirituales deliciae aquis quibus similes sint. Ioan. 4. Infr. 7. Psal. 35. Psal. 148. Psal. 76. Psal. 68. Act. 14. Quomodo legendum sit: Trans Torrentem Cedron, an Cedrorum. Nonnus Paphraestes.

torrens à verbo torreo, quod est desiccare, vel arefacio, descendit. Et propterea sicut est calix in bonum dulcedinis, qui praeclarus, & inebrians dicitur, & calix alter amaritudinis in malum, de quo: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ita duplex est torrens. Et proprie significat, vel praesentes tribulationes, quae ad tempus durant, & postea per auxilium Dei desiccantur, de quo est scriptum: Torrentem pertransiuit anima nostra: Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem: respectu etiam aquarum inferni, quae perpetuae sunt, & desiccantur nunquam. Vel significat praesentes delicias, quae etiam finem habent, & more aquae dilabuntur, & cito exarescunt; vel ita dicuntur respectu donorum spiritualium, quae à Christo comparantur fonti aquae vitae salientis in vitam aeternam; vel fluminibus aquae vitae de ventre fluentibus. Ideo non tam proprie dicitur Torrens de supplicijs inferni, vel de gaudijs Paradisi, licet dicatur apud Prophetam; Torrente voluptatis tua potabis eos; & ne putes ad tempus, subiungit: Quoniam apud te est fons vitae. Egressus est igitur trans Torrentem. Non timet aquas noctu transire, ne tu laedaris ab aquis niuium gehennae; & ut merito suo tu tendas ad aquas, quae super caelos sunt, & ad Torrentem voluptatis, & ut transeas delectationes huius mundi, quae mare torrentis cito transeunt, & in eis multi demerguntur. Et tota Christi vita in transitu aquarum, & tribulationum fuit, secundum id: In mari via tua, & semita tua in aquis multis, & propter nos torrentem pertransiuit, id est, expertus est mortalitatem, & tribulationes, qui per Prophetam ait: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam. Nec nisi per torrentem ingressus est in hortum: quia peccator per poenitentiae conscientiae, & iustus non nisi per multas tribulationes potest intrare in regnum Dei. Sequitur: Trans Torrentem Cedron. Multi putant legendum, Torrentem Cedrorum, & Graece volunt legi τῶν κιδρων: atque hanc lectionem sequitur Nonnus antiquus Para-

paphraestes beati Ioannis; ex nostris, Haymo, Simon de Cassia, Lyranus, & B. Thomas, & quidam nostro seculo eruditi, ut Erasmi, Francis. Titelman. Claudius Guillaudus, atque alij nonnulli: ut quemadmodum dicitur Mons Oliuarum, ab Oliuis hinc inde confitis; ita Torrens Cedrorum, à multitudine eorum in Torrente confitorum. Sed merito hanc sententiam reprehendit Stronica agens in Erasmo: quia Cedron vox est Hebraea, nempe קידרון & Latini habent Cedron cum N. non Cedrorum cum M. & in libris Regum dicitur: Quacunque autem die egressus fueris, & transferis Torrentem Cedron, scito te interficiendum: vbi LXX. habent, ὅπου χυμὸς ἀπὸ τοῦ κιδρων, cum accentu graui in vltima syllaba κιδρων. Ideo Graeculi alicuius vitio contigit, ut loco τῶν κιδρων, legerit τῶν κιδρων. De quo Torrente habes multa in Regum voluminibus, Paralipomenon, & apud Ieremiam. De Asa Rege legimus, quod combussit simulacrum turpissimum in Torrente Cedron. Legit Iosephum lib. 6. de bello Iudaico. c. 3. & lib. 8. antiquit. c. 1. in Hebraeo: vero Cedri dicuntur Arezim: lege etiam Hieronymum in Ierem. capit. 31. & in libro de locis Hebraicis. Praeterea Cedri Libani in Scripturis memorantur, quia ibi nascuntur, cum sit arbor syluestris, ex quo ligno fuit confecta domus Cedrina David, & templum Salomonis: pinus vero, cypressus, & cedrus non erant in illa valle, sed oliueta, vineta, & ficeta. Iste Christi egressus trans Torrentem Cedron adumbratus fuit in egressu Dauidis Regis, qui persecutionem perpeffus à filio suo Absaloe, transibat cum exercitu per Torrentem Cedron flens, & aperto capite: ita Christus tristis, & sub nocte, & à Iuda quasi filio suo proditus, & expulsus. Christus ergo de Torrente in via bibit, propterea exaltabit caput: atque hoc est quod Paulus dixit: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Porro Kidron, Hebraice interpretatur, obscuritas, aut denigratus, aut tristis, umbrosus, quia in profunda valle, ac ob id obscura decurrit; & quia Torrentem poenarum denigrantium corpus, & tristitiarum

Haymo. Simon de Cass. lib. 13. de Pass. Erasmus. Francis. Titelman. Claudius Guillaud. Stronica nostri seculi scriptor. Cedron vox Hebraea. 2. Reg. 15. 3. Reg. 15. 4. Reg. 3. Paralip. 15. Ierem. 31. Ioseph. Iude. Hieron. 10. 3. 2. Reg. 7. 3. Reg. 6. Christi egressus trans Torrentem Cedron vbi fuerit edumbratus. 2. Reg. 15. Ioan. 13. Matth. 26. Psal. 109. Philip. 2. Kidron Hebraice quid.

internarū Christus pro nobis transeūdo meruit, vt & nos percalcemus tristitias omnes internas, & pœnas omnes externas. Porro in Torrente Cedron ex altari holocaustorum per subterranea loca descendebat sanguis sacrificiorum, vt quidam ex Talmudica animaduersione producant. Sed Christus hunc torrentem pertransiuit: quia eius sanguis cœterorum sacrificiorum sanguines longè antecellit. Egressus est autem Iesus cum discipulis suis, non solum vt testes haberet certissimos, & oculatissimos, quod voluntarius iret ad mortem; sed vt etiam exemplo doceret piorum hominum consolationes contemnendas non esse, dum afflicti sumus, & in cruce sumus, ad leniendū dolorē. Adhæc vt significaret, ipsos ex eodem fonte passionis bibituros: quia ipse in omnibus gustauit mortem, & omnibus propinauit, ne mortem formidarēt. *Vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius.* Figura est dicta Apostolopesis, siue Reticetiæ, & splendendum est, vt intelligas, vel in villā, vel in prædium Gethsemani, vbi erat hortus ad pedes montis Oliueti. Nōnulli autem existimant, locum Gethsemani, cuius meminit Matthæus & Marcus, nomē accepisse à torculari, in quo oliuæ premebātur ad eliquandū oleū: atque ibi primū Dominus voluit initio suæ passionis calcare torcular, quod oleū suæ misericordiæ omnibus mortalibus infunderet: ibique pretiosissimum sanguinis balsamum sudauit. De qua valle Esaias prædixit: *Va corona superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloria exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguisima, errantes à vino:* Quæ de corona ludibrii gratia Domino imposta, & de Hebræis debacchantibus in Dominū, & de Iuda proditore Christi, & illum tradente in valle Gethsemani ijs qui venerant eum comprehendere: & Iudas flos Apostolicæ gloriæ cecidit in valle pinguisima Gethsemani, Patres interpretantur Cyrillus, Procopius, & Hieronymus. Gethsemani enim secundum Hieronymum, interpretatur, Vallis pinguisima, vel, Vallis pinguedinis: vallis quidem, ob humilitatem

pinguis, propter charitatem. Et ex humilitate atq; charitate Christus fundēs preces atq; offerens semetipsum, Patrē mundo reconciliauit. Et quod alij Euāgelistæ prætermiserunt de horto, supplet Ioannes. Elegit autem hortū, locū separatū, & solitariū, & orationi congruū, iuxta illud: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculū tuū, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito. Est enim quedā oratio publica, quæ in loco publico celebratur, id est, templo; altera verò priuata, quæ pro quiete, & ceremonijs exigit locū priuatū. Et vtriusque quidem nobis exemplū dedit Christus: prioris quidem in prece effusa coram discipulis suis, quasi in Ecclesia; posterioris verò, per ingressum in hortum. Et congruit vt in horto incipiat pro peccatis satisfactio, vt in horto cœperat peccatū. In horto Paradisi Adā præuaricator inuentus est; in hoc horto Christus obediuit vsque ad vincula, & mortē acceptatam, cum dixit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Illic Adam liberè nimium agendo, in captiuitatem seipsum, nosque secū abduxit; hic Christus vinculis captiuitatis suæ libertatem nobis promeruit. Illic sententiam mortis, & damnationis in hominem pronuntiauit Deus; hic eandē sententiā in seipsum clementer idē suscepit; vt tu videas, quo modo misericordia superaxaltat iudicium. Illic Adam ne contristaret Euam suas delicias, comedit de vitito fructu; hic contristando suam Euam, hoc est, carnem, vsque ad effusionem sanguinis de ligno mortis cœpit degustare. *Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.* Domine, saltem absconde te in horto. Sed absit: quia Iudas sciebat locum, & Adam in horto se Deo abscondendo perierat. Iudas autem pessimè abusus est hac scientia in suam perniciem; ac propterea opportunum fuit diabolo homicidæ instrumentum. Sicut enim serpens olim organum fuit Satanæ ad interficiendū in anima, & corpore terrenū hominem, ita modo Iuda, quasi cōmodo organo vsus est ad inferendā mortē violentam secundo Adā, siue homini

Idē in Mat. 26. tom. 9. Geth-seman quid secundum Hieron. Heb. 5. Hortū Christus cur elegerit. Matth. 6.
Oratio duplex publica, & priuata.
Ioan. 17. & seq. Orationis Christi in horto congruentia. Gene. 3.
Matth. 26.
Iaco. 2.
Nullus locus Christo turpē à proditore Iuda.
Gene. 3. Quale instrumentum diaboli Iudas.
Ioan. 5. Gene. 3.

Idem Christi transitus per Torrente Cedron quid mysticè signet.

Quare Christus egressus sit, cum discipulis suis, nō solitarius.

Heb. 2.

Matth. 26.

Mar. 14.

Geth-seman vnde dicatur secundū aliquos.

Esai. 63.

Luc. 22.

Esai. 28.

Ioan. 19.

Matth. 26.

Quenam corona superbiæ.

Crill. in. c.

28. Esai.

Procopius

Gaze. ibid.

Hieron. ibi dem. to. 5.

1. Cor. 15. Iudas quare maledictus.

Christus cur venerit in hortum.

Matth. 4.

II. ratio.

Luc. 19.

Tertia.

Solitaria loca cur frequenter Chrill?

Domini cōprehensionē quæ præcesserint.

Matth. 26.

Mat. 14.

coelesti. Et sicut serpens, propterea quod fuit Satanæ instrumentum præ omnibus animantibus inuisum est homini, ac maledicto, & execrationi obnoxio; ita Iudas præ omnibus hominibus, plurimis ac grauissimis maledictionibus obruitur Psal. 108. Non ergo vt proditorem fugeret, in hortum venit, sed vt inueniretur in loco ab eo cognito, & vt in horto vinceret demonem, qui Patres vicerat in horto. Etsi enim Christus eum vicisset in deserto, cum ab eo est tentatus; atqui in alijs locis non quiescebat demon, sed quærebat nouas pugnas, quasi nō fecisset satis Deo nisi maiorem obediētiam in casu mortis duriori redderet. Et ita certabat de mon cum eo, vt Iesus amissa obediētia Deo non pareret, aut perdita mansuetudine per impatentiam frangeretur; & ita eum sibi subijceret. In hortum præterea venit, quia rem perditam ibi oportet quærere, vbi amissa est: natura verò humana in horto perierat, quam Christus velut pastor ouē errantem, venit quærere, & saluam facere. Postremò locus ille & sibi, & Apostolis, ac proditori aptus erat: sibi quidem, ad orationem, & solitudinē; Apostolis, ad doctrinam, quietem, atque contēplationem, Iudæ verò, quia notus, & non longè à ciuitate, & quia clausus secundum eorum æstimationem, vt non posset fugere. Frequentabat autem Dominus solitaria loca, & silentij officinas non tam propter se, quam propter nos erudiendos: quia eiusmodi loca opportuna sunt, & ad orationem, & ad doctrinam, & ad meditationem. Sequitur apud Ioannem. *Iudas ergo cum accepisset cohortem.* An tequam hæc verba de comprehensione Domini Iesu explicemus, de qua Ioannes loquitur, addens quæ alij omiserant; & prætermittens quæ alij dixerant, multa explicanda sunt, quæ tempore comprehensionem præcesserūt, nempe admonitio de scandalo imminenti, cum dixit: *Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte,* quod à Matthæo, & Marco posuit: responsio Petri, & Apostolorum magnifica de se ipsis promittentium; prædictaque Petri trina negatio. Deinde ex

plicandū, quomodo reliquit octo discipulos, & tres secum assumpsit, coepitque pauere, & tædere, ac dicere: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Tertio, quod auulsus ab eis quantum iactatus est lapidis, prostratus primò, dein de genibus flexis orauit tertio eundem sermonem. Quarto, quomodo venerit ad Discipulos dormientes, & hortatus sit eos ad orationem, & vigiliam. Quinto quod apparuerit illi Angelus de celo confortans eum. Sexto, quod factus in agonia prolixius orauerit, & sudorem sanguineum profuderit. Postremò, quod surgens ab oratione excitauit discipulos dormientes, & hortatus est eos vt secum hostibus occurrerēt. Tunc sequuntur quæ Ioannes ait: *Iudas ergo cum accepisset cohortem.* Illa igitur omnia desumpta ex alijs Euangelistis explicanda veniunt ante comprehensionem. Inchoandum ergo est ab illa admonitione, de qua sic habet Matthæus: *Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilaam.* Respondens autem Petrus, ait illi, *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nūquam scandalizabor.* Ait illi Iesus, *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam galus cætet, ter me negabis.* Ait illi Petrus, *Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Similiter & omnes discipuli dixerunt. Hæc præsentī tractatu explicanda sunt. Tunc, inquit, id est, in via, qua hymno dicto exierunt in montem Oliueti, antequam peruenirent ad villam Gethsemani, vt testantur Matthæus, & Marcus. Ait illis: *Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte.* In me, inquit, id est, propter me: prædicit scandalum ipsorum futurum propter se. Vult dicere Dominus, cum me videritis capi, alligari, ac malè tractari, & quod cessabunt miracula, & quod me ipsum minimè defendam, incidetis in graue scandalum. Carnalis enim homo oculis fidei destitutus cernens Iesum ab omnibus derelictum, & crucifixum, scandalum, & stultitiam putat, sed profectò non tam formā car-

ibidem. Luc. 22.

ibidem. ibidem.

Matth. 26.

Zach. 13.

Quando, & vbi Christus: Apostolos dixerit in ipso fore scandalizandos.

Matth. 26.

Mar. 14.

In Christo quemadmodum Apostoli erant scandalizandi.

Carnalis hominis ingenium.

1. Cor. 1.

Ioan. 3. Quia iniuria fuerint illi scandalizati in Domino Iesu.

Veri Christi fidelesque ceteri scandali discipulorum cur praedixerit Dominus.

Zachar. 3.

Origo, & fons peccati prava voluntas.

Ioan. 10.

Impia de seculo Apostolorum a Domino praedictio refellitur intelligentia.

nis,quam voluntatem Patris oportebat attendere,quodque Deus sic dilexit mundum,vt Filium suum vnigenitum daret,atque ita cessaret scandalu. Docemur deinde quam sit difficile in tentatione non scandalizari: nam credere Deum Patrem in prosperis, mirum non est: sed in aduersis, dum castigat, & se aduersarium ostendit, credere quod Patris munus beatus, raru est. Praedicitque illorum scandalum, non vt necessariu offendatur, aut ex eo quod ipse praedicit, aut ex eo quod sic scriptum esset per Prophetam, nimirum quod percusso pastore dispergerentur oves: no enim ex his aliqua inducitur necessitas. Nam praedixit Christus, & Scriptura, quod Deus omnino futurum prauiderat, qui omni temporis momento futuro per aeternitatem suam praesens erat, & quia viderat liberum futurum eorum scandalu: quia necessarium scandalum peccatum no esset, cum peccatum sit faetus, & proles voluntatis, & eatenus imminuitur ratio peccati, quatenus imminuitur ratio liberi, siue voluntarij. Adhuc cum Christus, & Scriptura praedixerint flagella, Crucem, & mortem Iesu: nec coegit Iesum vt illa necessariu pateretur, quia habebat potestatem ponendi, & sumendi animam suam, nec Iudaeis necessitatem, aut vim intulit, vt Christu ad Crucis mortem damnarent, qui liberu peccarunt, & potuissent non peccasse, si voluissent, & Christus, tu verbis, tum signis ex se arcebat eos ab illis peccatis. Ita cum praedicit Dominus scandalum Apostolorum, non coguntur Apostoli peccare propterea, sed monentur in primis fragilitatis suae, & vt iacula prauius minus eos ferire possint, magisque proinde incubant orationi, quod leuius scandalizentur, & vt videntes se offensos, agnoscant Christum, qui illud, & alia omnia quae sibi, & suis euentura erant, & praenouerit, & praedixerit, verum Deum extitisse, & vt certo confidant se liberandos ab scandalo, quia etiam praedixerat scandalum non fore ad desperationem, & ad mortem, quia subiunxit: Postquam autem resurrexero, praecedam vos in Galilaeam: ac si dixisset:

Ego pastor percussus, sed iam a percussione sanatus, per resurrectionem colligam vos tanquam oves meas in ouile, & pascam vos; & ita quos terruit, consolatur. Inter hos autem non aderat Iudas, quia abierat ad Principes Sacerdotum, & quia ille non fuit scandalizatus, vt ceteri, sed scandalum praebuit, nec debebat videre Christum a mortuis suscitatum, vt hic discipulis promittit. Reperit etiam in genere scandalum omnium, vt Petrus, qui se praeter ceteris bis iactauerat, minus sibi arrogaret, & crederet plus Christo, quam sibi. Obijcies, cur Christus Apostolos, quos nouerat offendendos, accepit in socios. Cur Christus Apostolos, quos nouerat offendendos, accepit in socios.

Scriptum est enim, Percutiam pastorem, Zachar. 13.

Cur Christus Apostolos, quos nouerat offendendos, accepit in socios.

& disper-

Phramea seu gladius apud Zachar quid mystice.

Deus Christu quatenus percussit, & quando. Ioan. 19.

Esaia 6. Matth. 13. Tractatu 7 huius libri.

Christi adhuc patiens erga Apostolos cura & prudentia. Matth. 28.

Quid nobis cum afflictamur, solutiū possit adferre.

& dispergentur oves gregis. In Propheeta aliter dicitur, & per prosopopeiam sermo ad phrameam, seu gladium ferendi instrumentum dirigitur: per quod intelliguntur omnis generis persecutiones: Phramea suscitare super pastorem meum, & super virum coheretem mihi: Percute pastorem, & dispergentur oves. Alloquitur ergo gladium, vel Iudaeorum turbam gladio utentem, id est, armis. Et iubet vt percussit: quia gladius nec Christum, nec Christianum vllum percutere potest nisi Deo permittente, vt dixit Dominus Pilato: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset de super: datum vocat, permissum. Et perinde est dicere, Percutiam, ac dicere, Gladio percutere; vt declararet percussione pastoris per gladium Romanorum, fuisse actionem a Deo permissam: Ita dicitur Esa. 53. Propter scelus populi mei percussus est, & Psal. 67. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt. Percussit ergo eum, quando persecutionibus Iudaeorum exposuit. Sicut & illud, quod in Esaia per modum imperandi dicitur: Excava cor populi huius, & aures eius aggraua. Reliqua verba huius Propheetae latius superiori quodam tractatu fuerunt explicata.

Postquam autem resurrexero, praecedam vos in Galilaeam. Id est, licet dispergantur oves, non tamen a lupo occupabuntur, sed ad Christi resurrectionem seruabuntur: ideo non finet eas Deus alijs negotijs implicari, neque mundi fauoribus, aut perfugijs consolationem vllam recipere, vt resurgens ipse suas oves facilius recuperet. Antequam vos ergo in Galilaeam patriam vestram fugientes redeatis, ego vester pastor non abijciam vos, ne que deseram, sed more boni pastoris vos praueuiam, ac praecedam videndus a vobis; ac proinde mea praesentia confirmandis, atque redintegrandis. Atque hoc nobis omnibus per tribulationes, & persecutiones dispersis dictum putemus: promittit enim in omni afflictione recreationem, & auxilium.

Respondens autem Petrus, ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Quemadmodum

magistratus, ita etiam tribulatio viru ostendit. Pluries Petrus haec verba dixerat, & pluries reprehensus fuerat a Domino: & secundum B. Augustinum, quia ter sibi hanc audaciam arrogauerat, bis in coenaculo, semel apud Luca, & iterum apud Ioanem, & tertio post egressu de coenaculo, vt hic habetur, & apud Marcum, permissus est negare. Tripliciter etiam Petrus errauit, vt docet Chrysostomus: Primum, quia Christo, & Propheeta ab ipso allegato fidem non praestitit: Deinde quod per vitium singularitatis omnibus se alijs praetulit. Tertio, quod suo, & non diuino nixus auxilio promittebat se posse Dominum ad mortem vsq; tueri. Et cum dicturus esset: Opem nobis feras, ne scandalizemur, e contrario nimium sibi arrogans dixit: Etsi omnes scandalizati fuerint in te. Chrysostomus in Mattheum interpretatur: Ex multo certe amore, & copiosa voluntate nimium sibi ipsi confusus haec dicebat: puro & ambitione quoque aliqua, & iactantia in ea verba Petrum lapsus fuisse. Hieronymus vero hoc loco: Non est temeritas, nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Saluatorem. Vocat Hieronymus temeritatem quamdam nullo zelo & charitatis ardore excusabilem, sed sola virium praesumptione damnandam, & fidem intelligit informem. Ideo ter praeter ceteris a Domino permissus est ter cadere, & ideo ter interrogatus est a Christo suscitato, Diligis me plus his? Et ter confessus est fidem suam, & amorem erga Christum, cum humilitate, tum & modestia, non se praefrens alijs, vt olim: Tu scis, inquit, quia amo te: non ait, Tu scis quia praeter alijs amo te.

Ait illi Iesus: Ame dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis, siue vt Marcus ait: Priusquam gallus vocem bis dederit, me es negaturus. Iam singula verba expendit. Amen, inquit, dico tibi. Communiter vobis omnibus dixi, quod scandalizabimini, tibi etiam, quia te ceteris praeferre non desinis, dico quod negabis me hac nocte, & breui quidem, scilicet ante galli cantum: & non semel, aut

Quoties Petrus arroganter dixerit non fore se scandalum in Christo passurum.

Aug. lib. 3. de consen. Euang. cap. 2. tomo. 4. Triplex Petri error sic loquentis. Mar. 14. Chryf. homil. 83. in Matth. tom. 2.

Idem ibidem.

Hieron. in Matth. 26. tomo 9.

Petrus cur praeter ceteris a Deo cadere permissus. Ioan. vlt.

Petri modestia.

Mar. 14.

bis,

Verbum Dei quidmaximè curat.

Psal. 17.

Psal. 117.

Psal. 124.

Ad lapsum proclutiores qui nã sicut. Mar. 14.

Vt Marcus cum alijs Euangelistis cõfetiãt in describenda trina Petri negatione.

Ioan. 18.

Mar. 14. II. opinio.

bis, sed ter, quod peius est quã fugere, vel scandalizari. Et semper verbũ Dei ad hoc tendit, vt humiliet, & deprimat hominem, & vanam eius confidentiã: quia vix diuelli, aut eradicari potest hæc superbia Pelagiana, qua homo cõfidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Pauci sunt qui dicere possint cum Propheta: Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, &c. Pauci nouerunt illud: Bonũ est considerare in Domino, quã considerare in homine: & rursus: Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commouebuntur in æternum, qui habitat in Ierusalẽ: neque sunt alijs ad lapsum procliuiores, quã qui sibi multum tribuunt, atque confidunt, aut qui alios præ se ipsis contemnunt. Quod verò Marcus ait: Priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus, quod ad literam impletum in sua historia recitat, vt semel negauerit ante primam vocẽ galli, post illam verò secundò, & tercio: quod videtur pugnare cum alijs Euangelistis, qui simpliciter dicunt: Antequam gallus cantet, ter me negabis: Ita conciliat Caietanus: Solus, inquit, Marcus numerum vocis galli explicauit, quia solus refert prima verba Iesu ad Petrum dicta, alijs autem posterius dicta. Iesus itaque bis Petro dixit: Antequam gallus bis vocẽ dederit, ter me es negaturus. Deinde Petro nimiam sibi arroganti constantiam, Iesus priora Euangelistarum verba, ac peiora prænuntiauit, nimirum: Antequam gallus cantet, ter me negabis. Sed hæc ab alijs tanquam falsa meritò confutantur. Nam sequeretur quòd ante primum galli cantũ ad minus ter illum abnegasset: quod non solum est in alijs Euangelistas, sed in ipsum Marcum. Ad hæc secundũ hæc doctrinam non bis tantum cecinisset gallus, sed saltem ter, semel quidem in domo Annæ, vt ait Ioannes, & bis in domo Caiphæ secundũ Marcum. Quæ cum manifeste sint falsa, dicendum est, Marcum cum cæteris Euangelistis minimè pugnare: quia alij volũt illam trinam negationem coeptã fuisse ante primum galli cantum, quæ peracta est ante secundam galli vocem.

Vel secundũ Chrysoctomum Marcus Petri discipulus hæc de bina galli voce ab eo didicit: nec pugnat cum alijs, quia prius bis, aut pluries solitus est cantare. Non ergo bis, vocem dabit; id est, non perficiet cantum suum; quia solet qualibet hora pluries canere. Idem docet Euthymius, gallum varijs temporibus sæpius canere solitũ, deinde cessare, & omnes illi cãtus pro vno consentur, & rursus canit, postquam aliquantisper cessauit. Trina ergo negatio Petri, est vna negatio Iesu ter repetita: & prima fuit ante primũ galli cantum, secũda, & tercia post primum illum, & ante secundũ galli cantum. Et simpliciter quod ab alijs Euangelistis dicitur: Non cantabit gallus, donec ter me neges, docet principũ negationis, id est, donec incipias negationem, quam ter repetes. Marcus verò finem negationis existentem in tercia negatione considerans, dixit: Priusquam gallus vocem bis dederit: & vtrumque dixit Dominus, repetens responsionem diuersis verbis. Est autem gallo naturale, ac insitum, vt quater indie naturali cantet, nimirum mane, meridie, serò, ac media nocte, quando Sol scilicet angulos horizontis, & mediæ terræ mutare solet: nam animalia, quæ parum circa proprias operationes sollicita sunt, vt est gallus, mutationes elementorum fortiter percipiunt, & maxime eas, quæ fiunt ex renouatis angulis à Sole. Hinc apud Iobem dicitur: Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? Nam æstimatio illa galli, intelligentia vocatur, quia à diuino intellectu procedit: quemadmodum dicimus opus naturæ, esse intelligentiæ non errantis opus. Iam audi quid, tum Plinius, tum Ælianus tradant de hoc animalanti. Prior ille sic habet: Proximè gloriam sentiunt & hi nostri vigilantes nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendõq; somno natura genuit. Norunt sidera, & ternas distinguunt horas interdum cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartãq; castrensi vigilia ad curas, laboremq; reuocant. Nec Solis ortum incautus patiuntur obrepere, diemque venientem nuntiant cantu, ipsum verò cantum plausu.

Chryf. ho. 84. in Mattheum, to. 2.

Euthym. in Matth. ca. 64.

Galli galbinaij ppiũ.

Iob. 38.

Quam ei dederit intelligentiã Deus, teste Iob.

Plin. li. 10. natura. hist. c. 21.

Galli proprie tates ex Plinio, & Æliano.

late-

laterum. Imperitant suo generi, & regnũ in quacunq; sunt domo, exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipsos, velut ideò tela agnata cruribus suis intelligentes: nec finis sæpe commorientibus. Quod si palma contingit, in victoriã canunt, seque ipsi principes testantur. Vitus occultatur silens, agreque seruitium patitur. Et plebs tamen aque superba graditur ardua ceruice, cristis celsa, cœlumque sola volucrum aspicit crebro, in sublimē caudam quoque falcata erigens, itaque terrori sunt etiam Leonibus generosissimis ferarum. Infra: Desinunt canere castrati, &c. Pergami omnibus annis spectaculum galloũ publicè editur, ceu gladiatorum. Ælianus verò libro de Animalibus, ita inquit: Matrice gallina extincta, is ipse incubat, & pullos ex quibus excludit: ac tum (res admiratione digna) silentio vititur, quod sanè sibi cõscious sit se muliebri munus obire, & parum viriliter facere. Quod si cum altero pugnant vincatur, idcirco non canit, quòd ex illa mala pugna spiritus fracti illi vocem supprimant. Cuius offensionis vere cõdicia confusus, in primam quamque latebram se se occultat. At si ex certamine victoriã reportarit, tum oculorum eminentia, tum ceruice erecta simul, & cantus contentione insolenter effertur, & triumphantisimilis est. Illud item in eo mirificum, cum lumen intrat, tamen si superum altissimũ existit, is tamen se se inclinat: quòd quidem ipsum superbia inductus facere videtur, ne videlicet crista vsq; offendatur. Ita illi de natura huius animalantis philosophati sunt.

Ælian' li. 4. de Animalib. cap. 29. Patris in prolem amor.

Galli superbia.

Quomòdò verum sit Dñi verbum: Ego pro te rogauit Petre, vt non deficiat fides tua, cũ tamen eũ potest negauerit.

Heb. 5. Luc. 22.

Qualis in Christum Petrus esset affectu.

mens quoque propriæ cõfidentie per suaasio: ideò volens ante pennas natas volare, corporis grauitate deprimitur in terra, & ignorata arte nauigadi volens mare tranare, miserũ patitur naufragium. Perpende autem ad quantam sit modestiam post resurrectionem reuocatus. Nam cũ interrogasset de Ioanne, Hic autem quid? & impositum esset ei silentium, conticuit ilicò: & ante ascensionem cũ audisset: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, simili ratione conticuit se ipsum: & tũ delinteo è cœlo demisso audisset: Quod Deus parificauit, tu commune ne dixeris, etiamsi non intelligeret, nõ est ausus respondere. Ille igitur abnegationis casus eum reddidit & modestiorem, & prudentiorem. Deinde qui antea quicquid fidei habebat, sibi tribuebat: Ego, inquit, nunquam scandalizabor, nunquam te negabo, cũ debuisse dicere, Si te habuero adiutorẽ, neque scandalum incurra propter te, nec te inficiabor, postmodum verò in claudi sanatione dicebat: Viri Israelita quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Hinc ergo magnũ documentum accipimus, quòd nec humana facultas absq; diuino auxilio quicquam proficiat, vt in Petro: neque rursus diuinum auxilium absque nostra consensione proficit quicquam, vt pater in Iuda Apostolo, quẽ cũ omnibus rationibus Dominus reuocare à scelere prodicionis conatus esset, ipse tamen suo libero arbitrio saluti suæ obstaculum præbuit.

Similiter & omnes discipuli dixerũt. Non poterant discipuli pati quòd quisquam se illis præferret, etiamsi ille Petrus esset: nam & ipsi carnis & sanguinis affectibus ducebantur. Dicebãt ergo quod distabat amor, & quod facere amicitie ratio impellebat: sed hoc peccabant, quòd plus credebant sibi ipsis, quã Christo dicenti contrariũ. Vnde fuerunt seducti à se ipsis: quia omnis homo mendax; Deus autẽ verax est. Non replicauit Christus, quia videbat se oleum & operam perdere apud eos, qui Spiritu Dei destituti nõ

Petri. trinã negatio quã tam ei modestiam pepererit.

Ioan. 21.

Act. 1.

Infra 10.

Supra 3.

Vt sine opẽ diuina humana conatus nil proficit, ita sine hoc diuinum auxilium est nullum.

Cur similiter & omnes discipuli dixerint se Christum negaturos nunquã, & cur illi à Christo petinde atque Petrus non fuerint reprehensi.

Rom. 8. Psal. 115.

intelli-

intelligebant quæ dicebantur, & quia expectabat euentum rerum pefereſponſurum, & quia peccatorum pœnã portabat, quorum hæc vna eſt, fidem apud ſuos non inuenire; & vt in hac Apoſtolorum cæca promiſſione agnoſcamus nos ipſos, quàm parum quæ promiſimus Chriſto, aut in baptiſmo, aut in Pœnitentiæ Sacramento; apud Sacerdotem, aut quæ in ingreſſu religionis polliciti ſumus, votiſque nuncupatiſ confirmãuimus, præſtare valeamus. Quiſq; ergo videat quid pro-

mittat Deo, aut quid riuſus per votum illi promiſerit: quia diſplicet Deo, vt Salomon ait, infidelis, & ſtulta promiſſio: nemoque ad ſuas vires reſpiciat, ſed ad diuinam gratiam, & munificentiam, vt poſſit dicere cum Apoſtolo: *Omnia poſſum in eo qui me confortat*, hoc eſt, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, qui cum Patre, & Spiritu ſancto in ſempiternum ab vniuerſa creatura ratione prædita colitur, & adoratur, ſummisque laudibus celebratur, Amen.

Eccleſ. 5.

Philip. 4.

Quales noſtræ promiſſiones in Baptiſmo, & in votis Domino factis, videri queant.



TRACTATUS XI.

De triftitia animæ Chriſti verbis, & factis expreſſa coram Petro, & filijs Zebedæi, Matthæi 26. & Marci 14. in illa verba: *Et aſſumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cepit contriſtari, & maſtus eſſe. Tunc ait illis, Triftis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hic, & vigilate mecum.*

Potiora Xpi patiētis vulnera, quæ quæz plage.

De villa Gethſemani, in quam Dominus introiit cum diſcipulis ſuis.

MAGNA fuerunt, & grauiſſima vulnera, quæ Chriſtus in corpore tempore paſſionis ſuſcepit, ſed longè maiora animo ſuo à timore, & mœrore inſiſta; quanto anima maior eſt corpore, maioriſque vi ſentiendi illatas iniurias prædita eſt: de quibus hic aliquid philoſophandum eſt: Ait igitur Matthæus: *Tunc venit Ieſus cum illis in villam, qua dicitur Gethſemani.* Villam vocat prædium, vt ait Marcus, & illud ſitum erat in pede montis Oliueti, cuius aliqua pars cultior atq; herbis hortensibus, & oleis ſeminata, hortus erat, fortaiſis ſepe aliquando clauſus, vt moris eſt: quia dicitur, in illum introiſſe Ieſum cum Diſcipulis. Ibi ergo exiſtens, in introitu dixit diſcipulis ſuis: *Sedete hic, donec vadam illuc, & orem:* tacitè hortans illos ad oratione,

& hoc dixit tantum octo Apoſtoliſ, quia ſecum ducebat tres: nam dicitur in textu: *Et aſſumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cepit contriſtari, & maſtus eſſe.* Dominus igitur ſolitarium quærit locum ad orandum, vt commodius præcari poſſet, & ne inſirmos diſcipulos maiori mœrore, ac timore conficeret. Quamquam ex illis tres fortiores ſecum duxit, qui eſſent triftitiæ, præcationis, & agonix ſuæ teſtes. Et vt ſolus Chriſtus ſuo ſanguine nos redemit, ita ſola oratione redemptionem obtinet. Ideo non adduxit eos ad orandum ſecum, quia inepti erant, & ignorant quid orarent, & ex ſe potius Chriſtum impedirent, & turpius in præſentia Chriſti dormiuiſſent, cum tamen vigilantibus, & non dormientibus cura, & oratio Chriſti ſubueniant: debebatque præcedere exemplum Chriſti

Cur Dominus diſcipulos ſecum ad orandum non adduxerit.

orantis

Documentum paſtori, & oibus à Chriſto traditum.

Exod. 24. Deute. 9.

Episcopo qui ſemper aſſiſtant. Chriſti in diſcipulos, & fideles omnes qualis prouidentia, & cura.

Cur Chriſtus Petrum ſolū & duos filios Zebedæi ſecum aſſumpſerit. Matth. 17. Luc. 8.

Matth. 20.

Supra 10. Maioribus maiorã onera incūbunt.

Noſtri ſeculi abuſus nota bilis.

orantis pro Apoſtoliſ in tẽtatione, & quia ſola Chriſti oratio, vt ſolus eius ſanguis, ſaluat. Et cum prælatus à ſuis abeſt, debet non longè à ſuis eſſe, ne oues pereant: & quando eſt ſolitarium, debent oues intelligere, quod incūbit orationi, aut ſtudio, aut cõtẽmplatiori. Debetque verſari in loco noto, & manifeſto, vt cum Moſes per quadraginta dies in monte ſub nube cum Domino fuit. Et rectè iure Canonico cautū fuit, vt duo Canonici perpetuò aſſiſterent Episcopo, qui comites eſſent indiuidui, & vitæ ſanctæ, ac pudicæ Episcopi teſtes: ideo Dominus tres ſecum aſſumpſit. Quemadmodum autem pater ſolicitus, ac prouidus in ſonem nocte tradidit cogitando quomodo, & cui, & quando locanda ſit filia, & vnde poſſit dorem habere, dormiente plerunq; atq; ſtertente filia: ita Dominus Ieſus pro diſcipulorum ſuorum gloria, & exaltatione, ipſis plerunq; ſtertentibus vigilat, & præcatur: *Et aſſumpto Petro, & filijs Zebedæi.* Id eſt, Iacob, & Ioanne, vt explicat Marcus, quo teſtes eſſent mœroriſ, & orationis fundendæ ad Patrem: vt quemadmodum gloria Domini teſtes extiterant in monte Thabor, & potentix diuinitatis in ſuſcitanda filia archiſynagogi, ita nunc ſpectatores eſſent imbecillitatis inſirmæ ſuæ humanitatis. Iſti præterea tres maiora præ alijs pro Ieſu ſe paſſuros promiſſerant: nã Petrus dixerat, etiã ſi oportuerit me mori tecū, nõ te negabo, & filijs Zebedæi dixerat: *Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus.* Ideo admiſſi à Chriſto ſunt, vt ſpectet Chriſtū calicem deprecantẽ, nec tamen impetrantẽ: & ita agnoſcãt quod minus ipſi poterunt euadere calicẽ: quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrū. Docet etiã Chriſtus, maioribus, ac perfectioribus maiora onera imponenda: ideo cū ad octo dixiſſet: *Sedete hic, donec vadã illuc, & orẽ, ab iſtis tribus plus exegit, dicẽdo: Suſtinete hic, & vigilate mecum, ac idcirco teſtes eſtote deprecationis, & agonix meæ.* Et perinde fuit dicere, *Manete, & vigilate mecum, atq; Agite excubias mihi: quãquã nũc tẽporibus omnibus in peius collabẽtib; ignariſ plerunq; & im-*

perfectis dignitatũ, & officiorũ munerã, reliſtis idoneis, & perfectis, imponãtur. Docet præterea, præcatione bonã tribus exornãda eſſe comitib;. Primũ fortitudine fidei ſignificata in Petro, de qua ait Iacobus frater Dñi: *Si quis veſtrũ indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluentẽ, &c. Poſtulet autẽ in fide nihil heſitans.* Secundò debet habere contẽptũ, & mundi ſupplãtatione, per ſpem ſignificatã in Iacobo, de qua dicitur: *Reuelã Dño viã tuã, & ſpera in eo, & ipſe faciet.* Tertio charitatem, ſeu gratiam ſignificatã in Ioãne, vt oratio ſit meritoria, licet nihil impetret: nam hic Chriſtus præcãdo promeruit, eſſi non fuerit in eo, quod prima facie petere videbatur, exauditus. Cũ primum autem oraſſet Dominus, & veniſſet ad diſcipulos, & inueniſſet eos dormientẽs, tunc exegit ab eis oratione: *Vigilate, inquit, & orate, vt non intretis in tẽtatione:* indicans illiſ verbis nõ tantũ vt pro ſe orarẽt, ſed maximè pro ſe ipſiſ: *Ne intretis, inquit, in tẽtationem:* præbens quoq; exemplum ſuperioribus, vt non dedignentur petere ſuffragia orationũ ab inferioribus, vt frequẽter faciebat Paulus. Oſtenditq; orationes noſtras tũc eſſe efficaces, ſi cū illiſ Chriſti cõiungãtur: ideo ſoliti ſumus adiungere: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Quare veriſimilius eſt, Dñm, tũc octo, tũc poſtea tribus diſcipuliſ, vt ſe præcatione munirent aduerſus inſtantem tribulationem, mandãſſe: *Orate, inquit, non tẽtemini, ſed, ne intretis in tẽtationem,* id eſt, à ſuperuentura tẽtatione ſuperemini: quod quia ab ipſiſ factum non eſt, ad tẽpus tẽtatio eos vicit. *Cepit contriſtari, & maſtus eſſe, ſeu, vt Marcus ait, Cepit pauere, & tãdere.* Circa hæc verba quatuor obijcere poſſumus. Primum eſt, huiusmodi affectus, & animi perturbationes minimè conuenire diuinæ naturæ, quæ quam longiſſimè ab hiſ diſtat. Deinde nõ videtur eſſe ſine peccato, aut ſaltem ſine defectu imbecillæ, atque inſirmæ nature. Tertio, non videntur cõuenire duci fortiſſimo, & magnanimo, qualis eſt Chriſtus, qui in exemplar fortitudinis eſt nobiſ propoſitus. Præ-

Bonæ præcationis comites quosnam eſſe cõueniat Iaco. 1.

Pſal. 36.

Hiſ verbis Chriſtus: Vigilate, & orate ne intretis in tẽtationem, quæ nobiſ documenta tradiderit.

Orationes noſtræ quando ſint efficaces, & quid nobiſ orandum ſit.

Apoſtoliſ paſſionis Chriſti tempore cur inciderint in tẽtationem. Mat. 14.

In hæc verba: *Cepit pauere, & tãdere.* & maſtus eſſe, obiectio nes quatuor diluuntur.

bon Tom. 10.

M terea

Prov. 12.

Infra 28.

Horat. li. 3. Carm. Ode. 3.

Esa. 42.

Quot fuerint passiones a Christo assumptae.

Quot fuerint passiones a Christo assumptae.

Mar. ult.

terea videntur esse contra Scripturam: nam de quolibet iusto in libro Prouerborum dicitur: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, & iterum: Iustus quasi Leo confidens, absq; terrore erit, & Lyricus:

Iustu, & tenacem propositi virum Non ciuium ardor praua iubetium, Non vultus instantis tyranni Mente quatit solida, &c. Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruina:

Quanto minus iusto iustorum Domino, de quo praecipue vaticinatus fuerat Esaias: Non erit tristis, neq; turbulens? Mirum igitur est cur dicatur contristari, & moestus esse. Ad propositum dubium rectius dissoluendum, quinque sunt excutienda. Primum, quot fuerint istae passiones a Christo assumptae, & quomodo inter se differant: Secundum, an fuerint in Christo veri isti affectus timoris, & tristitiae, an vero conficti, & exterius tantum ostentati: Tertium, quales extiterint istae passiones, cum suapte natura soleant, aut praenire, aut impedire rationis usum, aut non sine aliquo peccato in hominem insurgere: Quartum, cuius rei gratia has Christus assumpsit passiones coram his tribus discipulis, & non tantum factis, sed etiam verbis eas expressit, dum dixit: Tristis est anima mea usq; ad mortem: Quintum, an liceat tristari in morte propria, aut chari alicuius, ut parentis, filij, & amici.

Ad primum respondemus, Matthaeum usum duobus verbis Graecis, nempe *in lupis* & *in hominibus*, Marcum vero, *in ambrosibus* & *in hominibus*, pro quibus Interpreter noster in Matthaeo vertit, contristari, & moestus esse, in Marco vero pauere, & tædere. Primum illud Matthaei *in lupis*, est moestitiam, seu angorem animi, atq; angustiam extra etiam declarare; secundum vero, *in hominibus*, quod idem est in utroq; Evangelista, est angere dolore, ut homo non sit apud se, sed extra se, & veluti populum penè ex animari, & praedolore deficere. Primum illud Marcus est *in ambrosibus*, quod significat, praetere timorem ingenti stupidum, & attonitum reddi: quod habetur alibi apud Marcum, cum de mulieribus quibus-

stupuerunt, Angelus dixit: Nolite expauescere, seu *in ambrosibus*. Et ita tres voces sunt, quod ad Graecam literam attinet. Quantum ad rem spectat, tristitia, passio est vltima animae concupiscentis de malo praesenti, sed angustia, vel angor de malo praesenti inuitabilis, timor vero, vel pauor, animi irascentis est passio de futuro malo imminente; tædium vero, de eodem malo futuro quasi praesenti: nam passionem, & mortem suam apprehendebat Iesus, & ut futuram, & ut praesentem, ut utroq; ex cruciaretur modo, ac torqueretur. Nam Christus & Deus, & homo erat: & quatenus homo, tribus partibus constabat illis, nempe concupiscente, irascente, atq; ratiocinante. In concupiscente sex locantur passiones, tres respectu boni communis, id est, amor, desiderium, & delectatio: tres ratione mali communis, hoc est, odium, fuga, & tristitia. In irascente virtute quinque collocantur passiones, quae ad consequendum bonum arduum, ut spes, & audacia, tres sunt respectu mali ardui, ut diffidentia, timor, atq; ira. Haec passiones in homine non surgunt, nisi contractione, & dilatione cordis; ideo egere ratione moderata per virtutes morales, quarum est modus, ac modum in illis ponere. Istae passiones Deo minimè conueniunt, nisi tantum metaphoricè: in Christo proprie conueniunt; sed sine peccato, sicut tetatus est sine peccato, & voluntarie illas assumpsit, nec praenirebant, aut impediabant rationem, neq; ad malum sollicitabant: in nobis vero inueniuntur proprie, & plerumque non sine defectu, vel peccato, licet ratione, & virtutibus, potissimum vero Dei gratia possint corrigi.

Quod vero non videatur conuenire fortissimo duci, & imperatori Christo, verum est, si ex animo vili, ac pusillanimo illi inuisisset, ut nobis accidit: secundo si ex voluntate, & amore nostro: quia assumpsit quas voluit passiones, quando voluit, ubi, quantum, & quomodo voluit: nam oblatas est quia ipse voluit, & est sermo de spiritu volente: nam caro infirma erat. Quod Salomus dixit: Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit: intellige ut eum a recto deflectat, & iniustum aliquid, vel inhonestum agere cogat.

Tristitia, angustia, timor, tædium, haec passiones quid differant.

Christi amor patiendi pro nobis.

Quot concupiscentis animae, quot sint irascentis partes.

Quomodo haec passiones in hominem insurgant.

Eodem aliter Deo, aliter Christo conueniunt. Heb. 4.

Ut sint in nobis, & quomodo corrigi possint illae passiones.

In Christo inuisito ducere atque Imperatore nostro quem locum habeant. Esa. 53.

Matth. 26. Iustum, ut Salomus dixit, quomodo non contristet. Prov. 12.

Quod

Illud de Christo: Non erit tristis, neque turbulentus, explicatur. Esa. 42.

Tristitia esse ex his quae in nobis sunt: quo sensu Damascenus dixerit. B. Damasc. lib. 2. de Orthodoxo. fide, c. 24.

An fuerint verè passiones in Christo necne.

Luc. 22.

Esa. 53.

B. Hilarius.

Idem.

Quod Esaias dixit: Non erit tristis, neq; turbulentus: intellige per passiones ipsi dominantes, bene autem propter illas quas sponte, & cum ratione assumpsit propter nos sibi charissimos, patiens tristitiam peccato debitam. Quod vero dici solet ex Damasceno, tristitia esse ex his, quae nobis nolentibus fiunt: non intelligas respectu diuinæ, aut rationalis voluntatis in Christo, sed ex his quae nobis nolentibus fiunt, id est, appetitu naturali, & sensitiuo: quia talis appetitus sine peccato, imò cum merito refutabat mortem. Et haec sint satis de primo, quae in sequentibus maiori luce perfundentur.

Ad secundum dicendum, veras fuisse has passiones in Christo, qui cum veram humanitatem assumpsit, verè contristatus est, & verè dixit: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Huius rei testimonium euidentius est, quia verè sudauit sanguinem, & verè egit Angelo confirmate, verè passus est, verè mortuus, verèq; resuscitatus, & ut Propheta ait: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: nec esset aliàs omnimodae veritatis magister, si mendacium vultu fuisset, & omnia, quae in Euangelio, aut dixisset, aut fecisset legitur, in suspicionem mendacij rapi possent, etiam si quidam ex Patribus aliter videretur dixisse. Nam B. Hilarius Canone 31. in Matthaeum, haec edisserens verba: Assumpto Petro, & duobus filiis Zebedaei, cepit contristari, & moestus esse, ait: Ergo non ante tristis est quam assumpsit, & omnis metus illis esse cepit assumptis: atq; ita non de eo orta est, sed de his quos assumpsit, moestitudo. Et infra: Deniq; ait, Tristis est anima mea usq; ad mortem. Nunquid ait, Tristis est anima mea propter mortem? Certè non ita. Nam si de morte erat metus, ad eam utiq; referri, per quam erat, debuit. Sed aliud est usq; in id, aliud ob id metueret. Et infra: Totus igitur super his qui passuri erant, metus est, atq; ideo quia non est possibile se non pati, pro his rogat, qui passuri post se erant, dicens: Transeat calix a me: id est, quomodo a me bibitur, ita ab his bibatur: sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Idem in praefatione Pl. 68. Vniuersarum utiq; inquit, humanarum passionum sorte perfunctus,

secundum susceptas infirmitates nostras loquitur: & dolet ipse quidem extra necessitatem & timoris positus, & doloris, sed his se tamen quae suscepit, accommodans: ut qui carnis nostra homo natus esset, ex dolorum nostrorum querelis, & infirmitatis precatione loqueretur. Ad haec in id: In isti mea potauerunt me aceto, subiungit: Verum propheticè non sitisse scribitur, sed ut implerentur omnia, sitisse se dixit: quia cuncta nostra quae in eo fuerunt infirmitates, non naturales sunt, sed assumptae. Idem Hilarius lib. 10. de Trinitate, ostendere nititur, inde sumpto argumentum: quia si Christus mortem timuit, aut spiritus, aut corporis causa timuisset: quorum neutrum euenire potuit, nam secundum spiritum tanto mortis ardore eam appetebat, ut eam time re non posset. Carni vero metuere ne quibat, quippe qui carnem haberet natura impassibilem. Magister in tertio sententiarum amicum, & beneuolè verba Hilarij exponens, nec verum timoris doloris, & passionis sensum, nec naturalem necessitatem timendi, & dolendi Christo adimit, sed causam, & meritum patiendi, timendi, & dolendi, quae in nobis quidem est ex Adae peccato; in Christo vero non vitio humanae coeptionis, sed vltro ex eius libera voluntate suscepta. Claudianus Viennae Galliciarum Episcopus, qui Petrum Lombardum per septingentos fere annos praecessit, in secundo libro de statu animarum, ita excusat Hilarium, ut eum errasse aperte affirmet, his verbis: Pictavius Hilarius inter complura praefata rum disputationum suarum quiddam sentiens, duo haec veris aduersa disseruit: vnam quo nihil incorporeum creatum dixit, aliud, quod nihil doloris Christus in passione senserit. Sed quoniam opinionis huiusce vitium virtute confessionis aboleuit, sic sustinet reprehensionis stylum, quod non patitur detrimenta mentorum. Quapropter diuinarum scripturarum tractatoribus fide adhibere par est, quoad usq; eius tenore veritatis ad stipulantur. In hunc ille modum scripsit. Tamen reuera Hilarius cum videret ex hoc loco Arrianos Christi Diuinitatem impugnare, causam tristitiae, ac metus non retulit ad Christi instantem vio-

Idem.

Christo meritum mortis adimit Hilarius duplici ratione.

Magister in 3. sent. dist. 15.

Claudianus Episcopus de Hilario quid senserit.

Duo errores Hilarij: b. eodem per confessionis virtutem aboliti.

Diuinarum scripturarum tractatoribus fides sit quantum habenda.

Quis ratione solummodo Christi mortem timuerit secundum Hilarium, eius sectatores.

Hierony. in Matth. 26. tom. 9. Ambros. li. 10. in Lucā, in c. 22. to. 5.

Anastafius Antiochia Episcopus.

Damascen. lib de centum heresi. c. 84. Escharodocitæ heretici, & Galanitæ inter se vt cõueniant, rursusq; dissentiant.

Escharodocitæ cur dicit. Εσχαρα Græcè quid.

Δούρνο quid B. Bernard. epist. 190.

lentam mortem, sed ad Apostolos, & ad nos ipsos: quem secuti sunt Hiero. & Ambros. Iustinianus Imperator huic errori adhæsit de Christi indolentia. Sic enim Euagrius lib. 4. c. 39. Ecclesiastica historica scribit: Iustinianus Imperator edictum proposuit, in quo corpus Dñi incorruptibile sanxit: naturaliumq; & in culpatarum passionum haudquaquam ca pax fuisse dixit: sed Dñm ante passionem comedisse, quemadmodum post resurrectionem manducauit: nec sacrosanctum illius corpus aliquam mutationem aut alterationem indequo à Deo in vtero formatum est, neq; in voluntarijs, neq; in naturalibus passionibus, neq; post resurrectionem quidem accepisse asserens. Cui opinioni assentire passim Sacerdotes coegit. Contra hunc scripsit Anastasius Antiochiæ Episcopus, illiq; magna sapietia, & eloquentia demonstravit, quod diuini Apostoli, & sancti Patres corpus Christi naturalibus, & inculpatis passionibus corruptibile fuisse, & cognouerint, & tradiderint. Hæc Euagrius, cuius sententiæ accedit Damascen. lib. de centum hæresibus, qui hunc errorem tribuit Escharodocitis, dicens: Escharodocitæ, qui à Iuliano de Halycarnasseo, & Gaiano Alexandria, qui & Galanita dicti, in alijs quidem omnibus, his quæ ex se uero consonantes, in hoc autem diuersi, inopinari hos quidem differenter de vniuerso Christi, hos autem incorruptibile ex ipsa plasmatone corpus Domini honorare: & passionem quidem sustinere Dominum confitentur, esuriam dico, & famem, & sitim, & laborem, non secundum eundem autem modum nobis hic ipsum sustinuisse dicunt, & natura legibus non seruientem. Sic ille, qui pulchrum nomen illis tribuit: quia enim insensibilem, & impassibilem quandam carnis duritiem Christo tribuebant, quæ vulneribus cõrta nihil pateretur: idem Escharodocitæ vocati sunt: nam Græcis εσχαρα est callosa carnis durities inueteratis vulneribus obducta, quæ sensum doloris non habet; Δούρνο vero, opinator, siue abrogator, vt Escharadocita fit duræ, & impassibilis carnis approbator. B. Bernardus epistola ad Innocentium Papam, redarguit Petrum Abailardum, quod negauerit in Christo fuisse Spiritum

timoris Domini; contra apertum testimonium Esaia. Fuerunt igitur in Domino veri illi affectus. Hieronymus quoque videtur cum his confensisse: nam in verba illa: Scitis quia post biduum Pascha fiet, ita scribit: Erubescant qui putant Salvatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et infra in hæc verba: Transeat à me calix iste, in hunc modum exponit: Postulat vt si possibile est, transeat ab eo passionis calix, de quo supra diximus. Postulat autem non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit: Transeat à me calix, sed calix iste: hoc est, populi Iudeorum qui excusationem ignorantia, habere non potest, si me occiderit habens legem, & Prophetas, qui me quotidie vaticinantur. Hæc ille, qui varius extitit in commentario suo, quia diuersas sententias prædictorum colligebat, & ferè idem accidit Ambrosio. Dicendum ergo est, quod quia Hieronymus in eodem capite super illud: Cæpit contristari, & mæstus esse, ait Dominum, quatenus homo erat, verè contristatum fuisse, vt paullo post citabitur: & in cap. 3. epistolæ ad Ephesios asserit, Christum ad passionem venisse, & pati timuisse, propterea non negasse, Christum verè tristitiæ, & timoris sensum habuisse, sed tantum passum, timuisse, ac tristatum esse per propassionem, non per passionem. Vel dici potest, & idem est, Hieronymum sensisse quod Christum non timuit per necessitatem naturalem timendi, & tristandi, sed ad cõprobendam veritatem hominis, quemadmodum mortem volutariè, ita & timorè, & dolorè mortis assumpsit. Tertio aliter legatur in contrarium Ambros. qui in hæc verba apud Lucā scribit: Minus cõtulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret: & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tadio mea infirmitatis afficitur. Suscepit enim tristitiam meam, vt mihi suam latitiam largiretur: & vestigijs nostris descendit vsque ad mortis arumnam, vt nos suis vestigijs reuocaret ad vitam. Item quar-

Esa. 11. Hierony. in c. 26. Matth. 26.

Christus vt à se calicem deprecetur secundum Hieronymum.

Ambros. Hierony. Hieronymi sententiæ Christi modo negantis, modo asserentis timuisse mortem exponitur. Idem.

Altera conciliatio.

Ambros. li. 10. in Lucā, c. 22. to. 5.

Aug. in Ps. 93. aliquando post medium, to. 8.

Philip. 1.

2. Tim. 4.

Idem li. 2. ad Catech. c. 6. in medio, to. 6. Matth. 2. Psal. 23. Ioan. 14.

Quibus modis mortem timuerit Dominus.

Aug. to. 8.

B. Ambros. ibid.

tus producit Augustinus, qui in illud Psal. Quousque iustitia conuertatur in iudicium, ita scribit: Præsignauit Dominus in sua infirmitate te, non se: non enim timebat Dominus pati, tertio die resurrecturus. Si prorsus quomodo homo pateretur, & non quomodo. Deus. pati veniret, et si sciret se post triduum resurrecturum, nullo modo formidaret moriturus, quod non formidauit Apostolus Paulus, in fine seculi resurrecturus, ait enim: Cæpellor autem ex duobus, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo: multo enim magis optimam, manere in carne necessarium propter vos: tadium enim illi erat manere in carne: ex duobus patiebatur ardorem, dissolui, & esse cum Christo, multo magis dicebat optimum: at cū appropinquaret ipsa passio, quomodo exultabat? quomodo gloriabatur? Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. De cetero superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Iste gaudet coronandus, & tristis est ille coronatus? Gaudet sic Apostolus, & dicit Christus Dominus noster: Pater si fieri potest, transeat hic calix? sed tristitiam sic assumpsit, quomodo carnem. Idem libro de symbolo ad Catechumenos: Quis est, inquit, iste, qui infans Regem terruit? Infra: Si Dominus virtutum ipse est rex gloria, ergo nati iudeos timuit, quando armati venerunt, nec iudicem iniuste iudicantem, nec milites irridentes, nec inimicos subsannantes, nec coronam spineam imponentes, nec sua vestimenta diuidentes, nec fel, nec acetum, nec crucem, nec lanceam, nec mortem. Hæc illi. Sed ad hos Patres dicendum est, Christum non timuisse mortem illis omnibus modis, quibus nos illam timemus: itaque passionem enumeratè aliter fuerunt in Christo, aliter in nobis: siquidem purum hominem sæpe sollicitant ad illicita, quem aculeum in Christo non habuerunt. Præueniunt sæpe, & impediunt rationis vsu in nobis in Christo sequuntur spiritum & orationis ductum. Certè August. in Psal. 93. in prædicta verba aperte confitetur tristitiã in Christo fuisse. Et B. Ambros. post verba citata subiungit: Confidenter ergo tristitiam nomino, quia crucem prædico. Neq; enim speciem incar-

nationis suscepit, sed veritatem. Debit ergo & dolorè suscipere, vt vinceret tristitiam, non excluderet. Neq; enim habet fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnerum tulerint, quam dolorem. Ad tertium dicendum, aperte ex disputatis colligi, quales essent illæ passionem in Christo: erant enim potius propassiones, quam passionem; quod Patres simul docent, & probant. Nam sic B. Hieronymus scribit in illud: Cæpit contristari, & mæstus esse: Illud quod supra diximus de passione, & propassione, etiam in presenti capitulo ostenditur: quod Dominus vt veritatem probaret assumpti hominis, verè quidem cõtristatus sit, sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem cæperit cõtristari. Aliud est enim contristari, & aliud, incipere contristari. Contristabatur autem non timore patiendi, qui ad hoc venerat, vt pateretur, & Petrum timiditatis arguerat, & reliq; Sic ille bonus Pater, qui passionem vocat perturbationem, quæ mentis statum euertit, Propassio vero quoddam morbi præiudicium est, & eius aduentatio, siue in animabus præproperea quædam motio, & perturbationis quædam potius inchoata, quam perfecta, quæ vel superiorem partem non attingit, aut si eam impetat, nihil eam turbat: quæ in Christo, & sanctis esse potuit. Vt sic intelligi possit illud Salomonis: Non contristabit iustus quicquid ei acciderit: Quia et si sapiens turbatur, cum caro eius sit infirma; non tamen conturbatur, quia Spiritus eius promptus, sicut & ethnicus quidam mundi sapiens iactabat de se ipso, quod pertranstrens horrendum quendam, & subterraneum specum, mouebatur quidem, sed non commouebatur. Passiones igitur istæ tristitiæ, vel timoris voluntariæ erant in Christo, & spirituales, hoc est, ab Spiritu eius profectæ, sicut dicitur in Ioanne: Infremuit spiritu & turbauit seipsum, non tamen innaturales, aut merè metaphoricè, vt dicim? Deum irasci, tristari, & timere. Et sicut in Christo rationis vsu nec præueniebant, nec impediiebant, ita nec diuinitas aut ratio, quæ illas moderabatur, non tollebat ab illis esse proprium, quia vnicuique earum permittebatur agere.

Quales fuerint huiusmodi passionem in Christo.

Hierony. in Matth. c. 26.

Quid passio, quidque propassio sit secundum Hieronymum.

Prou. 12. Cur iustus turbetur quidem, sed non conturbetur.

Ioan. 11.

Damasce. quod suum erat. Vnde Damasce. lib. 3. de Ortho. fide c. 20. ita ait: Naturales nostra passiones, secundum naturam, & super naturam fuerunt in Christo. Secundum naturam quidem: nam mouebantur in ipso, quando sinebatur carni, vt pateretur propria: super naturam verò, quod non precebat in Domino voluntatis naturalia. Nihil enim in ipso coactum conspicitur, sed omnia spontanea. Volens enim esuriuit, volens timuit, & volens mortuus est. Hactenus ille. Hieronymus doctrinam illam accepit ab Origene, qui in hæc verba scribens, ait: Considera, inquit, quia non dixit tristabatur, & tediabatur, sed cepit tristari, & tediari. Multum enim interest inter tristari, & incipere tristari. Si ergo aliquis defendens passiones humanas, profert nobis etiam ipsum tristatum fuisse Iesum, audiat quoniam qui tentatus est per omnia secundum similitudinem prater peccatum, hic non est tristatus tristitia passionis ipsius, sed factus est secundum humanam naturam tantum in ipso principio tristitia. & pauoris, vt ostendat discipulis suis presentibus, maxime Petro magna de se existimanti, rebus ipsis, quod postea eis dixit: Quia Spiritus promptus est, caro autem infirma, & non est aliquando confidendum, sed semper timendum de ea: quia incauta confidentia ad iactantiam ducit, timor autem infirmitatis ad auxiliu Dei confugere adhortatur, sicut & Dominum ipsum fecit paululum progredi, & cadere in faciem, & orare: Ergo cepit quidem tristari secundum humanam naturam, qua talibus passionibus subdita est, non autem secundum diuinam virtutem, qua ab huiusmodi passione longè remota est. Et hæc dicimus de Iesu, vt non arbitreris, sicut quadam hereses, hominem eum fuisse, sed Deum veram humani corporis suscepisse naturam, qui poterat compati infirmitatibus nostris, quoniam & ipse circumdatus erat infirma natura humani corporis: similiter & ipse participans corpus & sanguinem, &c. Videns ergo instans sibi certamen, quod non erat ei aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus tantos Reges terra assistentes, & Principes congregatos in vnu aduersus se, quantos nunquam, cepit pauere, vel tristari, nihil amplius tristitia, vel pauoris patiens nisi principium tantu.

Nec enim scriptum est, quia pauit, vel tristatus est, sed cepit pauere, & cepit tristari, quando & dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Quod ipsum tale aliquid significare videtur, tanquam si dicat: Tristitia capta est in me, vt non omnimodò sim sine gustu tristitia: non semper, sed vsq; ad tempus mortis in me est, vt cum mortuus fuero peccato, moriar & vniuersa tristitia, cuius principium tantum fuit in me. Hactenus ille. Adde istis Theophylactum qui super Matthæum scribit: Quod mæstus est, & piget, per dispensationem fiebat, vt credatur verus esse homo. Humana enim natura est timere mortem, eo quod prater naturam ingressa est, & propterea illam fugit natura ite vt ignoret diabolus, & inuadat eum vt puram hominem, quod conficiatur ipse morte, & sic conteratur. Vel aliter: Si Dominus mortem non timuisset, dedisset Iudæis excusationem quod non peccassent, quod ita citra metum ad mortem profiliisset. Cyprianus ser. de Passione Christi, in principio: Quis non timeat, inquit, si times ille, quem omnia timent: si pauet ille, cui omne genu curuatur: si ille, qui mors est mortis, & morsus inferni, morte propinquante pertimescit? Nonne ad hoc veneras, & ita futurum ipse pradixeras? Nonne hoc & signa, & oracula, & vaticinia Prophetarum a mundi initio conclamarunt? Cyril. etiam in Ioannem: Ea enim ratione, ait, qua Verbum Dei Deus est, & ipsa naturaliter vita, nemo ambiget quod nullo modo mortem formidauit: caro autem factus, permittit carni vt sua patiatur, & ideo vt verè homo presentem iam in aenuis mortem timeat, ac dicit: Si possibile, Pater, est, & que sequuntur. Hæc sancti Patres, ex quorum doctrina habes, illos affectus propassiones magis, quam passiones in Christo fuisse, nec fuisse fictas, nec pertinuisse ad naturam diuinam, sed ad humanam, vt Origenes, & Ambrosius docuerunt: sed sicut dicimus Christum passum, & mortuum, intelligitur in humana natura, non in diuina; ideo & has passiones in eadem natura, cui sunt propriae, suscepit. Quare Petrus Gnaphæus, & Eutyches memoro damnati, quod humanam cum diuina natura confundissent. Et vt ex meli & aceto fit tertium, quod dicitur

Theophyl. in Matth. c. 26.

Cyprianus,

Philip 2.

Ose. 13.

Cyrl. li. 4. in Ioan. ca. 1. initio ferre, tom. 1.

Qua ratione Christus mortem formidauerit.

Orige. ibid. Ambro. ibi.

Petrus Gnaphæus, & Eutyches olim damnati cur fuerint.

Oxymel,

Simile.

1. Cor. 1.

Vnde illud ab Ecclesia in sacrosancto Missæ sacrificio decantatum: Sanctus, sanctus, sanctus, &c. Esa. 6.

Eius hymni sacrosancti vim quæ sentit cõstantino politana.

B. Thom. 3. par. 9. 15. artic. 4. 10. mo. XIII. Animam in corpore pati, dupliciter contingit.

Quest. 14. artic. 2.

Part 2. q. 22. Art. 2. & 3.

Aug. c. 9. tom. 5.

Oxymel, ita ex diuinitate, & humanitate tertium quid resulsasse, cui passio nem adscriperunt. Et in trifagio. Hymno illo seraphico: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, miserere nobis, quod Græcè habetur: Αἰὸς ὁ θεὸς, αἰὸς ὁ ἰσχυρὸς, αἰὸς ὁ ἀθάνατος & ἀλλοθὺν ἡμῶν, ipsi ante verbum, miserere nobis, dolose addiderunt. Qui crucifixus es, miserere nobis, tribuendo naturam diuinæ crucifixionem: Deus quidem, est Pater, Filius, est fortis, vnde & virtus Dei dicitur: Spiritus sanctus, immortalis, quia æternam & gratiæ, & gloriæ vitam elargitur. Videturq; ab Angelis hæc laus desumpta, nam apud Esaiam inueniuntur hunc hymnum Deo dicere: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Vbi personarum Trinitas in vnitatem diuinitatis celebratur. Et constitit de hac, quia puer quidam fuit per horam in cœlum raptus cum Procio Cõstantinopolitano Episcopo, & per illud Hymnum liberata ciuitas Constantinopolitana à peste. Pulchrè autem B. Thomas in tertia parte de hac ipsa re philosophatur, dicens: Respondeo dicendum, quod animam in corpore constitutam dupliciter contingit pati. Vno modo passione corporali, alio modo passione animali: passione quidem corporea patitur per corpus lesionem. Cum enim anima sit forma corporis, consequens est, quod vnu sit esse anime, & corporis: & ideo corpore perturbato per aliquam corpoream passionem, necesse est, quod anima per accidens perturbetur, scilicet quantum ad esse, quod habet in corpore. Quia igitur corpus Christi passibile, & mortale (vt supra habitum est) necesse fuit, vt etiam eius anima hoc modo passibilis esset. Passione autem animali pati dicitur anima secundum operationem, quæ vel est propria anima, vel principaliter est anima, quam corpus. Et quamuis etiam secundum intelligere, & sentire, dicatur hoc modo anima aliquid pati: tamen sicut in secunda parte dictum est, propriissima dicuntur passiones anime. affectiones appetitus sensitiui: quæ in Christo fuerunt, sicut & cetera, quæ ad naturam hominis pertinent. Vnde Augustinus dicit in 4. de Ciuit. Dei. Ipse Dominus in forma serui

vitam agere dignatus, humanitus adhibuit eas, vbi adhibendas esse iudicauit: nec enim in quo verum erat hominis corpus, & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Sciendum tamen est, quod huiusmodi passiones aliter fuerunt in Christo, quam in nobis, quantum ad tria. Primo quidem quantum ad obiectum: quia in nobis plerumque huiusmodi passiones feruntur ad illicita: quod in Christo non fuit. Secundo quantum ad principium: quia huiusmodi passiones frequentè in nobis proueniunt iudicium rationis: sed in Christo omnis motus sensitiui appetitus oriebantur secundum dispositionem rationis. Tertio quantum ad effectum: quia in nobis quandoque huiusmodi motus non sistant in appetitu sensitiuo, sed trahunt rationem: quod in Christo non fuit: quia motus naturaliter humane carni conuenientes, sic ex eius dispositione in appetitu sensitiuo manebant, quod ratio ex his nullo modo impediatur facere quæ conueniebant. Idem inferius ait: Ad veritatem, inquit, doloris sensibilis requiritur læsio corporis, & sensus læsionis. Corpus autem Christi lædi poterat: quia erat passibile, & mortale, vt supra habitum est. Nec desuit ei sensus læsionis; cum anima Christi perfecte haberet omnes potentias naturales. Vnde nulli dubium debet esse, quin in Christo fuerit verus dolor. Rursus infra: Sicut dolor sensibilis est: in appetitu sensitiuo, ita & tristitia, sed est differentia secundum motuum. siue obiectum: nam obiectum, & motuum doloris, est læsio sensu tactus percepta: sicut cum aliquis vulneratur. Obiectum autem, & motuum tristitiæ, est nocium, seu malum interius apprehensum, siue per rationem, siue per imaginationem (vt in secunda parte habitum est) sicut cum aliquis tristatur de amissione gratiæ, vel pecuniæ. Potuit autem anima Christi interius apprehendere aliquid vt nocium, & quantum ad se, sicut passio, & mors eius fuit; & quantum ad alios, sicut peccatum Discipulorum, vel etiam Iudæorum occidentium ipsum. Et ideo sicut in Christo potuit esse verus dolor, ita potuit in eo esse vera tristitia. Et infra: Sicut tristitia causatur ex apprehensione mali presentis, ita timor causatur ex apprehensione mali futuri; Apprehensio au-

Humanae passiones in Christo aliter quam in nobis facere tripliciter.

Artic. 5 in conclu.

Ad veritatem doloris sensibilis duo requiruntur.

Quest. 14. art. 1.

Art. 6.

2. 2. q. 35. art. 2. tom. XII.

Art. 7. Tristitia & timor vnde proficiatur

tem

Philoso. lib. 2. Rhet. c. 5. circa me dio. to. 6. Timor dupli citer, confide ratur.

Damas. lib. 3. Orthod. fid. c. 23. Quare Chris tus huiusmo di passiones, seu affectus assumpserit. Origenes. Hieronym. Theophy. II. ratio. Ambros. in Luc. 22. to. 3. III. ratio. Psal. 6. Psal. 68. Psal. 142.

Esaï. 53. Passiones hæ Christi vbi olim figura tæ. I. Reg. 15. Infr. 16. III. ratio.

V. ratio.

tem mali futuri, si omnimodam certitudinem habeat, non inducit timorem. Vnde Philosophus dicit in 2. Rhetoricorum, quod timor non est nisi vbi est aliqua spes euadendi. Nam quando nulla spes est euadendi, apprehenditur malum vt præsens, & sic magis caussat tristitiam, quã timorẽ. Sic ergo timor potest considerari quãtũ ad duo. Vno modo quantũ ad hoc quod appetitus sensitiuus naturaliter refugit corporis lesionem: & per tristitiam, si sit præsens, & per timorem, si sit futura. Et hoc modo timor fuit in Christo, sicut & tristitia. Alio modo potest considerari secundũ incertitudinem futuri euẽtus: sicut quando nocte timemus ex aliquo sonitu, quasi ignorantes quid hoc sit. Et quãtum ad hoc timor non fuit in Christo, vt Damasceus dicit in 3. lib. Hæc omnia Thomas in dicta tertia parte.

Ad quartũ, quare Christus assumpserit has affectus, nõ est difficile respondere. Hoc enim pro sua sapientia fecit. Primò, vt se verum Dominum indicaret, vera Humanitate præditum, vt Origenes, Hieronymus, & Theophyl. annotant. Deinde, vt ostenderet animum Christianum non esse impassibilem, Stoicũ, & stupidum, vt notauit Ambrosius, sed talẽ, vt huiusmodi insurgentes in se passiones suscipiat, si opus est & vincat, vt fecit Dominus. Tertio, quò veras Scripturas prædicentes has Christi passiones demonstraret: Conturbata sunt, inquit, ossa mea. Et alibi: Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit; rursus, Anxius est spiritus meus, in me turbatum est cor meum, & Esaïas, Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur. Præfigurata etiam fuerunt in Dauide subtrifli, & præ timore fugiente filium suum Absalon, & patiente calumniam à Semei. Quarto, vt ostendat mortem, quã nobis est debita propter peccata, compositam esse ex his tædijs, & tristitijs; & ideo qua promptitudine venit accipere mortem, accepit & tædia, & timores, & tristitias, quã pars sunt mortis peccatis debita, quã sine illis vix illã assumpsisset. Quintò, vt perspicuũ redderet, quod sicut peccatũ Adã in corde conceptũ est, & in opere consummatũ; ita Christus primò interius

tristatus est, deinde etiã in carne exterius passus, vt omnino nostrum peccatum expiare valeat. Nam Dominus Iesus non solũ voluntariẽ subiit cruciatũ externã mortis, & passionis in flagellis, & in cruce, sed etiã cruciatũ internã tristitiã, considerando peccata mundi, & omnia tormenta sibi imminetia. Sextò, testatum nobis reliquit, quod ob ingẽtem tristitiã, vel timorẽ vitandũ, non debemus à bono cœpto retrocedere propter Deũ, & propter salutem proximi: nec declinare ad peccata, vt frequenter facit mundus, sed constanter pro alijs & tristari, & time re, & turbari, vt Christus fecit, & Samuel lugens Saulem. Septimò vt Cyrillus lib. 9. thesau. cap. 3. scribit: Omnia ille perpessus est, vt nos ab omnibus liberaret. Sicut igitur nisi mortuus esset, mors non exstingueretur: ita, nisi timuisset, non essemus nos à metu liberati: nisi doluisset, non cessassent dolores nostri. Octauò, vt agnoscas quanta fuerit Domini passio, cuius meditatio potuit tristitiã, & pauorem exculpere; & quãtum fuerit peccatũ mudi, quod causa extitit passionis, cuius imaginatio tantum animi angorem, & pauorẽ potuit ingenerare. Postremò, secundũ sententiam B. Ambrosij, de qua superius, sequestrata delectatione diuinitatis æternã, & quorundã aliorũ, qui eũ in hoc sequuti videntur, Christus spontẽ priuauit se consolatione ex visione Dei resultantẽ, quò sic magis peccato satisfaceret, & tristitia conuenienti delectationem nostrã in illo habitam expungeret: & hoc vsq; ad mortem, nam postea suscitatus dixit: Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitiã cũ vultu tuo: delectationes in dextera tua, vsq; in finem. Nam quemadmodũ dum vixit, suspẽdit animã gloriam in corpus redundantẽ, vt posset pro nobis & pati, & mori; ita ad tempus per aliquot horas cœpit tristari, id est, suspẽdere gloriã, & delectationẽ animã, quã ex visione Dei resultabat, vt posset pro nobis supremo modo & timoris, & tristitiã sensum habere, quod ingens eius erga nos charitatis argumẽtũ fuit. Nã difficile capere possumus, quomodo summus dolor existeret cũ summo ei

VI. ratio.

Cyrl. to. 2. VII. causa tristitiã, & timoris Domini nostri ex Cyrillo Alexan. I. Reg. 15. VIII. ratio.

IX. & postrema. B. Ambros. loco citato.

Psal. 15.

Qualis fuerit Christi mœror atque tristitia.

gaudio.

Simile.

Altera solutio difficultatis, quomodo scilicet Christi anima summe & gaudente simul & tristari potuerit.

Quid est: Cœpit Christus tristari, & mœtus esse. Orig. tract. 35. in Mat.

Tristitiã Christi magnitudo, intensã, & extensã.

Prou. 17.

Euthym. in Matth. c. 64. Hierony. in 26. Matth. tom. 8.

Brutorũ mœror animalũ qualis. Alter sensus.

Orige. ibidem.

Cur Dominus potius tristitiã meminert, quã timoris.

gaudio. Nam etsi vna manus possit in summo esse frigida posita in niuibus, & altera in summo calida posita in igne: tamen quod vna, & eadẽ manus simul sit frigidissima, & simul calidissima, vix intelligimus. Quamuis dici possit, vt aliàs etiam tetigi, aliam esse rationem, propterea quod eadem voluntas non secundũ idem fuit summẽ beata, & summẽ tristis, sed secundũ diuersas animã rationes, nimirum superiorem, & inferiorem.

Cœpit ergo tristari: non significat, parum tristatus est, sed, non est ultra progressa tristitia, vt Origenes explicuit, quia repugnat verbum quod sequitur: Tristis est anima mea vsque ad mortem, id est, sicut in morte, vel, vsq; quo moriar. Fuit ergo grauis, quã sudorem sanguineum elicit; & diuturna, quẽ vsq; ad mortem durauit. Et ait illis. Verbo scilicet, quod factis iam dixerat. Tristis est anima mea. Rationalis videlicet; vsque ad mortẽ. In Iesu enim externa conueniebant internis, & significat magnitudinem tristitiã intensã, & extensã. Intensã quidem, ob grauitatem doloris valentis in se absorbere vitam & deducere ad mortẽ ob delicatissimã corporis temperaturã: quia Spiritus tristis exiccat ossa, & quidam dicuntur præ dolore peccati crepuisse. Hinc Euthymius exponẽs hæc verba, ait: Quod ait: vsq; ad mortem, tantundẽ est ac si dicat, sicut in morte. B. Hieron. ex hoc loco probat Christũ animam rationalem habuisse: Dicat ergo, inquit, qui irrationalem Iesum sumpsisse animã suspicantur, quomodo contristetur, & non uerit tempus tristitiã. Quamquam enim & bruta animalia mœreant; tamen non nouerunt nec causas, nec tempus, vsque ad quod debeant cõtristari. Sic ille. Alter sensus est de tristitia extensã: Et sicut perpetuò vsque ad horam mortis passus est in corpore, ita perpetuò contristatus est in anima. Et videtur sensus literalis, vt etiã Origenes notauit, quasi dicat: Ex hoc tempore vsque ad mortem tristis est anima mea.

Cur autẽ magis tristitiã meminert, quã timoris, vt verbis se dixerit tristẽ, & non pauidũ, in promptu causa est: quia dum malũ futurum de quo est ti-

mor, apprehenditur vt inuitabile, potius tristitiã, vt diximus, generat, quã timorẽ, quia apprehenditur tanquam præsens malũ, quod vitari non potest, de quo est propriẽ tristitia. Notatur præterea his verbis iustorũ tristitiã durare vsq; ad mortẽ, postea verò cõuer ti in gaudiũ, sicut Dñs dixit: Sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ: at impiorũ, & peccatorũ tristitia in morte finẽ non habet, sed augmentũ. Ideò peccator si lapit, doleat & tristetur in animo suo vsq; ad mortẽ peccati, vt ita uiuat Deo, secundũ illud: Quis secundũ Deũ tristitia est, pœnitentiã in salutẽ stabilitẽ operatur. Iustus etiã cõtristetur vsq; ad mortẽ veteris hominis, sciens quod huiusmodi tristitia admista est cõsolationi, & breui in morte terminabitur. Si quæras, cur Dñs se horrere ostendit, & verbis, & factis quod tã opere desiderabat; hoc est, mortẽ, est ne fortẽ Iesus pœnitentiã ductus de onere assũpto redimẽdi, vel ipse delicatior est cæteris, qui eius exemplo permoti læti ad mortẽ venerũt, vt Andreas, Laurẽtius, an minori amore venit ad patiendũ pro nobis, quã martyr homo pro Dei amore? Nõ pœnituit profectò Christũ de onere redimendi, sed desiderabat redimere, qui dicebat: Desiderio desiderauit hoc Pascha mœducare vobiscum antequam patiar. Et sicut redemptio ipsa cõtinet tristitiã internã, & cruciatũ externũ, ita vtrumq; suscipere desiderauit. Sic etiã aliàs dixit: Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? Quod ad externã attinet crucem, sicut de interna dixit: Calicem quem dedit mihi Pater meus, non vis vt bibam illũ? Nam sicut baptismus est, quo exterius abluimur, ita calix quo intus potamur. Nec Martyres, qui pro illo passi sunt, fuerunt fortiores, nec plus dilexerunt Deũ, quã Christus, vel magis dilecti sunt à Deo, quã Christus: quod verò minus mortis cruciatus Martyres senserint, ex dono Dei eis impenso profectũ fuit, & virtute Christi fortes erant, atq; infirmis fiunt isti fauores; quemadmodũ nobiles & magnates splendidius induunt seruos suos, quã se ipsos, quod tamen in gloriã ipsorũ cedit; nam corũ expensũ, &

Iustorum tristitia quãdo finẽ habeat. Ioan. 16.

2. Cor. 7.

Cur se horrere Dominus ostendat, quã prius optauerat mortem.

Luc. 22.

Christi redemptio duo in se includit. Supra. 12.

Ioan. 18.

Vnde Martyres in tormẽtis hauerunt constantiam suam. Quid Christus cũ Martyribus fecisse videtur.

sumptibus

sumptibus fiunt, Christus etiã infima opera cum maiori charitate edebat, quã alij altioris generis aõiones, vt propterea illi non fuerint Christo preponendi.

Ad quintum, non est inficiandum posse quenquam sine peccato triftari de morte propria vel charorum cõfan guineorum & amicorum, qui per mortem, siue naturalem, siue violentam ex hac vita rapiuntur. Nam hoc fecit Christus & Sancti in veteri & nouo Testamento. Nam super Stephanũ mortuũ viri timorati planctũ magnũ fecerunt: filia Iephte addicta morti duobus mensibus fleuit virginitatem suam: luxit & Daniel per tres hebdomadas. Denique natura, quã in tristitiam & lacrymas prorumpit, vt animi sui dolorem & commiserationem ad proximum testetur, non peccat: nam aliquid naturã indulgendum est. Et Paulus non simpliciter dixit: *Vt non contristemini*, sed adiunxit: *sicut & ceteri qui spem non habent*: quibus verbis cauet luctũ ex infidelitate prodeũtem. Considerata tamen Christi gratia, & cœli ianua aperta, & sine, qui peccatis & poenis impo-

nitur, latandum potius est, quã triftandum. *Desiderium habeo*, inquit Apostolus, *dissolui, & esse cum Christo*; & Simeon: *Nunc dimittis seruum tuum Domine*. Sed anima peccato mortua, pro qua Christus mortuus est, præluggenda est, & tristitia, & lacrymis prosequenda: nam eiusmodi tristitia de morte animã, de qua dixit Propheta: *Anima quã peccauerit, ipsa morietur*, vel animam mortuam valet suscitare, vt testatur Chrysostomus, corpus autem nequaquam. Sed nos vt pueri ablato pomo de manibus lugemus; amissa vero gratia Dei atque vita æterna, nullo doloris sensu tangimur. Demus igitur operam, vt serid de peccatis nostris tristitiã atq; pœnitentiã concipiamus: ob hoc enim Dominus sponte, atque ratione assumpsit tristitiã pro nobis, vt nostra quælibet, quã cum ratione detestatur peccatũ, satisfaceret coram diuino tribunali ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui eum Patre, & Spiritu sancto laudes occinunt immortales Angelicę illæ, ac beatæ mentes simul & humanæ in æternis tabernaculis. Amen.

Philip. 1.

Luc. 22.

Ezech. 18.

Chryf. hom. 84. in Mat. tomo 2.

Quam tristitiam habere debeamus.

An liceat triftari in morte propria, aut chari alii cuius.

Astor. 8.

Iudic. 11.

Daniel. 10.

2. Theff. 4.



TRACTATVS XII.

De oratione Domini in horto, in illa verba: *Et progressus pusillum procidit in faciem suam, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu, &c.* Matth. 26. Marci. 14. Luc. 22.

Difficilis sanè est orationis fundendæ apud Deum ars; eget enim spiritu Dei dirigente. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, ipse autẽ Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Hinc Socrates, teste Valerio, volebat quicquam in specie à Dijs peti, nisi quod ipsis placeret: & sanctus quidã fertur in more habuisse, vt Alphabetũ recitaret per ordinem ante Deum, & dice-

bat: *Domine, iunge literas, & à te peto quod tibi magis placet, & mihi magis expedit: quid autem sit illud, tu melius me nouisti*. Et beatus Macarius dicebat hunc esse rectum orandi modum: *Deus meus quomodo vis, & sicut tibi placet, ita fiat*. Difficile etiam est preces fundere, nec impetrare: quod sæpe fit, vt meliora dentur. *Petit, inquit, & non accipit, eo quod malè petit*: quemadmodũ & Paulus de stimu-

Sanctus quidam vtr quemadmodũ oraret.

Rectus orandi modus à Macario tradit.

Iacobi 4

2. Cor. 12,

Beneprecãdi ars quã difficilis & laboriosa.

Rom. 8.

Val. Max. li. 7. cap. 2. sub initium A dijs quid petendũ suaderet Socrates.

Quid est quod Filij sui calicem deprecãtis, precẽ nõ Deus exaudiuit.

Matth. 10. Vbi Christus calicem sit deprecatus. Luc. 22.

B. Ansel. Quare procidit in faciem suam.

Orig. tract. 35. in Mat. longè ante medium. 10.

2. In eo quod progressus ad orandum esse dicitur, quid doceamur. Iob. 7.

Cur à discipulis Christi dicitur auulsus.

Christi absentiam cum minimè percipimus, eũ profecto nõ diligere cõprobamur.

Domini ab Apostolis in passione auulsio illa quid indicaret.

Exod. 32.

lo. carnis Deum instanter deprecans non est exauditus. Deniq; ipse Dei Filius, quod nos cõsolaretur, precatus est, nec impetrauit, vt non miremur, si interdũ orãtes exaudimur minimè: quia non est discipulus super magistrum.

Ait ergo: *Et progressus pusillum*. Nõ exprimit quantũ esset hoc pusillum: explicauit Lucas, dicens: *Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis*, siue, vt Græcè dicitur, ad iactum lapidis. Et ascendit partem eminentiorem pedis Mõtis Oliueti, vt scribit Anselmus de Passione: atque illa eminentia representabat excellentiã precationis Christi, & cum esset decimaquarta Luna, id est, plena, videre potuerunt Apostoli cadentẽ in faciem Dominum, vt ait Origenes; vt discerent non magna, sed humilia de se sapere: propterea enim non longè progressus est, vt cerni posset. In verbo *Progressus est*, non regressus, docet ex animi vilitate non retrocedere à veritate propter imminentem tentationẽ. Contra illos qui omnem tentationem læsionem opinantur; cũ tamen omnis tentatio, cui non assentimur, progressio sit. Quia si tentatio est vita hominis super terram, multum tentari est multum vincere: & fortius tentari, est vitam producere: & qui amat orationem, progreditur, & præcedit non orantẽ. In verbo, *Auulsus est ab eis*: significatur amor Christi ad discipulos, qui cum difficultate auelli poterat à tam dilectis, quẽ admodum arbor, quã cum difficultate auellitur. Ideo nos eius absentiam non sentientes, non amamus Christũ. Vel dicitur auulsus, ob animi mœrorem, per quẽ naturaliter adhæremus amicis, à quorũ consuetudine aliquid accipimus solatiij: & mœror ingens raperet solet dolentem ad aliquod perflugium, & Christum rapuit ad precationis asylum. Et significabat parua illa distantia ab Apostolis, quod breui tempore, id est, per triduum mortis erat ab eis auellendus; & quia prælatum nõ debet separari à grege, maxime tempore tribulationis. Quid ergo si lasciuia, vel ambitionis causa gregem deserat, si Moyse separato ad orandũ, & relicto bono vicario Aaron, popu-

lus in idololatriã incidit? Et Christus dum separatur ad precationẽ, Apostoli suo vitio dormierunt; cũ tamen vmbra Petri præsentis sanaret infirmos, & demones perterrefaceret. In verbo, *Quantum iactus est lapidis*, Augustinus annotauit: *In hoc eos admonuit, vt in eũ dirigerent lapidem, id est, vsque ad eum perducerent intentionem legis, quã scripta erat in lapide: vsque ad illum enim potest peruenire hic lapis; quoniam finis legis, est Christus: ad iustitiam omnium credenti.*

Sequitur: *Procidit in faciem suam*. Multa contingunt in oratione, vt gestus, supiria, clamores, prostratio, & similia, quã propterea solitarium locum requirunt. Docet Dominus in tribulatione, & ante pugnam colere studium precandi, sicut Moyses in pugna contra Amalec fecisse legitur, lo sue contra Gabaon, Gedeon contra Moab, Iephte contra Amon, Samson contra Philisthæos, atque omnes alij sancti: quia precatio est telum defendens, atque offendens? Et proprium est sanctorum agnoscere inhærentem infirmitatẽ, & non sibi fidere. Nec pugnat quod orauerit positus genibus, vt Lucas ait: quia primò cœpit genibus flexis, deinde prostratus, quod maioris est humilitatis, quã potissima pars est bonæ precationis, & semper obtinere solet, secundum illud: *Humiliamur, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio*. Et hæc signis, & verbis exhibitã est: primò positus genibus, & non altero tantum; deinde prostratione, quã maior est humiliatio, indicans se per mortẽ prosternendũ, & tanquam vermem calcandum. Et prostratus est, ne desolaretur stellas suo aspectu perturbato, & præcœditate nostrorũ peccatorum, pro quibus suo sanguine, & cruce expurgandis precabatur. Erubescibat leuare faciem ad Deũ, cũ peccata totius mundi sustineret, vt publicanus apud Lucam, & Esdras sanctus ille, qui dicebat: *Deus meus confundor, & erubescio leuare faciem meam ad te: quoniã iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cœlum, à diebus patrum nostrorum. Nã*

Ast. 5.

Quid quod Christus ad orandum est progressus quantum iactus est lapidis, teste Augustino.

Aug. lib. 2.

quæst. Euangeli. q. 50. tom. 4.

Deut. 9.

Rom. 10.

Quare Christus oras procidit in faciem suã.

Precandi studium quãdo maxime adhibendum.

Exod. 17.

Iosu. 10.

Iud. 11.

Infrã. 16.

Oratio quale sit telum.

Quid proprium sanctorum.

Luc. 22.

Bonæ precationis potissima pars humilitas est.

Iudith. 9.

Cur Christus prostratus Patrem sit deprecatus.

Luc. 18.

1. Esdr. 9.

Esdras Sacerdotis in Deũ reuerentia.

Thaulerius lib. de vita, & pas. Christi, cap. 7. Quisidam præclare dictu.

vt quidam egregius passionis Christi mediator tradit, legimus illud, & experientia probatum est, si quem Deus permitteret videre peccata sua, sicut ipse videt, præ dolore mox rumpendū esse cor illius, aut eum sensibus destituendum: vbi aspiceret quanta iniuria, contemptu, vilipensione affecerit Creatorem, & redemptorem Deum, ac Dominum suum: & quam turpiter, quā indignè speciosam deformauerit animam suam. Noluit præterea Dominus, suos cernere quā sit intolerabilis mors, antequā eam in seipso vinceret, & interficeret, & impleret discipulos spiritu suo, ne ante tempus scandalū perpeterentur, sed postquā leonē mortis deuicit, illum eis tradidit calcandū. Orabat procidens in faciem suam, ipso corporis gestu declarans maximā cordis sui contritionem, & humiliationem, ac nos docens in oratione animum profundè Deo submittere: quod si fiat, consequitur & corporis submitio, in secretis præsertim orationibus. Confutanturq; illo corporis Domini gestu, qui monasticas inclinationes, vt hypocriticas, & vanas insectantur, cū sint vel signa, vel excitementa demissionis spiritus nostri debitum Deo corporis, obsequium præstantis.

Orans, & dicens. Oravit solus, vt Pōtifex in legē sapius faciebat, & vt Moses solus olim in mōte Exo. 32. & ipse met Christus in mōte Ioan. 4. Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Scilicet vis fiat; est enim defectiua locutio. Ad huius loci intelligentiam in primis adducenda sunt verba aliorum Euangelistarum. Nam Marcus ha-

Mar. 14.

bet: Et orabat vt si fieri posset, transfret ab eo hora (scilicet mortis, & passionis tempus per synecdochen, hoc est, supplicium imminens) & dixit: Abba, Pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me. Sed non quod ego volo, sed quod tu. Scilicet fiat. Et dicitur Syriacè Abba, & Græcè Pater, vel emphasis gratia, vel explicationis causa: explicat enim Latina vox Syriacè. Et imitatus est Paulus hanc inuocandi rationem, nempe, Abba, Pater, ad Romanos 8. & ad Galat. 4. Lucas verd: Pater,

Syriaca habent: Abba Abbi, id est, Pater mi. Rom. 8. Gala. 4. Luc. 22.

si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

Solus Ioannes, secundum Origenem, huius precatationis mentionem non fecit: quia ille describat Deum, cuius non est orare, sed orationes exaudire. Quando verd secundò orauit, solus Matthæus refert verba quæ dixit: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. In his primū perpendendum, variè Euangelistas hanc precatationem Domini expressisse. Sed non longè distant: nam ferè in eundem sensum conueniunt. Et vt docet Euthymius, verisimile est omnia per partes dicta esse. Solemus enim in precatationibus vnum & idem vario modo dicere. Vnum inter alia discutiendum, quod cū vnus dixit, si possibile est, alter dixit, si vis. Sed facillè hæc sibi inuicem consentiunt. Nam sermo est de potentia, quam sacri Theologi ordinariam vocant, & quæ coniuncta est cum Dei voluntate: scus est de potentia Dei absoluta, quia aliter mūdus redimi poterat præter quam Christi morte: & in vtroque laus est diuinæ potentiae, & voluntatis, necessaria ad bene precandum, & ad precatationem quæ volumus impetrandum. Deindè discutiendum quid sit calix, & quid sit transire calicem. Calix iste metaphoricè mortē Domini significat, per figuram qua continens ponitur pro contento. Estque sumpta à magistratibus, qui multis ad mortem damnatis porrigebant potionem lethalem: vnde inter Athenienses Socrati data est potio cicutæ, qua extinctus fuit, de qua Satyriceus quidam dixit:

Barbatum hoc crede magistrum Dicere: sorbitio tollit quem dira cicuta. Photioni quoq; viro insigniter iusto, vt testatur Plutarchus in vita eius, porrectū est simile poculū: & cū carnifex cessaret quod pecuniā nō haberet pro pretio potionis, ipse Photio pecuniā numerari fecit, qua emeretur, & assistentibus dixit, vt admonerent filium, ne minus in Republicam esset beneuolus propter suam mortem. Erat etiam calix medicinalis, de quo Psaltes: Calicem, inquit, salutaris accipiam; & nomen Domini inuocabo: declaransq;

Barbatum hoc crede magistrum Dicere: sorbitio tollit quem dira cicuta. Photioni quoq; viro insigniter iusto, vt testatur Plutarchus in vita eius, porrectū est simile poculū: & cū carnifex cessaret quod pecuniā nō haberet pro pretio potionis, ipse Photio pecuniā numerari fecit, qua emeretur, & assistentibus dixit, vt admonerent filium, ne minus in Republicam esset beneuolus propter suam mortem. Erat etiam calix medicinalis, de quo Psaltes: Calicem, inquit, salutaris accipiam; & nomen Domini inuocabo: declaransq;

Cur Ioannes huius precatationis mentionem non fecerit, secundum Origenem.

Orige. ibid.

Euangelista in orationē Christi in horto calicē deprecantis describenda secum vt ipsi conueniant. Euthym. in Matt. cap. 64.

Qua potentia nequit calix à Christo transire nisi eum bibet.

Calix iste quid denotet.

Vnde calicis metaphora, sit desumpta.

Perfius Saty. 4. initio. Socrates, & Photio potu veneni extincti sunt.

Plutarch. Photionis in in republicam mira benignitas.

Psal. 115. Calix salutaris apud Prophetam quis ille sit.

Passio Dñi cur calix no minetur.

Hæc duo: Transeat à me calix iste, & Transeat à me hora, esse inter se diuersa. Exod. 12.

Matth. 8. Huius dicti: Transeat à me calix iste, variegatæ explicationes Patrum atq. sententiarum. Psal. 87. Psal. 76. Primus sensus Beati Hilarij can. 3. in Matthæum.

Refellitur hic sensus Hilarij.

quis sit ille calix, subiunxit: Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Ac vt medicus potionē & sectionē venæ externa, tanquam baptismo, sanare solet, ita passio nomine calicis, & baptismi designatur. Dicitur ergo calix, quia citò transiit illa mors, & delectauit eum, & sanguinem ipse in calice dedit, quæ potio quædam nutricia pro puero, vel capitis pro membris fuit. Generauit & in Christo amorem ebrietatis, & somnum pacis in nobis.

Ad hæc notandum, aliud esse, transire calicem à me, aliud, Transeat à me hora, scilicet mortis, vt non tægat me, vt in Exodo dicitur: Erit sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos; nec erit in vobis plaga disperdēs, &c. & apud Matthæum Genesareni viso Christo rogabat eum vt transfret à finibus eorum: aliud verd est transire in me, vel per me, secundum illud: In me transfierunt ira tuæ, & rursus: Etenim sagitta tuæ transeunt.

His præmissis, iam explicandus est sensus horum verborum. Primus sensus est B. Hilarij, dicens: Quod ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis: vellet quidem eos non pati, ne forte in passione diffidant, sed quæ hereditatis suæ gloriæ sine passionis difficultate mereantur. Non ergo vt non patiantur rogat, dicens: Non vt ego volo, sed vt quod Pater vult, bibedi calicis in eos ex se transeat firmitudo. Superius etiam dixerat: Transire à se calicem rogat. Nunquid ait: Transeat à me calix iste? Hæc enim futura erat pro se timentis oratio: sed aliud est vt transeat deprecari. In eo enim quod à se transeat, ipse ille à molestia transeuntis excipitur. Qui autem vt à se transeat, rogat, non vt ipse prætereat, orat; sed vt in alterū, id, quod à se transit, excedat. Verus quidem sensus, & subtilis, & propter eū, qui dixit, etiam acceptatione dignus: literalis tamen non videtur. Quia calix non est proprie peccatum, vel scandalum, sed pena ipsius. Et Textus dicit: Transfer calicem à me, non à discipulis: & orabat vt transfret ab eo hora, ab eo ait, nō ab alijs: Christus præterea nihil pro se secundum illum sensum precatatus fuisset. Ad hæc non videntur quadrare verba sequentia hæc

sensui, quando ait: Veruntamen nō mea voluntas, sed tua fiat: quibus verbis insinuat se aliquid rogasse, cuius impetrationem submittebat arbitrio, & voluntati Dei. Quod si sensus erat de tollendo scandalo passionis, & mortis suæ à discipulis, & de transmittenda fortitudine sua in Apostolos, & Martyres, non opus erat illa subiectione Christi ad Patrem: quia vterque illud ipsum voluit, atque Christus pro electis suis obtinuit. Lege Hilarium super hoc loco Matthæi, & videbis, quam late persequatur hunc sensum, dicentē: Totus igitur super his, qui passuri erant, metus est: atque ideo, quia non est possibile se non pati (Intellige tamen hoc dictum non simpliciter, sed vt impleantur Scripturæ) pro his rogat, qui passuri passuri se erant, dicens: Transeat calix à me, id est: Quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur: sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Hæc ille, quæ quidem repetit in libro 10. de Trinitate. Proximus huic est sensus B. Hieronymi, qui in cap. 9. Esaiæ ita hunc locum edisserit, dicens: In passione: si fieri, inquit, potest, transeat calix iste à me: Qui locus hunc sensum habet: si potest fieri vt sine interitu Iudeorū credat Gentium multitudo, passionē recuso. Sin autem illi excacandi sint, vt omnes gentes videant, fiat voluntas tua. Idem in Matthæum super hæc eadem verba Postulat, inquit, non timore patiente, sed misericordia prioris populi, ne ab alijs bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit: Transeat à me calix, sed, calix iste, hoc est, populi Iudeorum, qui excusationem ignorantia habere non potest, si me occiderit, habens legem, & Prophetas, qui me quotidie vaticinantur. At tamen reuertens in semetipsum, quod ex hominis persona trepidatè reuertat, ex Dei, siliq; confirmat: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Non inquit, propter quod ad terras tua voluntate descendi. Ita Hieronymus inquit. Pius quidem sensus. Sed hic nihil orasset Dñs pro se, sed pro alijs, id est, Iudæis, sicut Moyfes in Exodo, & Paulus ad Romanos pro Iudæis rogauit: nolebant enim Deum deserere Israelitas, & eorū loco Gentes substituere. Ideo Deus

Luca 22. Idem Hilarij libr. 10. de Trinitate circa med. Secundus sensus B. Hieronymi, tom. 5. Idem in Matthæi c. 26. tomo 9. Incommodū huius sententia. Exod. 32. Rom 9.

Idē ibidem.

Tertius sensus, nimirū, Dionysij Alexandrini.

Confutatur.

Quartus sensus.

Ex his Dñi verbis: Non sicut ego volo, sed sicut tu, non recte colligi duas in Christo naturas.

concessit illam partem: nam conuersi sunt multi, & quotidie conuertuntur ad fidem Christi ex illo populo. Beat⁹ etiam Hieronymus aliter postea verba ista explicat super illud: *Cepit contristari, & mæstus esse*, dicens: *Dominus ut veritatem probaret assumpti hominis, verè quidem contristatus est, sed ne passio in animo illius dominaretur, per passionem cepit contristari.* Tertius sensus est Dionysij Alexandrini, dicentis: *Non est sensus: Transfer calicem hunc à me, non adueniat mihi: nisi enim euenerit, transferri non poterit: sed sicut quod praterit, & intantum est, nec permanēs, sic saluator inuadentem tentationem flagitat pelli.* Hæc ille. Sed certè petebat non ut biberet calicem, ut in secunda petitione apud Matthæum habetur: *Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Et Marcus ait, quod orauit eundem. sermonem dicens: ergo secunda oratio cōtinet idem quod prima; ergo transire à se calicem, erat, non bibere calicem. Quod si petebat parum durare mortem, & non videre corruptionē, & citò resurgere; non erat cur peteret sub conditione, quia id volebat Deus, & ipse hoc impetravit. Quartus sensus est eorum, qui interpretantur quod precatur pro se quatenus homo est: quia solus potuit parere, & tristari, & orare; nam quatenus Deus est, oratur. Orat autem: *Transseat à me calix iste*: id est, Fac, ut me non moriente, & non bibente calicem, mors ipsa moriatur, & mundus seruetur. Vel: Libera me ab hoc acerbissimo mortis genere: & hoc est transire, videlicet non tãgere; nam quodammodo in eum venerat per decretum Dei.

Pro cuius sensus ampliori intellectu perpende, malè quosdam colligere ex hoc loco duas in Christo voluntates; licet verum sit Christū illas habuisse; humanam, in eo quod dixit: *Non sicut ego volo*: diuinam, ex eo quod addit: *Sed sicut tu*: quia solum ex hoc loco habentur duo appetitus, vnus secundū inferiorem partem sensus, alter secundū rationem: alioqui eum ad quemlibet bonum vitum pertineat dicere: *Non sicut ego volo, sed sicut tu*, asserem?

illum habere duas volūitates, humanā & diuinam, quod est ridiculū. Deinde perpende, hanc orationem duo in se complecti, alterum petitionem, alterū accommodationem suæ voluntatis in re petita ad diuinam; atque hæc duo etsi sibi in faciem aduersari videantur, quia tamen aduersus fiunt rationibus, nullo modo inter se aduersantur. Petit enim calicem à se transferri, si fieri potest; & tamen subiungit non trāsferri, sed Patris voluntatem fieri, quā optimè nouerat esse ut non transferretur, sed sibi esse bibendum calicem. Tertio aduerte, quod præter diuinā in Christo voluntatem, erat & voluntas humana, quæ tripliciter distinguitur, eod quod triplicem actum habeat. In eo enim quod se rationi conformat, dicitur voluntas rationis. In eo quod sui conseruationem, & procul à se omnē læsionem pellere nititur, dicitur voluntas naturæ. Est enim naturale cuique rei seipsam conseruare, & resistere contrarijs. In eo autem quod tristatur ob dolorem capitis, vel membri alicuius læsionem, dicitur voluntas sensus: ut si v. g. pro salute corporis conseruanda, alicui sit membrum aliquod abscondendum, appetitus naturæ, cuius officium est omnia membra conseruare, nollet abscissionem, atque illi repugnaret: appetitus verò sensitius propter dolorem maximum in continui diuisione, horreret maximè, & fugeret talem abscissionem; tamen voluntas rationis videns non aliter totius corporis posse salutem constare, eligit membrum noxium igne & ferro præcidi. Nec hoc est volūtatē voluntati repugnare, vel sensum rationi: quia est motus cuiusque facultatis naturalis: natura enim, & sensus in homine etiam perfectissimo, & deliberato pro Christo mortem oppetere, naturali instinctu horret dolores, & mortem, illa tamen, id est, natura, & sensus subijci debet deliberationi rationis. Quia ergo in Christo facultates naturales sinebantur agere quod propriū cuiusque erat manus; idcirco sicut ratione superiori deliberatè mortem sciebat, & pro mundi redemptione amabat; ita natura Christi, & sensus delicatissimus in eo naturaliter mortem horrebat. Precatur ergo Dominus non pro se, vel dono aliquo obtinendo, quo esset destitutus: quia ab instanti conceptionis plenus erat gratiæ, & veritatis, de cuius plenitudine nos omnes accepimus, & gratia pro gratia, ut Ioannes inquit; sed pro passionibus corporeis, quas assumpsit: non quidē quod illas nollet inesse sibi, sed ut ostenderet se esse verum hominem, & non posse naturali inclinatione non dolere de passione, ac proinde diuina egere consolatione, secundum id: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Ratio igitur Domini Iesu, quæ semper diuinæ voluntati fuit conformis, & à cuius regula nunquam naturalis, vel sensitius appetitus declinavit, tanquam aduocata quædam & patrona appetitionis nature, & sensus proponit eorum desideria, & petitiones, quod videlicet naturaliter horrent mortem; & tamen ratio deliberata dicit mortem illius esse bonā, & commodam pro salute mundi, subiicitque se cum omnibus appetitibus diuinæ voluntati. Quantum ad actum tamen diuinæ voluntatis, consentanei motus illi erant, quia per eos volebat id, quod Deus volebat illos velle. Christus tamen voluntate libera, & summa charitate affecta pati, & mori pro salute mundi desiderabat. Et hæc erat conformis diuinæ voluntati non tantum in obiecto, sed etiam in ipso actu nolendi; alioqui eius passio, nec sibi, nec nobis fuisset alicuius meriti. Et quia in hac oratione absoluto & deliberato animo voluntatem æterni Patris compleri volebat; idē in ea, sicut in cæteris omnibus suis orationibus, exauditus est pro sua reuerētia. Et quia quod sentiebat ratio inferior, id est, naturā & sensus, in eo non simpliciter orauit; quare nec fuit exauditus reuera, exaudiendus proculdubio, si simpliciter orasset: propterea verbum illud, Si possibile est, modificatio est respiciens diuinam potentiam, non absolutam; quia poterat aliter mundus redimi, sed ordinatam: Idē Lucas quasi explicans Matthæū, dixit: *Pater, si res: nam conditio illa ponitur propter inferiorem rationem: Nō enim idē restrinxit: si possibile est, quasi ipse Iesus ignoraret, qui omnia nouerat, sed quia ratio inferior ordinem definitū à diuina sapientia prorsus nescit: quia ipsius non est scire superiores rationes, sed considerare externas rationes, id est, quæ secundum res creatas congruunt, vel dissonant.* Et propterea sic orat: *Scio, Domine, asperissimam mortem fore, quam me vis sustinere: sed naturam, & sensum eam inhorrescere indica.* Opto gloriam tuam, & hominum liberationē, quam mea morte vis operari, si aliter fieri posset, vellem: sed quia non potest, fiat voluntas tua: voluntariè sacrificabo tibi. Sicut alio loco cum orasset: *Pater saluifica me ex hac hora*, scilicet mortis: postea corrigens dictum, subiunxit: *Sed propterea veni in horam hanc: Pater, clarifica nomen tuū.* Oravit ergo pro carnis affectu, ut carnis orationem, spiritus oratione vinceret. Caro aperta fronte deprecatur crucem, & mortem, nec potest eam diligere: sed spiritus corrigit, & vincit eam. Hunc sensum communiter sequuntur Patres, inter quos Origenes in hæc verba Matthæi, ait: *Secundum quod cepit parere, & tristari, secundum illud orat & calicem passionis transire à se: sed non sicut vult, sed sicut vult Pater: hoc est, non secundum subsistentiam eius diuinam, & impassibilem, sed secundum naturam humanam, & infirmam. Suscipiens enim naturam carnis humane, omnes proprietates impleuit, ut non in phantasia habuisse carnem existimaretur, sed in veritate: secundum quod in hoc loco orat calicem passionis transire à se, sed non sicut vult ipse, sed sicut vult Pater. Quoniam proprium est omnis hominis fidelis primum quidem nolle pati aliquid doloris, maxime quod dicit vsque ad mortem, quia homo est carnalis: si autem sic voluerit Deus, acquiescere, etiam contra voluntatem suam, quia fidelis est, ne plus videatur in se desperare, quam in Deum sperare. Nam sicut multum confidere non debemus, ne nostram virtutem videamur profiteri; sic multum pusillanimitate agere, & diffidere non debemus, ne Dei*

Duo cōtinet ea Christi sententia.

Præter diuinam in Christo voluntatem, humana etiam fuit Voluptas carnis quid.

Voluntas sensus.

Ioan. 1.

Matth. 27. Psal. 21

Qua ratione Christus mortē expetebat

Hebr. 5.

Luc. 22.

simus in eo naturaliter mortem horrebat. Precatur ergo Dominus non pro se, vel dono aliquo obtinendo, quo esset destitutus: quia ab instanti conceptionis plenus erat gratiæ, & veritatis, de cuius plenitudine nos omnes accepimus, & gratia pro gratia, ut Ioannes inquit; sed pro passionibus corporeis, quas assumpsit: non quidē quod illas nollet inesse sibi, sed ut ostenderet se esse verum hominem, & non posse naturali inclinatione non dolere de passione, ac proinde diuina egere consolatione, secundum id: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Ratio igitur Domini Iesu, quæ semper diuinæ voluntati fuit conformis, & à cuius regula nunquam naturalis, vel sensitius appetitus declinavit, tanquam aduocata quædam & patrona appetitionis nature, & sensus proponit eorum desideria, & petitiones, quod videlicet naturaliter horrent mortem; & tamen ratio deliberata dicit mortem illius esse bonā, & commodam pro salute mundi, subiicitque se cum omnibus appetitibus diuinæ voluntati. Quantum ad actum tamen diuinæ voluntatis, consentanei motus illi erant, quia per eos volebat id, quod Deus volebat illos velle. Christus tamen voluntate libera, & summa charitate affecta pati, & mori pro salute mundi desiderabat. Et hæc erat conformis diuinæ voluntati non tantum in obiecto, sed etiam in ipso actu nolendi; alioqui eius passio, nec sibi, nec nobis fuisset alicuius meriti. Et quia in hac oratione absoluto & deliberato animo voluntatem æterni Patris compleri volebat; idē in ea, sicut in cæteris omnibus suis orationibus, exauditus est pro sua reuerētia. Et quia quod sentiebat ratio inferior, id est, naturā & sensus, in eo non simpliciter orauit; quare nec fuit exauditus reuera, exaudiendus proculdubio, si simpliciter orasset: propterea verbum illud, Si possibile est, modificatio est respiciens diuinam potentiam, non absolutam; quia poterat aliter mundus redimi, sed ordinatam: Idē Lucas quasi explicans Matthæū, dixit: *Pater, si res: nam conditio illa ponitur propter inferiorem rationem: Nō enim idē restrinxit: si possibile est, quasi ipse Iesus ignoraret, qui omnia nouerat, sed quia ratio inferior ordinem definitū à diuina sapientia prorsus nescit: quia ipsius non est scire superiores rationes, sed considerare externas rationes, id est, quæ secundum res creatas congruunt, vel dissonant.* Et propterea sic orat: *Scio, Domine, asperissimam mortem fore, quam me vis sustinere: sed naturam, & sensum eam inhorrescere indica.* Opto gloriam tuam, & hominum liberationē, quam mea morte vis operari, si aliter fieri posset, vellem: sed quia non potest, fiat voluntas tua: voluntariè sacrificabo tibi. Sicut alio loco cum orasset: *Pater saluifica me ex hac hora*, scilicet mortis: postea corrigens dictum, subiunxit: *Sed propterea veni in horam hanc: Pater, clarifica nomen tuū.* Oravit ergo pro carnis affectu, ut carnis orationem, spiritus oratione vinceret. Caro aperta fronte deprecatur crucem, & mortem, nec potest eam diligere: sed spiritus corrigit, & vincit eam. Hunc sensum communiter sequuntur Patres, inter quos Origenes in hæc verba Matthæi, ait: *Secundum quod cepit parere, & tristari, secundum illud orat & calicem passionis transire à se: sed non sicut vult, sed sicut vult Pater: hoc est, non secundum subsistentiam eius diuinam, & impassibilem, sed secundum naturam humanam, & infirmam. Suscipiens enim naturam carnis humane, omnes proprietates impleuit, ut non in phantasia habuisse carnem existimaretur, sed in veritate: secundum quod in hoc loco orat calicem passionis transire à se, sed non sicut vult ipse, sed sicut vult Pater. Quoniam proprium est omnis hominis fidelis primum quidem nolle pati aliquid doloris, maxime quod dicit vsque ad mortem, quia homo est carnalis: si autem sic voluerit Deus, acquiescere, etiam contra voluntatem suam, quia fidelis est, ne plus videatur in se desperare, quam in Deum sperare. Nam sicut multum confidere non debemus, ne nostram virtutem videamur profiteri; sic multum pusillanimitate agere, & diffidere non debemus, ne Dei*

tur propter inferiorem rationem: Nō enim idē restrinxit: si possibile est, quasi ipse Iesus ignoraret, qui omnia nouerat, sed quia ratio inferior ordinem definitū à diuina sapientia prorsus nescit: quia ipsius non est scire superiores rationes, sed considerare externas rationes, id est, quæ secundum res creatas congruunt, vel dissonant. Et propterea sic orat: *Scio, Domine, asperissimam mortem fore, quam me vis sustinere: sed naturam, & sensum eam inhorrescere indica.* Opto gloriam tuam, & hominum liberationē, quam mea morte vis operari, si aliter fieri posset, vellem: sed quia non potest, fiat voluntas tua: voluntariè sacrificabo tibi. Sicut alio loco cum orasset: *Pater saluifica me ex hac hora*, scilicet mortis: postea corrigens dictum, subiunxit: *Sed propterea veni in horam hanc: Pater, clarifica nomen tuū.* Oravit ergo pro carnis affectu, ut carnis orationem, spiritus oratione vinceret. Caro aperta fronte deprecatur crucem, & mortem, nec potest eam diligere: sed spiritus corrigit, & vincit eam. Hunc sensum communiter sequuntur Patres, inter quos Origenes in hæc verba Matthæi, ait: *Secundum quod cepit parere, & tristari, secundum illud orat & calicem passionis transire à se: sed non sicut vult, sed sicut vult Pater: hoc est, non secundum subsistentiam eius diuinam, & impassibilem, sed secundum naturam humanam, & infirmam. Suscipiens enim naturam carnis humane, omnes proprietates impleuit, ut non in phantasia habuisse carnem existimaretur, sed in veritate: secundum quod in hoc loco orat calicem passionis transire à se, sed non sicut vult ipse, sed sicut vult Pater. Quoniam proprium est omnis hominis fidelis primum quidem nolle pati aliquid doloris, maxime quod dicit vsque ad mortem, quia homo est carnalis: si autem sic voluerit Deus, acquiescere, etiam contra voluntatem suam, quia fidelis est, ne plus videatur in se desperare, quam in Deum sperare. Nam sicut multum confidere non debemus, ne nostram virtutem videamur profiteri; sic multum pusillanimitate agere, & diffidere non debemus, ne Dei*

Psal. 115.

Ioan. 12.

Orig. tract. in Matth. longè ante med. tom. 2

Omnis fidelis proprium quid sit.

Chryf. hom 84. in Mat. tomo 2. Theoph. in Matth. 26. B. Thomas. Ambros. li. 10. in Luca tomo 5.

Ioan. 11.

Genes. 3.

Sapient. 3.

Leo Papa serm. 5. & 7. post med. Secundum sensum orare, cur Christo, & nobis minime conueniat.

Oratio cuius facultatis munus sit.

Oret quatenus sensus.

adiutoris nostri impotentiam videamur pronuntiare. Hunc eundem sensum sequuntur Chrysothomus, Theophylactus, atque beatus Thomas; & illum videtur agnouisse Ambrosius: *Herent*, inquit, *plerique hoc loco, qui tristitiam Saluatoris ad argumētum inolitae potius a principio, quam susceptae ad tempus infirmitatis inclinant, & naturalis sensum cupiunt retorquere sententia. Ego autem non solum excusandum non puto, sed etiam nusquam pietatem eius maiestatemq; demoror. Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret: & sequestrata delectatione diuinitatis aeternae, radio mea infirmitatis afficitur. Et infra: Sed quid mirum, si pro omnibus doluit, qui pro vno stetit? Et quid mirum, si moriturus pro omnibus tadeat, qui Lazarum resuscitaturus illacrymat? sed & ibi praesentis sororis lacrymis commouetur, quia mentem humanam tangebant: & hic alto operatur affectu, ut quia in carne sua peccata nostra perimebat, merorem quoque anima nostra sua anima merore aboleret. Et fortasse ideo tristis est, quia post ad lapsum tali transitu nobis erat ex hoc seculo recedendum, ut mori esset necesse. Deus enim mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum; & ideo fastidit quod ipse non fecit. Denique ait (Transfer a me calicem istum) quasi homo mortem recusans, quasi Deus sententiam suam seruans. Et reliqua. Sic Ambrosius scribens in Lucam. Idem sentit Leo Papa sermone de Passione Domini. Secundum autem sensum orate nec Christo, nec nobis proprie conuenit: tum quia motus sensus sensibilia non valet transgredere: quod tamen ad orandum exigitur. Deinde oratio in suo significato includit ordinem quendam, quo quis petit aliquid a Deo impleri, quod solius est rationis: nam oratio, actus est rationis, quare ad sensum spectare non potest. Dicitur ergo sensus orare improprie, quatenus ratio precando Deo proponit quod est in appetitu sensitiuo tanquam eius aduocatus & procurator. Ita in Christo accidit: quod propter tria fecit. Primo, ut ostenderet, se veram humanam natu-*

ram suscepisse cum omnibus affectibus naturalibus. Deinde ut indicaret quod homini licet secundum naturalem appetitum aliquid velle quod Deus non vult. Postremo ut exemplo suo doceat hominem proprium affectum subijcere diuinae voluntati, etiam si sensus aut caro reluctetur: quia tunc orantis exauditur precatio, quando eius voluntas impletur. Voluntas autem hominis, simpliciter est voluntas rationis deliberata: quod autem nolumus secundum motum sensus, aut naturae, non simpliciter volumus, sed secundum quid, scilicet si aliud non obstat, quod per deliberationem rationis inuenitur. Ideo haec potius est dicenda uelleitas, quam absoluta necessitas: quia scilicet hoc uellet, si aliud non impediret. Secundum autem voluntatem rationis nihil uoluit nisi quod nouit Deum uelle. Hinc omnis absoluta voluntas, etiam humana, in Christo semper fuit impleta, quia fuit Deo conformis, & sic omnium aliorum orationes exaudiuntur: nam teste Paulo ad Romanos: *Qui scrutatur corda, scit quid desideret spiritus* (id est, quid faciat desiderare) *quoniam secundum Deum postulat pro sanctis*, id est, secundum conformitatem ad diuinam voluntatem facit postulare. Dices fortassis, Quare cum coarctaretur praesentis desiderio calicis bibendi, & Petrum ab eius potione reprehenderit auertentem: dicenti enim: *Abstine a te Domine, non erit tibi hoc*, respondit: *Vade post me Satana*, & iterum in captura reprehendit eum: *Calicem, inquit, quod dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* Cum ergo iam uenisset tempus bibendi, quare deprecabatur calicem: & quem nisi prior ille bibisset, quis nostrum biberet? Responderi posset, ante hanc orationem Christum abundanter diuinae iustitiae satisfecisse; & ita possibile erat non bibere. Adhuc una pars mortis & poenae debite peccato est, nolle pati mortem: ideo tanto est durius illam pati, quanto est magis contra suam voluntatem. Dices: Quare Christus, qui patiebatur pro debito nostrorum peccatorum, non resistit

Quare Christus postulerit calicem a se transferri.

Preces nostrae quando exaudiuntur.

Vere & absolute quando aliquid uelimus.

Rom. 8.

Cur Christus calicem quem patiebatur, modo deprecetur.

Matth. 16.

Ioan. 18.

Quare cum Christus pro debitis peccatorum nostrorum pateret, huic uoluntati non resistit calicem deprecanti.

huic uoluntati de non bibendo calice: & multo minus debuit consentire precationi huic, qua deprecabatur calicem? Respondemus, inter poenas peccato debitas unam esse, peccatore ad Deum accurrere per orationem, & non exaudiri, & pati repulsam, & repulsae dolorem pro nobis. Deinde ut constaret nobis quam aspera sit mors, & amarus calix, pro quo transferendo non est exauditus, & quod Christus non est passus ambitiose sine Dei uoluntate, uel cum uoluntate Dei magis pensata ad non patiendum, uel cum uoluntate Dei aequae inclinata ad patiendum, atque ad non patiendum, sed cum Dei firma uoluntate ad patiendum (intellige ratione praesentiae diuinae) quia in opere redemptionis uoluntas Dei est principalis; at Christi humilis & obediens uoluntas administra est, & inseruiens, ut gloriaripropterea possimus de nostra redemptione. Et si Christus non recusauit calicem, quia illa fuit Dei uoluntas, nec nos facti eius membra recusare debemus, quia ob id ipse passus est, non ut nos non patiamur, sed ut cum fructu patiamur, & calicem nostrum ad salutem bibamus, passionesque quae inferuntur, vincamus. Atque huius fructuose patiendi modi dedit nobis Christus meritum, exemplum, & praecipuum; & propterea non ex ambitione bibit calicem, ut cogeret nos ad bibendum, sed ut ostenderet, illam esse meram uoluntatem Dei, etiam si uoluntati eius naturali, & sensui esset contraria. Item, ut orationes nostrae in fide Christi a Deo minime reurentur, sed semper ad eum scopum exaudiuntur, ut calix internus uel auferatur, uel minuatur, ut multis sanctis, qui passi sunt cum feruore & hilaritate spiritus, contigisse experimus; uel ut externus magna ex parte leniatur, ac mitigetur, ut bestiae, ignis, aqua, & rota, & similia sanctis cesserunt, uel ut calix intus & extra amarus uirtute Dei vincatur, licet Christo exaudiri non expedierit. Accedit postremus sensus beatae Catharinae Senensis, quae ut in eius uita frater Raymundus a Confessionibus eius, testatur, explicabat haec uerba:

Quare passus sit Christus.

Preces nostrae quo tendere debeant

Quintus ac postremus sensus B. Catharinae Senensis.

Frater Raymundus li. 2. B. Catharina Senens. cap. 29.

Transfer calicem hunc a me, ad similem modum: Tempus est ut hic calix, quem ab instanti conceptionis meae bibi per desiderium usque in hanc horam, ut tandem aliquando patiendo atrocissimam mortem, quam mihi paratam uideo, re ipsa bibam. Et ideo accelerari desidero: nam semel ebibitus transibit a me completa obedientia tua, & restituito tibi, o Pater, honore, & hominibus salute quam perdidit. Ita ut haec uerba completantur ardens, & intersum desiderium bibendi calicem: sicut illud: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiar, & illud: Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor usquedum perficiatur?* Et asserbat haec sancta uirgo, hunc esse illius loci illustriorem sensum. Et sicut in priori, & communi illa expositione, Christus induebat personam imbecillum, & propter carnis infirmitatem mortem deprecantium; ita in hoc posteriori sensu dicebat Dominum induisse fortium, & magnanimum personam, qui fortiter omnia aduersa sustinent, & a se omnem sensus timorem repellunt, & in zelo honoris Dei, & salutis animarum, atque adeo in uirtute rationis non solum non orant pro ablatione calicis, sed etiam supplicant pro acceleratione calicis, mortem ipsam inuitant ut ueniat, ut constat multos Martyres fecisse, in quorum spiritu hanc precem Christus effudit. Nec mirum esse dicebat, hos sensus etsi inter se contrarios, eidem literae conuenire posse: quia non erant praecise secundum eandem animae partem intelligendi, & quia in illa Domini agonia duo erant affectus contrarij, alter horrens mortem secundum carnem, alter secundum spiritum illam desiderans, & amplectens. Aduerte etiam, dupliciter posse accelerationem mortis desiderari: uel ex animi mollitie, & impatientia, ut multi olim Gentiles, inter quos Marcus Cato, & Pomponius Atticus, & Marcus Antonius, qui praesentis tedio, uel morbi grauitate manus sibi uolentia iniecerunt, uel ex fortitudine spiritus, & zelo honoris Dei, sicut multi Martyres fecerunt, qui se

Luc. 22.

Supra 12.

Luca 22.

Duobus modis optari mortis acceleratione. Qui sibi ipsi mortem consecuerunt.

Etusmodi sē
tētā Christi
verbis min-
mē cōgruere

Prima ratio.
Psā. 87.

Secunda.
Marc. 14.

Terttia.

Quarta.

Quinta.
Partis anime
inferioris of-
ficiū.

Sexta.

Septima.

Ouid. lib. 1.
de Pant.
Eleg. 2.

certo mortis periculo obijciebāt spon-
tē pro Christi gloria, atque de his lo-
quitur sancta illa virgo in huius loci
expositione satis probabili & docta.
Tamen si subtilius verba Christi per-
scrutemur, quædam sunt quæ illū sen-
sum respuūt. Et primō illud verbum;
Transeat à me, scilicet calix iste, & me
non tangat, vel abscedat à me. Trāseat
in me, sicut illud: *In me transferunt ira-
tuā, errores tui conturbauerunt me*. Sec-
cundō Marcus & Lucas apertē aiunt:
Transfer calicem hunc à me. Et cum sec-
cundō orasset eundē sermonem iuxta
Marcū, refert Matthæus Dñm dixisse:
*Pater mi, si non potest hic calix transire
nisi bibam illum, fiat voluntas tua*; ergo
transire calicem à se, erat illum nō bi-
bere. Tertio, non quadrat verbo illi: *Si
vis, vel, Si fieri potest*, quia fieri pote-
rat, & volebat Deus vt biberet calicē,
& iam actu per tristitiā bibebat. Quar-
tō, non quadrat consequentibus: *Ve-
runtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*,
scilicet vis, quia in bibendo calice etiā
accelerato nōn erat differentia volun-
tatis diuinæ, & humanæ ratione prædi-
tæ ac deliberatæ, sed erat conformitas.
Quintō, non quadrat præcedentibus:
*Capit contristari, & moestus esse, & Tri-
stis est anima mea vsque ad mortem*, quæ
omnia manifestē imbecillis carnis, &
trepidantis sunt signa; atque ita depre-
catio ista nō est partis superioris, quæ
erat fortis, sed humanæ & inferioris
trepidantis, ac mortē deprecantis. Sextō,
etiā verum sit, quod in sensu isto sit
exemplum fortiū, qui libenter patiun-
tur, sicut in alio communi est exemplū
debiliū, & infirmorū; tamen maioris
charitatis ex parte effectus, nō affectus
fuit orare in communi sensu, quàm in
isto secundo: quia maioris charitatis
est iuuare multos, qui debiles sūt, quā
paucos qui fortes. Septimō, repugnat
etiā duos actus contrarios voluntatis,
id est, Volo mortem, &, Nolo mortē,
eisdē omnino verbis explicari, etiam si
esset in agonia, & lucta spiritus cōtra
carnē: nisi dicamus qd Dñs modō dice-
ret in vno sensu, modō diceret in alte-
ro, secundū illud Poetæ cuiusdā: (*idē*:
Sape precor mortē, mortē quoq; deprecor
Hæc in illum sensum occurrebant.

Tamen pro tuendo illo sensu in pri-
mis se mihi offerebat, qd illi duo sen-
sus non essent inter se contrarij, sed
diuersi, & diuersarum facultatū, nimi-
rum carnis, & spiritus; non autem car-
nis, & carnis, vel spiritus, & spiritus;
quia sic contradicerent. Deinde vide-
mus, in eadem clausula nomen peccati
variē accipi, & pro vero peccato, &
pro hostia expiante peccatum. Nam
Paulus ait: *Eum qui nō nouerat peccatū,
pro nobis peccatum fecit*, & iterum: *De
peccato damnauit peccatum in carne*; &
illud: *Expedit vobis, vt vnus moriatur
homo pro populo*, duplicē habet sensū,
alterum ad mentem Spiritus sancti, al-
terum ad mētem Caiphæ. Adhæc erat
Christus in agonia, & luctu carnis, ac
spiritus, & modō poterat dici in sensu
carnis, modō in sensu spiritus. Itē satis
calix transit à me, quando non lædit,
sed tollitur eius amaritudo, & vincitur
malum. Estq; nobilissimus transeūdi
modus in pœnis, quia addit victoriam
mali, & inimici: sec⁹ est in culpis, quia
excellētius est præseruari, quàm post
lapsum subleuari, quemadmodū cum
dicimus: *Sed libera nos à malo*, nō solū
petimus præseruari à malo, sed vt in
bono malum vincamus. Ita Paulus ait
nos liberatos à lege peccati, & mortis:
non quod fomes, vel mors amplius in
Christianos non grassentur, sed quod
non regnent, neque dominētur. Quia
non faciunt declinare à lege Dei, imō
Dei gratia fulti facimus cū tentatione
prouentū, id est, cum fomite & morte
luctantes, meritū nobis, & coronā cō-
paramus. Et cōfirmatur hic sensus per
Epiphaniū, qui in Ariomanitas, & ite-
rum in Ancoratu tractans hæc verba:
Transeat à me calix iste, cū obiecisset
sibi quod dixisset: *Potestis bibere calicē
quē ego bibiturus sum*, & Petro dehor-
tanti à morte dixerit: *Abi retro me Sata-
na*, respondet: *Qui ante mortē dixit de
morte, vel ob ipsam ne deprehenderetur
mendax, non potuit precari vt transiret
poculū, sed prouocat per hūc modū aduer-
sariū, quo illo opinante timere Saluatore
inducat ipsi mortē ad salutē morientibus
per dispēsationē. Idē, paulō antē probat
similitudine magni in inferiorē prælati
& quādoque fugam simulantis, vt inimi-*

Quem locū
habere possit
etiusmodi in-
terpretatio
S. Catharina
Senensis.

2. Cor. 5.
Rom 8.

Ioan. 11.

A culpis præ-
seruari, quā
post lapsum
subleuari, lo-
gē præstati⁹.

Matth. 6.

Rom. 8.
Quo sensu A
postolus di-
cat, à lege
peccati, &
mortis nos li-
beratos.

1. Cor. 10.
Facere in tē-
tatione pro-
uentū iuxta
Apostolum
quid.

Epiphan. in
Hæres. 69.
Matth. 20.
Supra 16.

cū prouocet ad certamen, & ita eū peri-
mat. Hæc dici possent ad tuendū sensū
illius virginis, non solū vt verū, sed
etiam vt literalem, & germanum. Et
ita cū orauit, *Si vis, vel, Si fieri potest*,
sciebat Deū velle, & posse accelerare,
& quod nō vult præferri suā, sed diui-
nā voluntatē, & se Deo subijcere: ita
vt si etiā vellet eo tēpore mortem non
accelerari, sed adhuc animū pauescēte
in timore mortis, & tristitia detinere,
idē etiā ipse maximē vellet: quod cer-
tē nō minus graue est ipsamet morte.
Eadem tamen virgo in eodē loco
in ecclasi posita fertur alia quoque ra-
tione illum locum interpretata. Nam
reprentata ante spirituales Dñi Iesu
oculos obstinatione, & malitia homi-
num reproborū, qui priuabant se fru-
ctu rāte crucis, & amore salutis illorū
accensus venit in agoniam, & sudorē,
rogando transferri talem calicem in
æterna damnatione tot animarum: &
ideō petebat Dominus, si fieri posset,
vt illis parceret, & parcendo, tolleret
calicē à se. Et reuera, vt ait hæc virgo
sancta, obtinisset, si absolutē precat⁹
fuisset. Et quia sciebat possibile, dixit:
Abba, Pater, omnia tibi possibilia sunt.
Sed ipse coactus amore iustitiæ, addi-
dit: *Sed non quod ego volo, sed quod tu*.
Id est: Et si amem creaturas ratione præ-
ditas, & ex parte mea nolim earum æ-
ternam damnationem; tamen Pater,
acquiesco voluntati iustitiæ tuæ, quæ
etiam meæ est, & illam præfero meæ,
quam vt homo gero ad homines. Hic
sensus concurret cum illo Hieronymi
superius enarrato, & nihil pro se Chri-
stus precatus fuisset. Et propriē non
erat Christi calix æterna dānatio ani-
marum, sed mors præsens. Imō etiam
Ambrosius super Lucam eundem sen-
sum attingens, ait: *Tristis erat, quia nos
paruulos relinquebat. Caterū quā
constanter se morti obrulerit, consequen-
tia declarat: quandoquidem querenti-
bus occurrit, turbatos confirmat, tre-
pidos prouocauit, pradiorem osculi dig-
natione suscepit. Nec illud distat à vero,
si tristis erat pro persecutoribus suis, quos
sciebat immanis sacrilegij penas datu-
ros. Et idē dixit: *Transfer hunc calicē
à me. Non quia Deus Dei Filius mortem
timebat, sed quia nec malos pro se perire**

Alter sensus
virginis eui-
dem.

Marc. 14.

Amb. lib. 10
in Luc. c. 11
in fin. to. 3.

volebat. Hæc ille. Ex illo autē verbo:
Non sicut ego volo, sed sicut tu, grande
habemus exemplum, de quo Leo Papa
serm. de pass. Dñi, ait: *Hæc vox capitis
salus est rotius corporis, hæc vox omnes
fideles instruxit, omnes Confessores accē-
dit, omnes martyres coronauit. Nam quis
mundi odia, quis tentationum turbines,
quis posset persecutorū superare terrores,
nisi Christus in omnibus, & pro omnibus
patiens, Patri diceret, Fiat voluntas tua?*
*Discant igitur hanc vocem omnes Eccle-
sia filij, magno pretio redempti, gratis
iustificati. Et cū aduersitas violet a ali-
cuius tentationis incubuerit, præsidio po-
tētissima rationis (alia lectio habet, ora-
tionis) vtantur, vt superato tremore for-
midinis, accipiant tolerantiam passionis.*
Hæc ille magnus Pater. Primō ergo
disce, magnā esse dignitatem faciētū
voluntatē Dei, quia ille non est homo,
sed Deus: *Ille, inquit, meus frater, so-
ror, & mater est*. Deinde in fide petam⁹
auferri calicem nostrum à Deo, quia
vel auferetur, vel dabitur virtus fru-
ctuosē bibendi, & vincendi in bono
malum. Et non tantū discamus dicere,
Fiat voluntas tua in his quæ Deus volū-
tate beneplaciti probauit, & cui nemo
potest resistere; sed etiā in his quæ vult
volūtate signi, quæ declaratur præcep-
to, phibitione, actione, & pmisione,
quaten⁹ scilicet finit nos De⁹ affligi à
malis. Curen⁹ quoq; benē operari, nō
quia nobis placet, vel quia iustū nobis
videtur, sed ob id maximē quia est vo-
lūtas Dei, & vt ipse nobis inspiret face-
re quæ sibi probatur. Adhæc Christus
orās ac petēs à Patre id, qd à seipso ha-
bere poterat, docet nos, qui nihil ex
nobis ipsis possum⁹, omnia à Deo po-
stulare, & vt exprimat amoris nostri
erga eū affect⁹: quia talis esse debet, vt
velim⁹ magis ab amico nostro habere,
quā à nobis ipsis: nā chariora esse debēt
quæ à Deo ipso habem⁹, quā quæ à no-
bis. Quod nō facim⁹, quādo nō ama-
mus, vel nō vehemētē amamus: nam
tūc nemini nos obstringere volumus.
Vnde Christi⁹ homo factus eguit, & pe-
tiuit à nobis, vt se nobis redderet obli-
gatum. Præterea ex eo qd petimus præ-
ferri nostræ diuinæ voluntatē, gauden-
dū est, etiam cū dolorē auferre non
possumus. Sic enim quidā Sanctus di-

Leo Papa
serm. 7. de
pass. Dñi
in fine.

Dum Christi
suam Patris
subdidit vo-
luntati, quæ
nobis docu-
menta tradi-
derit.

Primum.

Matth. 12.
Secundum.

Rom. 12.

Genes. vlt.
& sapē a-
lias.

Tertium do-
cumentum.

Amoris no-
stri erga Deū
affectus qua-
lis esse debeat

Quartum do-
cumentum.

Quæadmodû de diuina voluntate sentiret vir quidam sanctus.

Quintum documentum.

cebat se gaudere quòd dolorem auferre non posset : quia sic plenè fieret in eo voluntas Dei, quam ipse fortè, si posset, non sequeretur, sed suam diuinæ præponeret, dolorem à se pellendo. Ita vt non modò cum petimus iniusta, & indifferentia, subijciamus nostram diuinæ voluntati, sed etiam cum iusta, & necessaria ad salutem postulemus, non nostram, sed eius fieri voluntatem : quia ipse vult vobis ea perfectiori, & nobiliori modo, quàm nos ipsi nobis illa velimus. Postremò, non decet diuinam voluntatem ad nostram deijci, quia esset rectum deducere ad obliquum; sed nostram ascendere ad Deum, quod est id quod tortuosum est; per rectum corrigere. Et nos voluntati diuinæ vim conamur in ferre; cum tamen vis nostræ voluntati

fit inferenda, illaque per diuinam expugnanda, vt scilicet quæ ipse vult, & quomodo vult, velimus. Et dicere, Non mea voluntas, sed tua fiat; perinde est ac si quis Deum verbis, ac promissionibus suis ad exaudiendum ligatum, & ad faciendam nostram voluntatem quasi coactum, perinde inquam est, ac si eum solueret, & honoraret, & seipsum ligaret, ac diceret: Domine; fac de me, quidquid tibi libuerit, ac placuerit. Beati igitur quibus tam præclarè, & honorificè sentire de diuina voluntate datum est : quia ipsi semper exaudientur à Deo, & fructum amplissimum suæ exauditionis colligent, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto æternus est honor, imperium, & gloria in seculis seculorum. Amen.

Bene de diuina voluntate sentire quantum boni sit



TRACTATUS XIII.

In illa verba: *Et venit ad Discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, & orauit, dicens, &c. Matth. 26. Marci 14.*

RVSIORI fermone præcedenti Tractatu illius orationis, quam Dominus habuit in horto, verba discussimò, & quem potissimum sensum illa verba ad literam facerent, examinauimus: pauca adiungemus adhuc ad maiorem intelligentiam. Et primum est, an fuerit voluntaria mors Christi, nec ne; quia videtur partim illa voluisse, partim detrectasse. Respondeo: Voluntaria fuit simpliciter, si consideres voluntatem rationalem in Christo, etiam si sensus, & natura aliqua ex parte eam detrectarent: quemadmodum imminente tempestate proiectio mercium in mare, & præcisio membri noxi sim-

pliciter est voluntaria, etiam si secundum aliquid à sensu & natura recusetur. Quare rectè dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam; & Voluntariè sacrificabo tibi; &c. Oblatus est, quia ipse voluit*, id est, non impediuit, vel fugit. Alioqui si voluntaria non erat, nec meritoria sibi, vel nobis fuisset. Natura etiam, & sensus in Christo, non conueniebant cum diuina voluntate in obiecto designato, sed bene in actione voluntatis, quia volebat sensus, & natura, quod Deus illa velere volebat. At voluntas ratione prædita consentiebat per omnia cum diuina voluntate, non tantum in ob-

Ioan. 10.

Psal. 53. Esaiâ 53.

Ni voluntaria mors Christi fuisset, quid inde.

iecto,

An fuerit voluntaria mors Christi, nec ne.

Qualis Chastitas voluntas moriendi.

Cyrl. lib. 4 in Ioan. c. 1 init. tom. 1 Ioan. 6.

Matth. 26.

iecto, & actu volendi, sed etiam in modo: quia vt illam illatam permittebat Deus, & ordinabat ad salutem mundi, ita Christi voluntas eam permisit, & acceptatam obtulit ad gloriam Patris, & humani generis redemptionem. Et quia secundum illam simpliciter dicitur quis velle, vel non velle, propterea simpliciter dicendum, quod passio ex parte Christi voluntaria extiterit. Hinc Cyrillus in illud Ioannis: *Quia descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, Patris, ait: Quid autem erat quod voluntarium, & non voluntarium Christo fuisse dicimus? Iudeorum in illum iniuria, flagella, sputa, calumnia, mors ipsa; hæc enim propter nos passus est Christus. Nam si potuissemus nos saluari (quod illi studio erat) absque passione omnino sua, nolisset certe opprobria illa pati. Verum quoniam libera voluntatis potestate vsi Iudæi, omnino censuerunt tot, tantaque ipsi facere; admittit passionem propter nos, & facit voluntarium sibi quod per se erat inuoluntarium, propter humani generis utilitatem Patre assentiente, ac comprobante. Hinc enim maximè immensam diuinæ naturæ bonitatem inspicimus, quod etiam id quod propter salutem nostram non recusauerit, quod per se erat abijciendum. Quod autem non voluntarium quodammodo Christo erat crucis patibulum, voluntarium autem propter voluntatem Patris, & propter salutem nostram, inde facile discet. Cum enim ad passionem accessurus esset, Patrem in orationis habitu alloquebatur, dicens: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non vt ego volo, sed vt tu. Ea enim ratione qua Verbum Dei Deus est, & ipsa naturaliter vita, nemo ambiget quòd nullo modo mortem formidauit; caro autem factus, permittit carni vt sua patiatur: & ideo vt verè homo presentem iam in ianuis mortem timeat, ac dicit: Si possibile Pater est, transeat à me calix iste: verum quoniam aliter fieri non potest, fiat non vt ego volo, sed vt tu. Vides quemadmodum natura humana etiam in ipso Christo sua patitur, & formidat? sed à coniuncto sibi Verbo ad conuenientem Deo fortitu-**

dinem, & robur reducit, doceturque ne quod sibi videtur, sed diuinam voluntatem, sequatur; & illò semper tendat, quò voluntas Dei perducit. Hactenus Cyrillus egregiè quidem, & doctè. Deinde quæri posset, an Christus fuerit exauditus in illa oratione, nec ne: quia scriptum est: *Exauditus est pro sua reuerentia; &: Ego autem sciebam quia semper me audis.* Dicendum est, simpliciter Christum exauditum fuisse in hac oratione: quia postremò conclusit orationem suam, dicens: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Nam quantum ad se attinet, in multis est exauditus, quæ potuit fortasse pati, quæ non est passus; & in nobis quantum ad multa, quæ Martyres Dei sine calice, id est, angustia interna, & cum magna animi lætitia & alacritate passi sunt: præterea quantum ad multa externa tormenta, quæ sancti Martyres precibus suis per uicerunt, & à quibus lædi non potuerunt, vt ignes, bestias, rotas, equuleos, & similia: exauditus denique est in omnibus quæ simpliciter, & sine conditione petebat. Et Christus non est simpliciter deprecatus mortem, sed absolute precatus est vt fieret voluntas Dei: quod cum factum sit, etiam in hac prece exauditus est. Quare rectè beatus Paulus de hac precatione verba faciens, ait Hebræorum quinto: *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: quibus in verbis apertam videtur facere huius precationis mentionem, in qua precatus est à morte sua liberationem, & nunquam alibi legitur Dominus pro ea preces fuisse.* Tertiò quæri posset ad dictæ precationis intelligentiam, an simpliciter vitari calix ille potuerit à Christo? Et dicendum, si absolutam Dei potentiam consideremus, maximè id fieri potuisse; cui multi alij modi redimendi non erant aut ignoti, aut impossibiles. Si tamen consulamus potentiam ordinariam Dei, quia dixit: *Si possibile est, &: si vis, aliter fieri non poterat: quia voluntas Dei, est ordinaria eius potentia.*

An in prece illa ad Patrem fusa: Trāsfer calicem hūc à me, Christ⁹ fuerit exauditus, & quomodo. Hebr. 5. Ioan. 11.

An simpliciter calix passionis à Christo vitari potuerit.

Volūtas Dei quam pro priè intelligitur.

Sed

Sed iam redeamus ad literam: in qua in primis explicabimus circumstantias aliquor orationis Christi, id est, quæ fecit, & dixit dum precaretur. Deinde aliquot eliciemus documenta bene precandi.

Venit ergo ad discipulos suos, nimirum illos tres, forte vt tanquam homo mortuosissimus ex colloquio amicorum aliquantum solatij caperet; quia Deus non videbatur exaudire eum quantum ad crucis deprecationem: vel vt excitaret eos a somno, & confirmaret illos ne intrarent in tentationem; & ita haberet socios in vigilia, & deprecatione. Docetque interpolandam esse nostram orationem per reditum ad bona opera: & quia ob necessitatem omnium infirmarum, & curam earum habendam, relinquenda sunt orationum & contemplationum solatia: unde Moyses orans iubetur de monte descendere. Laudes etiam diuine sunt interpolandæ, vt non omnes eadem diei hora dicantur, vt sic septies in die precemur, & benedicamus Deum in omni tempore.

Et inuenit eos dormientes. Ad inuitabilem somnum duo inducebant secundum Chrysostomum: nox ipsa humida atque frigida, iuxta illud:

Suadentq; cadentia sidera somnum, Maxime quia ex recenti cœna ascendunt fumi in cerebrum, ex quibus generatur somnus; alterum erat animi incœror, de quo ait Lucas: Inuenit eos dormientes pro tristitia. Magnaque est nostra imbecillitas, atque ignorantia, qui cum magna promiserimus, in ipso belli limine, & tentationis initio dormimus, maxime verò ipsi villici, & pastores, qui ad custodiam Domini gregis præpositi sunt. Ideo in specie Petrus reprehenditur: siue quia plura promiserat, siue quia cæteris erat præficiendus. Et nos Christo orante, & aduocatum se nobis in cœlo præstare, & urgentibus mundi, carnis, ac diaboli tentationibus in vtramque aurem dormimus: & quod peius est, dum oramus, dormimus, id est, non attendimus neque ad eum, ad quem fundimus preces, neque ad nos ipsos qui precamur, neque ad ea quæ dicimus; vt

de nobis dici possit: Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longe est a me. Et peculiariter improprio dignus est vigilum somnus.

Et dicit Petrus: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Apud Marcum Simoni soli loquitur: Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare? Sed in illo dulcius ac suauius aliorum somnolentiam reprehendebat: non est seuerè eos insectatus, nec acerbo animo exprobrauit vel suum pro ipsis laborem, aut ipsorum magnificas promissiones, sed mansuetè eos compellauit. Et si enim Christus cõmiseretur somno deuictos Apostolos, reprehendit tamen eos, quod doceat reprehendenda vitia esse, etiam quæ quodammodo necessaria sunt. Et ait Petrus: Simon, dormis? Nominat Petrum, antiquo nomine Simonem: quia qui in regimine constitutus dormit, indignus est qui vocetur Petrus, cum veteris hominis opera non autem noui hominis præstet vt debet. Sic, supple agis, Petre, qui mecum in carcerem, & in mortem ire te posse iactaueras: si tempore vigiliæ dormis, tempore ergo pugne nonne fugies? In Petro insinuat Prælatorum somnum, urgentibus Ecclesiæ afflictionibus, vt facilis lupis ad oues deuorandas detur aditus. Et vt Hieronymus in caput tertium Nahum Prophetæ sub finem scribit: Scit quim Rex Assyrius non posse se oues decipere, nisi pastores ante conspicerit. Hæc ille. Qui poteris maiora vincere, qui minora non vincis? Ex his verbis primo intelligimus, per vnam horam integram Christum preceationem continuisse suam. Et quanquam breuissima apparet eius oratio; tamen vel fuit præorationis suæ conclusio, quam Euangelistæ recitant; nam Anselmus libro de Passione Domini in initio refert Dominum sic preceatum: Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende anime meæ, & libera eam: propter inimicos tuos eripe me: vel dici potest, præcationi tempus

Esaiæ 29. Matth. 15. Somnus qui meritò reprehensibilis. Dulcis Christi reprehensio discipulorum dormientium quid nos doceat.

Cur Petrum Christus dormientem, Symonem vocauerit. Symon dormiens quorum typum gerat

Hieronymus nym. tomo 5.

Christi oratio ad Patrem pro calice de precando quæ diuturna fuerit, qualis secundum Anselmum. B. Anselm. Psal. 68.

Altera responsio.

impensum

Tertia.

Preces nostræ quales debeant esse.

Quos tentatos demones diffugiant.

Petrus & Apostoli tres dormientes quid peccauerint.

Quomodo nos intremus in tentatione.

Quomodo vigil pastor Christi & custos.

Psal. 120.

Idem cur discipulos tanto tempore ad vigiliandum & orandum hortatur.

Orantis clamor quæ fortis & efficax. Qui videatur de demoni assensum præbere tentanti.

impensum non esse verborum multitudine pensandum, sed animi affectu, & vehementi meditatione, quæ illi adhibeatur, & quæ longo tempore seruari potest. Vel sanè docemur, orationes debere esse breues, & iaculatorias: quia difficile valde est in longis precibus attentionem seruare. Denique breuis est hora tentationis, in qua si vigiletur cum Christo, diffugiunt spiritus maligni, qui instar latronum nos dormientes volunt inuadere. In hoc autem Apostoli & Petrus non nihil peccauerunt; non tamen ad mortem, quia non intrauerant per tentationem in consensum. Et nullum sit peccatum mortiferum sine consensu in tentationem ad malum sollicitantem: impossibile enim nobis est non accedere tentationem, at nostrum est in illam intrare, vel non intrare: intramus autem vt piscis in rete, vel hamum. Ad hæc cum præceptum vigilandi affirmatiuum esset, pro aliquo tempore illud impleuerunt, sed carne infirma impediante non continuauerunt, vt ipse dixit: Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma. Hinc Dominus ait: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum, per quam totam & integram precatus fuerat. Et expendit verbum: Non potuistis mecum, vigilantissimo videlicet, & excubias vobis faciente: etenim non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël. Mecum etiam vigiliantia exemplum, & meritum, & præceptum vobis dante; præsertim cum Iudas ac demon non dormiant, sed vigilent vt me tradant.

Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Rursum ad vigiliam, & orationem pronocat, non sui, sed ipsorum causa, ne intretis, inquit, in tentationem: vigilia siquidem opus est. Fur enim, audito clamore domus, fugit; & vicini, vt subueniant, occurrunt: ita clamor orationis demonem fugat, Sanctosque ad subueniendum excitat. Ac quemadmodum seruus, videns furem domum subintrantem, si non clamat, videtur furi fauere, ac dominum suum prodere: ita qui nouit tentationem esse in corde, nec per orationem clamat ad Dominum cum

Propheta: Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudivit me: videtur Christum prodere, & diabolo consentire. Vigilate ergo, quia hic nulla securitas, vbi aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Et quia nemo ex viribus proprijs illum valet vincere; addit: Et orate, vt diuinis viribus per orationem impetratis, illum vincere valeamus. Et quia impossibile est cor humanum aliquando non tentari; ideo orandum est ne a tentatione perincamur. Idcirco subiungit: Vt non intretis in tentationem. Beatus Laurentius Iustinianus in hæc verba: Vigilate, inquit, contra intrinsecas concupiscentias: orate contra extrinsecas tentationes. Vigilantiam enim circa custodiam mentis eam purgans facit vt vigilantiam emittat orationem; & oratio prudentiorem mentem reddit in vigilantia. Hæc ille ferè. Armata igitur caro vincit spiritum inermem: sed vigilia caro armatur, vt vincat carnem. Vigilate etiam, & orate, non pro me, sed pro vobis, vt non intretis in tentationem, per gradus ei consentiendo, progrediendoque vsque ad peccati contuminationem. Nam si Apostoli orassent pro Christo, postulassent ne Christus prorsus pateretur, ac potius perire ipsi, quam illum pro nobis pati maluissent: nec orassent cum exceptione, vt Christus fecit. In tentationem, inquit, quæ prædixit Iesus vt dispergerentur tanquam oues pastore percusso: ideo volebat vt non offensus, nec dispersus, sed scientes ac prudentes, atque eo modo quo Christus permisit se capi, ita ipsi fugiendo nostræ redemptioni pro virili subseruirent. Vel admonet precari, ne in maiorem tentationem intrerent, quam quæ prædicta sit: ideo petere docuit in præcatione Dominica: Ne nos inducas in tentationem.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Ecce causas cur opus sit vigilia, & oratione: quia spiritus, inquit, promptus, caro debilis. Robertus Stephanus sic exponit hunc locum, Spiritus, scilicet malignus, promptus est ad tentandum;

Psal. 119

1. Petri 5.

Orationis tempore tentationis necessitas.

Cur vigilandum simul & orandum ne in rebus in tentationem. B. Laurent. Iustinian. lib. de triumphali Christi agone. c. 6. post med.

Modus intrandi in tentationem.

In quam tentatione orare debebant Apostoli ne intrarent.

Alter sensus.

Matth. 6. Primus sensus huius loci: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, à Roberto Stephano traditus: inceptus tamè duplici nomine.

caro

caro autem infirma ad resistendum, vt in Eua nimis apparuit, quæ cecidit dæmoni, & spiritui nequam. Verus quidem sensus, sed in illum duo obijci possunt. Primum, quod spiritus absolute, vt annotarunt Hieronymus, & Augustinus, nunquam capitur in malam partem, vel in nouo, vel in veteri Testamento, maxime cum articulus illi apponitur, & dicitur *πνεῦμα*, vt B. Athanasius in epistola ad Serapionē doctissime perpendit. Deinde obijci potest, quod quando carni opponitur spiritus, semper spiritus capitur in bonam partem, vt: *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem*; &: *Quod natum est ex carne caro est: quod natum est ex spiritu, spiritus est*; &: *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*; & rursus: *Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis*. Alij verò in hunc modum exponunt: Spiritus, id est, homo spiritualis; promptus est, ita vt dicat cum Propheta: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum*: id est, & ad bonum operandum, & ad malum sustinendū. Caro autem, id est, carnalis homo, difficile operatur bonum, & ægrè resistit malo propter innatam concupiscentiam. Sed & hic sensus verus est in seipso, cæterum non videtur ad rem, quia nullus adhuc inter illos spiritualis erat, & omnes tanquam carnales tentationi succubuerunt, & Dominum deseruerunt. Non desunt qui sic interpretentur: Spiritus sanctus promptus est ex se bona largiri; sed caro infirma, id est, debilis, & parum capax & tor, & tanta dona accipienda. Veritatem habet & hæc sententia, sed sicut reliqui minus ad rem: nec enim erat sermo de accipiendis donis ab Spiritu sancto, sed de fortitudine præstanda in vigilia, & precatione, & morte, si opus esset pro Christo sustinenda.

Igitur sensus verus est: Spiritus ex se promptus est ad bona promittenda & amanda, sed ab infirma carne retardatur ac vincitur, iuxta illud: *Nō enim quod volo bonum hoc ago; sed quod odi malum, illud facio*. Et infra: *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legē in mem-*

bris meis, repugnantem legi mentis mee, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Ideo ad hoc vt spiritus perficiat bonū, & non frangatur à carne, opus est vigilia, & precatione, vt obtineat gratiam, & armatus spiritus vincat carnem infirmam. Finge falconem alligatum perticæ, vel ignē ligno inhærentem, vellet quidem ille in altum euolare, & retinetur à vinculis; vellet & hic, scilicet ignis, sursū ascendere, sed retardatur à ligno, cui adhæret. Atque his verbis mitigat reprehensionem somnolentiæ ipsorum, significans eos se venia dignari, quod non propter cōtempum dormierint, sed propter infirmitatem, vt annotat Theophylactus in Matthæum. Rectè autem annotauit Origenes super Matthæum in hæc verba, non omnium esse habere spiritum promptum, sicut omnium est habere carnem infirmam; sed tantum Sanctorum: infidelium enim spiritus segnis est, & caro infirma. Deinde aduerte, carnem & spiritum sibi inuicē aduersari: in magnis enim virtutum operibus, vt martyrio & disciplina macerante, caro reluctatur spiritui, & obmurmurat; in infirmis vero, & carnalibus vitijs repugnat spiritus carni, quia ratio nunquam ita absorbetur, quin maneat synterefsis reclinans, damnansque quod malè agitur. In medijs verò, siue bonis, siue malis, conuenire possunt caro, & spiritus: hinc dictum est: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum meum*. Quanquā autem Christus prædixisset, Apostolos scandalizandos in illa nocte, hortatur tamen eos ad vigiliam, & orationem, ne intrent in tentationem: quoniam prædictiones Dei vt plurimum sub cōditione intelligendæ sunt, vt per Ieremiam docuit Dominus. Deinde, et si homo sit certus quod non impinget, aut peccabit, nihilominus vigilare, & orare debet ne intret in tentationem, vel vt minus peccet, vel vt minus in peccato permaneat, sed celerius resurgat. Tertio expēde Tertullianum hæc verba ponderare in eos, qui se per infirmitatem carnis excusant, ait enim in libro ad Martyres: *Scimus ex Dominico præcepto quod caro infirma sit,*

Vt spiritus bonum perficiat, carnēq. vincat, quid facto opus sit

Qualis spiritus non sit in fragili carne indutus & cinctus.

Theophyl. Orig. tract. 35. in Mat. ante mediū tomo 2.

Quibus dum taxat datum sit habere spiritum præcū, teste Orige.

Synterefsis officium in homine

Psal. 83.

Promissiones Dei, fere vt accipiendæ sint.

Ierem. 18.

Tertullian.

Matth. 26.

Hierony. in Mich. c. 2. sub finem tomo 6. Aug. l. 2. ad Simplicitia. question. 1 paullo ante med. tom. 4 & lib. 1. de incarn. Verbi, cap. 17. tom. eodem B. Athana. Vbi nomen Spiritus in bonum accipitur. Galat. 5. Ioan. 3. Rom. 8. Galat. 5. Alter sensus qui etiam rafellitur. Psal. 56.

Tertius etiam altentus Christi sententia

Quartus scs

Rom. 7.

*Spiritus promptus. Non ergo blandiamur, quia Dominus consensit carnem infirmam esse. Propterea enim prædixit spiritum promptum, vt ostenderet quid cui debeat esse subiectum, scilicet vt caro seruiat spiritui, infirmior fortiori, vt ab eo etiam ipsa fortitudinem assumat. Hæc ille egregie ianè. Discimus autē ex hac pulchra Domini sententia, non tantū nobis esse de præpitudine, & fortitudine spiritus pollicendū, quantū de carnis fragilitate trepidandū: nec tantū de nobis timendū, vt non plus bonitati Domini, & auxilio eius fidendū esse intelligamus: nec par est nostram fragilitatem spiritum Dei, vel eius gratiam vincere. Iterum secundo abijt, & orauit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum; fiat voluntas tua. Hæc verba: cum eundem habeant sensum quē priora, licet verbis varia videantur, ideò Marcus dixit quod orauit eundem sermonem dicens. Et docet ne in diuino seruitio delassemur, si sæpè eundē sermonē repetamus: quia sine fructu non repetitur, si nouo spiritus conatu petamus, inā vt dici solet: *Gutta cauat lapidem*. Nec fastidire debes lectionem eiusdem Psalterij quilibet hebdomada, vel eiusdem orationis repetitionem, vt facit Ecclesia in Litanijs, & in quibusda responsorijs, & in corona, vel Rosario, quod ad honorem B. Virginis recitatur. Iudæi sine causa manna sumere fastidiebant, sed Christiani in eisdem precibus debent magis spiritum & gustū, quàm nouā literam, doctrinamque quærere. Deinde hac iteratione ostendit, quod variatio petitionum, instabilis mentis est indicium. Vnde Chrysostomus in Homilia quadam: *Quod secundo, & tertio sit in scripturis, maximopere veritatem ostendit: veluti & Ioseph ad Pharaonem dicebat: Secundo id tibi apparuit somnium veritatis gratia: ita enim factum est, vt ita credas omnino futurum: hac de causa etiam ipse non semel, sed bis & ter idem orando protulit; vt dispensatio firmiter crederetur*. Hieronymus in hæc verba, alludens ad suum illū sententiam ait: *Secundo orat, vt si Nimue aliter saluari non potest, nisi aruerit cucurbita, fiat voluntas Patris, qua non est contra-**

*ria Elij voluntati, dicente ipso per Prophetam: Vt facerē voluntatem tuā, Deus meus volui. Tertio docet ne turbemur, si quamprimum oramus nō exaudimur: quia oportet perseueratē orare, alioqui enim citò obtenta vilescūt; ideò precationi instandū, donec obriueamus. Quod si obijcias ex lib. Ecclesiastici: *Non iteres verbum in oratione tua*; Dicendū est non esse sermonē de oratione quæ ante Deū funditur, sed de ea, quæ apud homines habetur. Quod verbū proximè præcedens indicat: *Noli, inquit, verbosus esse in multitudine presbyterorū, & non iteres verbū in oratione tua*. Quanquam si de oratione coram Deo esset sermo, dici posset quod non est repetendum verbum in oratione ex infidelitate, quemadmodum Gentes, quæ putant quod in multiloquio exaudiantur. Vel ne sic male legas, ac interpolatim, vt oporteat te orationē iterare: ob instantiam tamen Spiritus, sanctum est iterare precationem. Sed prior solutio est solidior.*

Et iterum venit, & inuenit eos dormientes; erant enim oculi eorum grauati. Marcus addit: Et ignorabant quid responderent ei: Hieronymus in hæc verba: *Solus, ait, orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro vniuersis. Languescebant autem, & opprimebantur Apostolorum oculi negatione vicina. Sic ille. Nota, quod secundo rediens non reprehendit dormientes: indicans nō esse corrigendos eos, qui ad suscipiendam correctionem minimè sunt dispositi. Perpende quod in prima oratione, vel secunda, vt quidam volunt ex Luca, qui nō meminit, vt alij duo, trinæ negationis Christi, apparuit illi Angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor, eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Vel potius quia dicitur quod orauit tertio eundem sermonem, qui breuissimus est, non accidit illa prolixa oratio in agonia, sed potius post ter repetitum eundem sermonem venit Angelus de cælo, post cuius aduentum subsecuta est prolixa oratio, & sudor sanguinis. Non enim videtur cōueniens, vt post Angeli cōfirmationem Dñs semel &*

Psal. 39. III. documētum.

Eccles. 7. Illud Ecclesiastici: Non iteres verbū in oratione tua, quē sensum habeat.

Altera solutio.

Matth. 6.

Hieronymus

Quare Dominus secundo rediens discipulos non reprehendat dormientes.

Luc. 22. Quando apparuerit de cælo Angelus Christum confortans.

Alter sensus.

De Spiritu nostri fortitudinē nobis quatenus pollicendam sit.

Non ita timēda nostra fragilitas est, quin Amalorem de diuina ope sperem excipiamus.

Quid Dominus eandem orationē inculcando, calix vt ab eo transiret, nos docet. Quid. 4. de Ponto, eleg. 10. initio. Proverbiū.

Num. 21. II. documētum.

Quid maximopere veritatem ostendit more scripturæ, secundum Chrysostomum.

Chry. hom. 84. in Mat. tom. 2. Genes. 41.

Hierony. in Matth. 26. tom. 6. Ioan. 4.

In oratione que petenda sint.

2. Theff. 5. Precationes omnes quod dirigenda sint.

Officiu matutinum cur prolixius sit ceteris.

Tertio cur orauerit Dominus.

2. Cor. 1. 2.

Psal. 9.

2. Para. 20.

Documenta septem bene precandi.

1. Tim. 2.

Oratio manibus quibus in caelum electur.

Matth. 6. Infr. 20.

Quare orandum sit occulte.

II. documentum.

Apocal. 7.

iterum eandem passus sit carnis infirmitatem. Et relictis illis, iterum abiit: & orauit tertio eundem sermonem dicens. Ter rogauit pro Petro ter negaturo. Tria sunt in oratione petenda: nimirum peccatorum venia, gratia & gloria, & vt integer spiritus & anima, & corpus inueniantur in die Domini nostri Iesu Christi: Omnes orationes ad Trinitate dirigenda sunt: quia ter etiam orauit: Tres nocturni in Matutino dicuntur, & quoduis nocturnum tribus Psalmis constat. Et quia prolixius orabat; ideo officium matutinum ceteris est prolixius. Tertio ter orauit, in signum perfectae, & perseverantis orationis: vnde & Paulus ter Dominum rogauit pro amouedo carnis stimulo. Quarto denique orauit, quod nullam consolationem ab Apostolis acciperet; ideo se totum ad Deum conuertit, de quo ait Propheta: Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Cum enim ignoremus quid agere debeamus; hoc solum habemus refidui, vt oculos ad Deum leuemus. Et ita venit Angelus de caelo corroboras eu.

Ex his quae in hac oratione habentur, collige septem documenta. Primum de loco remoto, & solitario: Volo, inquit Apostolus, viros orare in omni loco; leuantes puras manus. Nam precatio habet manus elemosynae, & ieiunij, quibus in caelum erigitur: ideo Christus a Ierusalem, & a discipulis segregatus erat. Quia enim Christus vult nos diuites in spiritu esse, & vt diuitias spirituales conseruemus, iussit olim verbo orare in abscondito, & nunc facto orandi in horto idem tradit: quia operati, & non tantum loquenti datur denarius. Vt ergo daemones, & adulatoribus, & propria inani gloria precatio nostra libera, & immunis esse possit, remedium est vt fiat occulte.

Secundum Documentum est, reuerentia, & humilitas, quam prostratus, & genuflexus, vt sancti in Apocalypsi, docent. Ideo etiam opus est attentione actuali ad gustum; & illa, quae virtute seruatur, ad alia necessaria censetur, id est, ad meritum, satisfactionem, & impetrationem: in quo Dei benignitas maxime splendet, si res minime ferret preces si-

bi offerri ab eo, qui mentem minime praestat attentam. Abigenda sunt tamen aues cum Abraham a sacrificio orationis nostrae, & hoc ligno crucis in memoriam reuocato, donec Deus caeli ignem mittat acceptationis suae.

Tertium Documentum est: precari prius secundum vocem, vt accendamus, sicut Christus fecit, qui est fons horticum, id est, cordium, quibus dat aquas viuas. Oratio enim vocalis est vt pes scalae, quae conuenit ambulanti, & currentibus, id est, incipientibus, & proficietibus: at oratio, quae magis mente sola perficitur, reliqua est scalae conueniens volanti, id est, perfectis, de quibus dicitur: Eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare, quemadmodum alij voce, iuxta illud: Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Quartum est: quod petatur quid magnificum, & excelsum a Deo magno, & in nomine magno Iesu Christi, hoc est, gratia, aut gloria, aut bona temporalia, quae ob haec ipsa expetuntur: nam hac ratione magna sunt: vt multum valet annulus aureus etsi parui pretij, coniunctus cum adamante infiniti valoris. Qui autem pro se haec a Deo postulat, puluerem profecto, aut si quid puluere vilis est, a Rege ditissimo, & munificentissimo petere videtur, ob merita Patris sui, id est, Christi mortui in bello pro gloria Dei: qui ideo postulauit vitam, sed non nisi coniunctam diuinae voluntati.

Quintum est: vt sicut Christus in hac precatione amore gloriae Dei, & siti salutis nostrae sanguine obtulit; ita oratio nostra sit sacrificium, in quo macentur haedi passionum concupiscentis animi, & vituli perturbationum irascentis, hirci prauae, ac foetidae consuetudinis, sensus externi spe aeternae vitae alligentur, & igne amoris, atque gladio fidei offeratur Isaac cum medulla voluntatis, & incenso arietum, id est, cremetur caro poenitentiae, cuius carnis fomes Dei timore frangendus est. Offerimus etiam aurum fidei, myrrham doloris, thus odoriferi exempli; quod est odor vitae his qui seruantur; odor autem mortis malis, qui confunduntur.

Abrahae sacrificantis diligentia orationibus imitanda.

Gene. 15. III. documentum.

Cant. 4.

Cuirei similis sit vocalis quae dicitur oratio.

Ioan. 4.

Psal. 141.

III. documentum.

Simile.

Puluerem a Deo qui petere videantur.

V. documentum.

Carnis fomes quae ratione frangendus sit.

2. Cor. 2.

VI. documentum.

Luc. 22.

Signum exauditionis quod sit.

Simile.

VII. documentum.

Gene. 4.

Grego. lib. 3. Dialogo.

6. 1. 2. 2.

Exemplum Isaac sancti simi viri cuiusdam.

Quibus partibus constet bona precatio: quas nimirum omnes Christus impleuit.

Luc. 22.

Sextum documentum est, spes exauditionis: vnde Angelus venit ad Christum, vt nos speremus exaudiendos; si e medio tulerimus peccata, & humiliati fuerimus: quia nomen Christi defert orationem ad caelum, vt sagitta penam: & signum exauditionis est, cum anima in oratione quiescit, & gustat: gaudet enim Deus ob amorem, quem ostendimus in eo laudando, licet laudibus nostris nihil illi conferamus: quemadmodum Rex laetatur, cum audit, Viuat Rex, licet vitam habeat.

Septimum, est perseverantia, ne ante victoriae doni impetrati desistamus, vt Christus ter orans fecit: secus qui sunt vt statua salis sibi amari atque graues ob exemplum, si postquam cepimus precari, insipidi recedamus. Quod si bonum opus, imo & homicidium, vim habet clamandi ad Deum; ergo etiam precatio, si tempore suo fiat, & cum perseverantia. Refert Grego. in lib. Dialogorum de peregrino quodam Isaac, quod ingressus Ecclesiam orandi gratia, a custodibus dictae Ecclesiae facultatem petiuit orandi quantum vellet: quibus annuente, per tres dies, & noctes continuas deprecationi incubuit. Tadio affectus custos Ecclesiae, impedit illi aliam vt abiret, & subito inuasus est a maligno spiritu.

Habuit praeterea haec oratio septem conditiones, quae nostras preces solent condire, & exauditione dignas reddere. Prima est, quia fuit solitaria, tum ratione loci, tum temporis, quia noctu effusa est. Deinde fuit sollicita, quia admonuit Apostolos vt vigilarent, & orarent, ad quos propterea prudens, quia tantum quod Deo fuit beneplacitum, postulauit. Quarto, deuota extitit, atque humilis: quia procidit in genua, & in faciem. Quinto anxiosa fuit, quia factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Sexto fuit circumspecta: quia ter interrupit orationem, vt visitaret Apostolos in periculo existentes. Septimo fuit fiducia plena: quia dixit, Pater mi, siue,

Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt. Pater, verbum est Graecum, & Latinum; Abba, Syriacum est, & Hebraicum: quia Deus per Christum omnium factus est pater. Quare erigenda est spes, etiam cum minime exaudiri nos putamus: de qua re audi Bernardum libro Meditationum dicentem: Sed dicitis: Ego quotidie oro, & orationis meae nullum fructum video, sed sicut accedo ad illam, sic & redeo: nemo mihi respondet, nemo loquitur, nemo quippiam donat, sed incassum laborasse videor. Sic loquitur humana stultitia, non attendens quid inde veritas promittat, dicens: Amen dico vobis, quia quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Noli ergo vilipendere orationem tuam, quoniam ille ad quem oras, non vilipendit eam; sed antequam egredietur de ore tuo, ipse scribit eam iubeat in libro suo. Et vnum e duobus indubitanter sperare debemus: quoniam aut dabit nobis quod petimus, aut quod nobis debet esse vitiosum. Sic ille. Docuit praeterea Dominus rationem recte moriendi, & feliciter vitam terminandi. Primum enim tristis fuit anima eius, vt & nos de peccatis nostris contristemur vehementer. Deinde confugit ad orationem propriam, & alienam Apostolorum; vt intelligamus quantum referat sancta precatio ad elidendum postremos istus daemones. Tertio ad sit propriae voluntatis submissio ad diuinam, vt illud velimus, quod ille de nobis vult, vt ita obdormiamus in Domino voluntate iam eadem cum nostra facta. Quarto adhibeamus viros sanctos, qui nos corroborent, & confirmant in bono, vt Angelus confirmauit Christum. Postremo sudandum est usque ad sanguinem, & resistendum aduersarij tentationibus, ne a fide, & spe in Deo collocata excidamus, sed victoriam nobis comparemus in Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto, cum sanctis viuis nostrae adscribenda sunt, perpetuaeque laudes reddenda in secula seculorum.

Amen.

Pater, vox quae sit, sicut etiam abbas.

Bern. libr. Meditatio. c. 6. circa med.

In eos, qui propterea quod in oratione nullum gustum, fructumque percipiunt, ab illa deficient.

Mar. 11.

In oratione quid sperandum sit.

Recte moriendi rationem quam hic Dominus erudit.





TRACTATUS XIII.

De Angelo apparente, & confirmante Dominum, in verba illa: Apparuit autem illi Angelus de caelo confortans eum. Luc. 22.

Cur Dominus in agonia orauerit. Gene. 3.

Ioan. 4. Quid de hac Angeli apparitione Christum in passione confirmantis senserint quidam.

Caietan. in Luc. 6. 22.

B. Hierony. libr. 2. aduer. Pelag. circa med. tom. 2.

Hilar. lib. 10. de Trin. paullo post medium.

Cur a quibusdam reiecta fuit haec historia Lucae Angeli Dominum confortantis.

QVEM ADMODUM panis sudore, atq; labore maouu partus suauior est multo atq; gratior, qua panis manducatus sine labore, adeo vt Dni illa sententia: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, non tantu fuerit iusta, sed etia cum misericordia coniuncta: idcirco Dns etsi no esset filius Adae damnatus ad laboru, & sudore, vt nos sumus, vt tamen nobis redderetur cib' sapidior, voluit fatigari ex itinere, & positus in agonia prolixius orare, sudareq; guttas sanguinis decurrentes in terra. De his igitur ta magnis mysterijs in primis statuendu est, hanc historiae Angeli apparitionis, & Christi confirmantis, & sudoris sanguinei a quibusda fuisse reiectam, & Caietan' notat, Hierony. no omnino certam putasse: quod omnino falsum est, imo probat, & citat vt certa, licet dicat a multis codicib' abesse, quod no arguit eum habuisse suspectam, & incertam. Verba Hieronymi in lib. aduersus Pelagianos, sunt haec: In quibusdam exemplaribus tam Graecis, qua Latinis inuenitur, scribente Luca: Apparuit illi Angelus de caelo confortans eu: haud dubium quin Dominum saluatorem. Et reliqua. Et Hilarius libro de Trinitate sic habet: Nec sane ignorandum a nobis est, & in Graecis, & in Latinis codicibus quam plurimis, vel de adueniente Angelo, vel de sudore sanguinis nil scriptum reperiri. Ambigentibus igitur, verum hoc in libris varijs aut desit, aut superfluum sit (incertum enim hoc nobis relinquitur de diuersitate libroru) &c. Haec ille. Postea tamen probat illa historia. Et videtur simplici zelo reiecta, quod fauere videretur Arrianis, qui ex

hoc, & similibus testimonijs astruebant in eadem impassibilis Dei natura Iesum Messiam non esse. Nam & aliud testimonium de fletu Christi huic simile fuisse a Catholicis hac eadem de causa ex Lucae Euangelio expunctum ostendit Epiphanius in libro, qui dicitur Ancoratus, longe ante medium, dicens: Sed & fleuit (scilicet Christus) velut in Euangelio secundum Lucam habetur in correctis exemplaribus, & vitur eo testimonio sanctus Irenaeus in opere contra Haereses, aduersus eos qui Christum in apparentia apparuisse dicunt. Verum orthodoxi sustulerunt verbum, timentes & non intelligentes ipsius finem, ac vim, & robur. Et constitutus in anxietate sudauit, & fuit sudor ipsius velut gutta sanguinis, & conspectus est Angelus confortans ipsum. Haec Epiphanius. Adhaec Athanasius in sexto de Beatitudine Filij Dei volumine, inter alios Ecclesiasticos Anathematismos id quoque recenset: Si quis, inquit, confitetur verum hominem, quem assumpsit, non verè manducasse, aut bibisse, aut lacrymas fuisse, & sanguine sudasse, & passum fuisse, &c. anathema illi. Probat quoq; Dionysius Areopagita lib. de Coelesti hierar. hac historiae Angeli, & citat, & probat, dicens: Omitto enim ea dicere, qua Sacrosanctis nostris traditionibus exponuntur, sciet enim loquor, vt scilicet Iesum Angelus passioni proximū, & orantē, confortasse memoretur. Praeterea Irenaeus antiquissimus lib. aduersus Haereses: Nec lacrymas flet, inquit, super Lazarū, nec sudasset globos sanguinis, nec dixisset quod tristis est anima mea; nec percusso latere exisset sanguis, & aqua, si scilicet carnem de Ma

5. Epiphani.

Luc. 19.

S. Irenaeus libr. 3. aduer. Haeres. cap. 32. in fine.

B. Athanasius.

Dionysius Areopagita pag. libr. de Coele. hier. c. 4. in fine.

Irenaeus ibid.

Ioan. 11.

Matth. 26.

Ioann. 19.

Iustin. martyr tom. 2.

Gen. 32. Quid praefiguratum sit in eo, quod fectur Iacob tactu statim emarcuerit, teste Iustino. Theod. Balsamo. Ioan. 8. August. lib. senten. nu. 68. tom. 3. Coloss. 1.

Euthym. in Matth. c. 64. Vnde Euthymus constitit orationis Domini in horto, ac sanguinei sudoris historia. Matth. 26. Act. 1.

Confortandi vocabulu ia eris tantum autoribus vsurpatum.

Iosu. 1. Ephes. 6. Philip. 4.

Angelus qui Christo apparuit quis nā ille fuerit.

ria non accepisset. Iustinus quoque Martyr Dialogo in Tryphonem Iudaeu insinuat hanc historia, dicendo quod Christus erat futurus in stupore, & pauore, id est, in labore, sensu, & aërumna passionis suppetijs indigete, vel supplicio crucis ferendo; & exhibita est huius rei praenuntiatio per id quod femur Iacob tactu sit, & emarcuerit. Theodorus Balsamo interpres Graecoru Canonu, inter errores Armenoru narrat, quod ex pupugerint de Luca historia de sudore sanguineo, & de Ioanne historia de aduitera. August. quoq; in lib. Sententiarum Prosperi sic inquit: Orans cu sudore sanguineo Dominus Iesus Christus, significabat de toto corpore, quod est Ecclesia, emanaturus Martyru passiones. Haec ille. Vt igitur resurrectio Christi in dubium reuocata in causa fuit, vt postea certius, & costantius crederetur, ita de hac Angeli apparitione, & sudore Christi sanguineo etsi aliquado fuerit dubitatu, tanto magis eoru fides in Ecclesia confirmata remansit. Tertio que rit Euthy. vnde Euangelista didicerint qud tunc orans Christus dixerit, & quoties orauerit, & historia Angeli apparentis, & agonia, & sudore sanguineo: quonia Apostoli cu semno vacarent, non potuerunt videre; & postea eo relicto omnes fugerunt. Responder: Mihi sane apparet, quod post resurrectionem Praeceptor ipse etiam hac discipulis dixerit, quando per dies quadraginta eis apparuit, sicuti refert Actoru liber. Sic ille. Multa hic notare atq; interrogare possumus: in primis notandu est verbum illud, Confortandi, quod Graecis est *innoxuiv*, non satis esse Latinu, aut a claficis autoribus vsurpatu: in Scripturis tamen frequentissimu est, tu Noui Testamenti, vnde illud: Confortare, & esto robustus; & Apostolus, Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius; Et, Omnia possu in eo, qui me confortat; & Doctores etia nostri ab eo verbo non abhorruerunt, cu viderent in Scripturis illud vsurpari: quare no est cur ab huius verbi vsu magnopere abstinendum; cu satis explicet verbi Graeci vim, atq; proprietate. His positus, interrogatur primo, Quis fuit ille Angelus qui Christo apparuit: textus enim no

dicat nisi quod fuit Angelus de caelo, significans bonu Angelu, non autem quis fuerit. Respondeo Ioannes Gerson ex cantu Ecclesiae fuisse Gabrielem, siue illu eundem, qui apparuit Virgini, & confirmauit eam ad incarnationis mysteriu, dicens: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratia apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, &c. Ita Christo apparuit, dicens, Ne timeas Domine, ostendens fructu resurrectionis suae, & passionis gloria. Vnde Gabriel interpretatur, Fortitudo Dei. Quidam tamen alij referunt fuisse Angelum Michaelē, qui Christo Dno dixerit, se cu omnibus Angelis obrulisse precatione suam Patri, & tamen eius voluntate esse vt fundat sanguinem, & moriatur pro mundi redēptione, & ita cepit eum corroborare, proponendo praemiu redemptionis mundi, angelicae ruinae restitutione, & fructu sanctorum Patru ex limbo liberandorum. Sed quisquis fuerit, siue hic, siue ille, constat Angelos officiu suu praestare in confirmandis electis, maxime cu in aliqua magna versantur tribulatione, aut morti sunt vicini.

Secundo quaeritur, quomodo apparuerit hic Angelus: non quide oculis mentis, quibus semper eu videbat vt comprehensor; sed oculis corporis tanquam homo assumpto corpore, exteriori praesentia, atq; colloquio Dnm confirmauit. Vt enim in deserto non fuit intus tentatus, sed diabolus, exterius tantu suggererat, deuictuq; tentatore, atq; repulso, apparuerunt Angeli in corpore assumpto ministrates ei cibū, ita nunc exteriori praesentia & alloquio Angelus Iesum roborauit. Illa enim ratione amicos in tribulatione positos animare, & roborare solemus. Ac vt Eua in horto paradisi terrestri animata est a daemone in serpente exteriori apparere, & colloquio ad esum vetiti pomi sollicitate: ita Iesus, qui est vera mater sanctoru viuentium, in horto confirmatus est ab Angelo ad esum ligni horrendae crucis pro nobis deglutendum. Tertio, merito quaeri posset, Cur non Christus erectus & animatus fuit per homines, sed per Angelos? Respondeo; Homines ignorabat Chri

Ioan. Gerson tract. de Passio. Luc. 1.

Gabriel quid. Alia optulo.

Angeloru officium.

Quomodo apparuerit hic Angelus, Christum confortans.

Matth. 4. Christus in deserto vt fuerit tentatus.

Gene. 3.

Sanctorum victum vera mater est Christus. Quare Christus per Angelum potius, quam per homines, fuerit confirmatus.

sti tristitiam, & angorem animi. Deinde indigni erant, & parum idonei, qui eum fulcirent, atque erigerent: Tu quia ferentem Christum illas angustias pro hominibus nequaquam homines nouissent, imo iudicassent illum minus libere pati, aut cum tanto animi mœrore ad passionem peruenisse; vel crederent se illa confirmatione, quicquid Christus pro eis pertulit, abunde exoluisse. Tu quia sæpe à Deo non mittuntur ad subleuandos alios, sed ipsi ignorantes aucter ex se veniunt, volentes sæpe in eo solatiū, & confirmationem præbere, in quo Deus non vult aliquem robur, ac consolationem accipere. Denique vi Moy sis prophetiā in Canticō suo iuxta editionem LXX. interpretū impleret, cuius bis Epiphanius mentionem facit, nempe in hæresim LXXIX. Ariomanitarum, & in Ancoratu, ubi habetur: *Adorabunt ipsum omnes filij Dei, & confortent ipsum omnes Angeli Dei.* Et explicans quomodo Angelus confortet, subdit: *Nō vt dent robur ipsi Angeli, nec enim indigebat Angelorum confortatione; sed confortant ipsum, hoc est, confitendo proprium ipsius robur ipsi attribuunt.* Et infra: *Quapropter admiratione ductus Angelus dicebat ad ipsum, glorificans, & benedicens proprium Dominum in stadio consistentem, Tua est adoratio, tuū est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo. Vt imple-ret id, quod à Mose scriptum est: Confortent ipsam omnes Angeli Dei.* Ita Epiphanius.

Deut. 32.
Heb. 1.
Epiphan.

Angeli vt cō confortent Dominū secundū Epiphaniū.

Quare Christus virorum instar sapiens ac fortis non sit solatus seipsum.

Consecuit Deus humanis presidij destitutus angelica conferre subsidia.

3. Reg. 19.
4. Reg. 6.
Dan. 3.
Matth. 4.
Act. 12.
1. eq.
Infr. 27.

Quarto interrogabis; Quare saltē ipse Iesus non animum suum corroborauit, & solatus est, vt faciunt viri sapientes; qui cum in discrimen vitæ veniunt, se ipsos conscientia ante actorū bonorū, atque alijs rationibus quas prudentia suggerit, solari solent? Dicendum est, deficiente homine consolatore, Deum solitū mittere Angelum, vt ad Eliam in deserto misit, & ad Elisæum videntem pro se exercitum Angelorū contra Latrunculos Syriae, & ad tres pueros positos in fornace ignis Chaldæorum. Adfuerunt etiam Angeli in deserto Christo tentato, & victori, Petro in carcere posito, & Paulo Romā nauiganti. Hoc autem facit Deus cum omnibus electis, qui in tribulatione

aliqua vexantur: nam eos recreat ac reficit per internas, vel per externas Angelorum consolationes. Deinde, cum Deus Angelos cōdiderit, nec velit illos esse otiosos, aut aliquid dicere, vel facere præter suam scientiam, & voluntatē, illi precantur vt faciant quicquid Deus decreuit illos facere. Ideo ex Diuinæ prouidentia cōsilio, Christo ministrarunt in infantia, & in deserto, & per vnum ex illis iam proximū morti constabiliari voluit atque communiri: quia scilicet Deus inspirauerat. Tertio, vt obstringeret seipsum Angelo, qui dignabatur acceptare eum in subleuatore, & confirmatore, & certo modo obligaret eum vt idem faceret in membris suis, quæ magis hoc officium exigent. Quarto, vt obligaret Christum sibi ipsi, qui quærit occasiones profundendi suas diuitias, quod sic erectus, suffultusque, in se, & suis membris possit in æternum in innumerabilibus suis defectibus succurrere. Quinto, etsi sapientis, ac fortis viri sit seipsum in aduersa fortuna, atque adeo in doloribus ipsis solari, vt Martyres in tormentis plerumque fecerunt, recogitantes illum, pro cuius gloria patiebantur, & passionis breuitatem, & fructum æternum: non sic tamen fuit in Christo, quia Deus nō concurreret cum memoria eius ad recordationem illorum, quæ animos sibi facere poterat, sed volebat vt non nisi tormentā ac afflictiones, quibus erat vexandus, meditaretur. Deinde, etsi ipse Christus omnes Martyres, atque adeo ipsos Angelos in cœlo positos confirmet, imo Apostolos ipsos in cœnaculo, & per viā multis rationibus erexerit, atque subleuauerit: voluit tamē ipse Dñs Angeli opera, & auxilio roborari, ad præbendū nobis perfectū patientiæ exemplum. Vult enim Christus, qui omnia habet in manu sua, omni cōsolatione, & animi robore destitui, patique tanquā purus homo; ne tu, cum affligeris, ac vexaris, videris tibi Christum in exemplū propositū, dicere valeas, Christus, Deus erat, & nō homo. Iesus enim vt cōtristatus est tanquā homo, ita & corroboratus: nā Deus vt tristitia, ita & confirmationis capax esse non potest.

Luc. 2.
Matth. 4.

Quid fortis, ac sapientis viri propriū sit.

Quare Christus Angelo egere voluerit confirmari.

Quare Deus per seipsum animum Christi non corroborauerit, sed per Angelum.

Psal. 8.

Quo Deus tenderet in hac Domini confirmatione per Angelum.

Quid fortis, ac sapientis viri propriū sit.

Cur cum Deus voluerit Filium suum peccati poenā per nobis ferre, consolatio nem tamen per Angelum mittit.

Quare Christus debuerit confirmari.

Quinto loco interrogabis, quare Deus per seipsum animum Christi nō corroborauerit, sed per Angelum? Respondeo, quod etsi per nos possumus subleuare alios, & Deus per se solum sine alijs hominem erigere possit, eius tamen sapientiæ est socios, & ministros adhibere: tum ob bonum ipsorum ministrorum, dando causam fructuose laborandi, & labores eorum remunerandi; tum ob nostram humiliatiōnem: hinc dicitur: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Sexta quæstio est: *Quis scopus fuerit Dei in Domini hac confirmatione per Angelum; cum ipse Christus sit virtus, & omnium fortitudo, & omnium firmitas, & melius nosset causas subleuandi, & consolandi quā Angelus?* Aio in primis, quod cum vel in Christo fuerit suspensum gaudium ex visione Dei procedens, ex quo cœpit contristari, & pauere, vt quidam sentiunt, erat omni prorsus solatio destitutus; vel quia in Christo nulla erat partis inferioris ad superiorē, aut superioris ad inferiorem redundantia; vt alij asserunt, sic vt motus timoris, & tristitiæ non pertingeret ad portionem animæ superiorē, & contra delectatio continua superioris partis de conspectu diuinæ essentia nō tolleretur, nec mitigaret tristitiam, vel timorem inferioris portionis animæ; propterea magnitudo tristitiæ, & pauoris tāta describitur in inferiori parte, vt indigeret mitigatione, ac subleuatione aliqua: quæ quia ab intrinseco esse non poterat (quia inuolatus diæus ordo perseverabat) facta est ab extrinseco, ne absorberetur anima tristitia, & plus pateretur quā congruum erat. At dices, si Dei cōsiliū erat, Filium suum poenam peccati pro nobis portare, quare consolationem per Angelum mittit? melius namque videretur, si priuatus omni solatio pro nobis biberet calicem. Respondemus, Angelum non attulisse corroboratiōnem dantem vllam refrigeratiōnem, sed expressisse paternam voluntatem, ex qua venit in agoniam. Et si verba aliqua expressit: quæ vim haberent corroborandi, vt est verisimile; dicendum tamen, quod Christus debuit confir-

mari, quia portabat poenam peccatorum poenitentium, quibus mittitur à Deo auxilium, quod facilius ferant: flagella paterna, & bibant calicem Crucis. Portabat etiam poenam peccatorū impoententium, qui minus patiuntur, quā eorum peccata promereantur. Quia etsi peccatum nos indigos confirmatione, & indignos reddat; non potest tamen impedire Dei misericordiam, vt non succurrat. Et quia egere consolatore, & consolationem accipere; poena est nostrorum peccatorum, etiam si ad minuendam poenam sit inuenta consolatio: Dominus Iesus tamen voluit Deum honorare consolatorem, consolationem per Angelum missam acceptando. Deinde confirmauit Angelus Dominum, vt ab eo multos assensus, & animi promptiæus in præstanda Deo obedientia eliceret. Tertio, vt doceat nos cum animi submissione confirmatores missos ad nos subleuandum acceptare, etiam si in sapientia, & dignitate minores sint, vt pariter illis deuincti maneamus. Allos in suis necessitatibus confirmando, plusquam si generali obligatione teneremur facere; & vt ita magis humiliemur, & submissius nos geramus: ob peccatum enim vel minimo alterius auxilio indigi redditi sumus. Quarto, vt doceat quod cum quis fortem se, & obstinatum contra tentationem præbet, neque illi vult cedere, sed potius deliberat obedire Deo, postea succedit diuina consolatio confirmans ad facilius ferendum quod offertur pati. Quod non solum hoc loco ostendit Dominus, sed etiam apud Mattheum, cui non cedenti Satanae, sed illi repugnantia, aduenerunt Angeli, & ministrabant ei.

Septima quæstio est, qua ratione Angelus confirmauerit Dominum, interius ne tantum, an exterius? De priori illo genere confirmandi loquitur Zacharias, dicens: *Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bana, verba consolatoria;* & ad talem consolandi rationem, non erat opus præsentia corporea, nec sensibilibus verbis. Propterea probabilis est, Angelum exterius adhibuisse, sui præsentia cum

Cuius rei gratia sit inuenta cōsolatio.

Quales redditi sumus per peccatum.

Matth. 4.

Qua ratione Angelus confirmauerit Dominum, interius ne tantum, an exterius? Zach. 1.

Iob. 2.

Vera, & perfecta aliq̄ solati ratio.

Quibus verbis vsus fuerit Angelus in solatio Domino. Theophy. in Lucam. Anselmus.

Reg. 19.

Ioan. 13. 14. 15. 16. & 17. Ioan. 14.

Infra 16.

Supra 10. Psal. 109.

verbis coniunctam. Nam etsi presentia sine verbis, solatij aliquod genus videatur, vt constat de tribus amicis, qui Iob patientem consolandi gratia adierunt, & per septem dies nihil illi dixerunt, & quemadmodum etiam tempore luctus fieri solet, vt pullas vestes induti presentes adsint illi, qui parentis, vel filij, vel fratris mortem luget, dolorem suum testantes, etiam si verba quae solentur, nulla adhibeant: Tamen solidior est, ac verior patientis subleuatio, si etiam verbum exhortationis, aut consolationis adhibeatur, quod hic Angelum fecisse, longè est verisimile. Quae verò extiterint illa verba, Euangelium non exprimit. Theophylactus, Angelum dixisse refert: *Tua est Domine fortitudo: tu enim praeualuisti contra mortem, & contra infernum, & liberasti genus humanum.* Anselmus libro de Passione, inducit Angelum Christo dicentem: *Constans esto Domine: modo ad genus humanum debes redimere.* Alij meditantur dixisse, quod olim dixit Angelus Heliae: *Surge, bibe Domine calicem passionis, grandis enim tibi restat via.* Dicendum tamen est, neminem nisi Prophetam posse certò, & praecise dicere verba, quibus vsus fuit Angelus, vel praeter Iesum ipsum, qui quatenus Deus est, Angelo suadebat, vt diceret quod volebat, vel vt diceret idè quod ipse illa nocte Apostolis dixerat corroborando illos ad imminetia pericula sustinenda, nempe: *Bibe Domine hunc calicem: non quia princeps huius mundi habet in te quicquam, sed vt cognoscat mundus quia diligis Patrem, & sicut mandatum dedit tibi Pater, sic facis. Si tu non biberis, quis est qui possit in aeterna gehennae damnatione bibere? Quod si tu praebibas aeternum illum, amarum, & intolerabilem calicem, temporaneam, & momentaneum reddes, & non solum tolerabilem, sed etiam dulcem, & amabilem, & poteris propterea Spiritum sanctum consolatorem mittere, qui reprehendat mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Nisi enim tu biberis, Paracletus non veniet ad homines, nec implebuntur Scripturae, nec fiet vnum Quile, & vnus Pastor, nec fies Sacros*

dos in aeternum secundum ordinem Melchisedec, nec accipies omnem potestatem in caelo, & in terra, nec tu poteris tuis committere vt praedicent Euangelium vniuersae creaturae, quia non es missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israel, nec de Sion exibit lex, nec verbum Domini de Ierusalem, nec conteres caput serpentis. Et quis est, qui non recuset calicem, si tu timore eum recusas bibere? Et quis mori pro te audeat, si prius non intelligat te pro eo mortuum? Stultus qui alio spiritu quam tuo promittit sibi tam viuere, quam mori. Non cessabunt prius lex, sacerdotium, sacrificium, nisi tu bibas: quia hucusque durant officia legis, & Sacerdotis. Dixisti Domine: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis.* Dixisti Petro te à morte reuocanti: *Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non scapis ea quae Dei sunt, sed ea quae hominum.* Affirmaisti: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum:* Aliteruisti, *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum, &: Sicut misit me Pater, ita ego mitto vos,* rursus, *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum:* Quae verba omnia nullius erunt momenti, nisi prior tu bibas calicem. Bibe Domine, & reddatur vera gloria, & honor Patri tuo, & nascatur homo in mundum post tuos, & Apostolorum dolores seminatos, & metes gaudia sempiterna. Bibe poculum mortis, vt, quo solebat daemon, & serpens homines terrere, electi tui vrantur modo eo pro scuto, gladio, & lancea contra eam, & amabunt eam vt securum, & dulcem transitum ad gloriam: atque ita mors, quae instar immanis Leonis omnes rugitu perterrefacit suo, fiat vt caniculus sine vigore, qui non habeat nisi leuem vocem, & latratum. Vide Domine Patrem tuum porrigentem de caelo calicem, & expectantem vt bibas. Vide, Angelos spectatores huius certaminis, & salutis humanae sibi bundos, tibi pro redemptione mundi supplicare. Vide Domine gloriosam coronam, quam petisti à Patre tuo paulò antè, ad quam non ascenditur, nisi bibendo calicem. Vide, bibitionem

Matth. 27.

Supra 15.

Esa. 2. Gen. 3.

Ioan. 3. Num. 21.

Matth. 16.

Ioan. 12.

Matth. 10. Ioan. 20. Matth. 10.

Ioan. 16.

esse temporariam, fructum sempiternum, imitationem electorum tuorum pro Dei gloria morientium perpetuam. Bibe Domine, quia non permittes te defendi, sed sponte occures inimicis, vt te illis tradas, & reprehendes Petrum te defendentem, nec disces ex hac vita, nisi prius haurias fundum, & faeces calicis in myrrha, felle, & aceto designatas. Hec & his similia Angelum dixisse probabile est.

In eo quod Christus Angelicam in passione confirmationem suscepit, qui nos docere voluerit.

Orantibus assistunt Angeli, eosque corroborant. Psal. 67.

Quibus maxime Angeli assistant.

Dan. 3. Gen. 16. Infra 19. Infra 32. Tob. 6. Infra 8. Act. 12. Infra 27. Angeli officium qui praesent.

Postrema quaestio est: Quid nos Christus per hanc Angeli corroboracionem, quam grato animo suscepit, docere voluerit? In primis, vt per quemcunque à Deo ad nos solandos destinatum, consolationem, & exhortacionem suscipiamus, maxime dum tribulatio nos atterit, vel hora mortis imminet. Deinde disce Angelos assistere orantibus, & orantes corroborare: *Praeueniunt, inquit Psaltes, principes coniuncti psallentibus, in medio iuuentularum tympanistrifarum.* Atque ita non fuit Christi precatio sine fructu, & quidem magno confirmationis ad bibendum calicem. Disce Angelos assistere illis, qui grauibus tribulationibus exercentur, maxime si eorum auxilium impleretur: quemadmodum tribus pueris in fornacem ignis coniectis adfuerunt: vt olim etiam Agar sitienti, & Loth in Sodomorum excidio, & Iacob in reditu, ne à fratre Esau metueret, & Tobiae, ne à pisce absorberetur, & ab Asmodeo suffocaretur, assisterunt, & Petro in carcere existenti adfuit Angelus liberans, & Paulo Romam nauiganti Angelus assistit, omnium animarum salutem promittens. Disce tu quoque alios, dum laborant, erigere, vel potius Christum in proximis tuis, & pauperibus egen-tem subleua, aut elemosyna, aut ver-

bo solatij in aegrotantibus, & carcere positis visita, & si potes, reipsa adiuua. Disce Praelate officium tuum subditis praestare: quod est confirmare fratres tuos, & consolari illos. Denique quicumque proximè morituros, siue domi suae, siue publicè magistratus supplicium subeunt ad Christiano more vitam terminandam exhortantur, Angeli officium praestant, & maxime eorum congregatio, quae huic muneris praestando deputata est: qui veste alba etiam ipsos Angelos representant, qui in Scripturis semper in stola candida apparent. Et licet vnus tantum ex illis exhortacionem praestet, caeteri tamen orant, vt efficax sit confirmacio. Ac vt Angeli non nisi Dei verba annuntiant, ita illi voluntatem Dei ex Scripturis desumptam explicant atque declarant, & per illam efficax redditur exhortatio. Magnus olim exhortator verbo ad martyrium diuus fuit Sebastianus, sed multo tempore occultus: magnus verbo, & aperte fuit Origenes teste Eusebio: acerrimus fuit, & magnus Cyprianus, qui epistolis suis ad diuersas Ecclesiae prouincias missis innumeros ad mortem pro Christo sustinendam erexit atque confirmauit. Quod si tibi non tantum datum est, vt hoc modo subleuare alios queas; saltem da operam vt operibus bonis, elemosynis, ac precibus ad Deum fuis, aut pauperes egentes, aut infirmos in xenodochio positos, aut in carcere victos, aut tristitia mœnoreque confectos confirmare atque consolari valeas: quia in illis non alium roboras, ac solaris quam ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto, perpetuas laudes decantemus in seculis seculorum, Amen.

Quodna sit Praefolis officium. Luc. 22.

Angeli in Scripturis in stola candida semper apparent.

Martyrum hortatores acerrimi.

Euseb. li. 6. c. 3. initio, Eccl. histo. tom. 1.

Vtilis quaedam altera proximum confirmandi ratio.





TRACTATUS XV.

De sudore sanguineo Christi Iesu, in verba illa: Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Luc. 22.

Ordo huius tractationis.

Et si hæc sint maximè cum præcedentibus coniuncta; quia tamen æquo prolixior prodijisset tractatus, si simul exposita fuissent, ideo consultò, ut minori molestia legerentur, in duos tractatus diuisimus. Expedita igitur corroboratione Domini per Angelum, dicendum de agonia, in quam venit, & explicabimus quid & voce, & re ipsa sit, quomodoque ex illa Angeli confirmatione sit nata, cum prolixiori oratione, & sudore sanguineo. Ut hinc igitur exordiamur, agonia est, siue certamen, vel locus est, vel campus, ubi certatur, & contenditur de palma, de quo Paulus: Omnis qui in agone contendit, & Romæ extat locus ita vocatus: inde agonalia, id est, ludi qui exhibebantur ad voluptatem populi, ubi pro præmio decertabant: inde agonizare, pro certare, vel luctari, ex quo illud: Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia; & agonothes, qui præmium certantibus proponunt: inde agonia, siue pugna, vel concertatio duorum contrariorum: atque hæc de voce. Quantum ad rem verò spectat, agonia accipitur pro anxio illo cõflictu hominis morituri cum ultimo terribili, hoc est, morte decertantis. Est autem communiter agonia, siue cõflictus ille in morituris, tum ob terrorem de antea facta vita, tum ob præsentis vitæ, quam summè diligimus, priuationem, & dolorem, tum ob ignorationem loci, quod anima post mortem sit peruentura. Sed hoc genus agoniæ in Christo esse po-

tuit minimè, ut qui nouerat vitam suam totam inculpate, & sanctissimè actam; ita ut diceret: Quis ex vobis arguet me de peccato: tum quod vitæ producendæ desiderio non tenebatur: Baptisma, inquit, habeo baptizari; & quomodo coarctor vsq; dum perficiatur? tum denique quia certò nouerat quod ibat ad Patrem. Talis igitur agonia non erat in Christo. Deinde erat aliud genus agoniæ, quod ad partem animæ ratione præditam pertinebat: quidam enim inueniuntur adeo debili, & infirmo rationis iudicio præditi, ut dum vni rationi speculandæ animum applicant, illud velint, rursus aliam rationem oppositam considerantes, in illam inclinât: & nescientes discernere quæ alteri præster, anguntur, & sudant, atque adeo perplexitatem, & mentis confusionem incurunt. Sed hæc agonia in Christo summa sapientia, & intellectu perspicacia prædita esse nequaquam poterat. Tertia agoniæ ratio est colluctatio quædam sensus, & nature Christi delicatissimæ horrentis mortem, pœnas, & ignominiam cum ratione superiori ad Dei gloriam, & mundi salutem acceptante mortem, & sensui contradicente, atque adeo illum vincente, de illoque triumphate. Christus enim in horto positus, omnium hominum peccata foedissima, abominandaque, & omnes eorum minutissimas circumstantias intellectui suo representauit: quas dum expenderet, summum animi dolorem propterea concepit: perpendens Patris sui bonitatem offensam, & gloriam obscuratam, animas verò turpif-

Ioan. 8.

Luc. 12.

Ioan. 13.

Quorundam infirmitas rationis, & iudicij quæta.

Quam agoniæ passus sit Christus.

Quæ res Xpi in hanc agoniæ induxerint.

simè

simè macularas, atque perditas esse. Animaduertens culpam quam incurrerant, gloriam quam amiserant, pœnæ reatum, quem promerebantur: sciensque ad se ut fidei iustorem, & procuratorem spectare pro omnibus satisfacere, ac electis suis omnibus in baptismo sui sanguinis nomina imponere, educens eos ex culpa quasi ex nihilo ad esse gratiæ, & gloriæ. Perspicuus quoque speciatim Iudæorum ingratisimorum flagitia; proditoris nequitiam, discipulorum fugam, Petri abiurationem, iniquam Pilati iudicis, ne gratiam Cæsaris amitteret, sententiam, mœstissimæ matris dolorem, Iudaicæ gentis excisionem, & futuras omnium membrorum suorum acerbissimas pœssiones atque martyria, nostros denique ad tanta beneficia animos ingratos, & obstaculum quod suæ inspirationi, vocationi, ac beneficio tantæ mortis eramus posaturi. Proponens sibi deinde ante oculos amara omni pœssionis tormenta suæ, comprehensionem, alligationem, & ad diuersos, & inimicos suos iudices deductionem, alapas, sputa, flagella, purpuram, coronam spineam, Crucis baiulationem, fel, & acetum, amara, & aculeata verba, latronum societatem, & mortem ipsam omni acerbitatis, & ignominie genere referatam. Non potuit Christi natura, & delicatus sensus, tale tamque atrox genus mortis non exhorrescere, atque ad illud non contremiscere, ut sibi, personæ vita dignissime, innocentissime atque intime dilectæ contrarium, ac proinde sui ipsius misericordia commoueri: etsi aliunde amor gloriæ Dei, & sitis ardens salutis mundi aliud dictaret, pro qua & acceptabat omnia, & pugnabat in sensum, & naturam suam. Et hæc est lucta, & cõflictus Christi exculpans prolixior orationem, & sudorem sanguineum, ut in alijs morturis acerrimum animi sensum, & sudorem mortis: quia natura humana in Christo quod sibi proprium erat, secundum Patres Cyrillum, & Damascenum, agere permittebatur. Itaque hi duo amores sibi inuicem pugnabant: amor enim sensus naturæ, ac vitæ propriæ, mori detrectabat; amor verò ch-

Cyri. li. 4. in Ioan. ca. 1. initio fer. to. 1. Damasc. li. 3. Orthod. si c. 20. Duo amores in Christo inter se contrarij, ac repugnantes.

ritatis, & gloriæ Dei, & salutis nostræ mortem spontè, & auidè amplectebatur, & ideo repugnabat alteri amor, illumque ut remissiorē vincebat. Et hæc est sancta illa agonia Christi: Cape exemplum de eo, qui ieiunio se ipsum affligere, & carnem macerare legis præcepto iubetur: nam ille si robustus sit naturæ, mane factus naturaliter esurit, atque in oblatam lautam atque splendidam mensam naturæ impetu fertur; ratio tamen perspicuus id minime esse decorum, neque honestum, reclamation, & tali appetitui contradicit, & non sine pugna atque cõflictu illum expugnat: atque hæc est species quedam agoniæ. Quare in eorum sententiam non descēdimus, qui omnem rationem agoniæ, siue colluctationis, aut pugne carnis in spiritum excludunt, eo quod in nobis sine peccato esse nequeat, & quia caro erat in Christo subiecta spiritui, & diuinæ voluntati, ita ut diceret, Non mea voluntas, sed tua fiat. Et vertunt hunc locum alio modo, nempe: Et correptus angore, prolixius orabat, ut cum anxietate animi premimur, discamus ad orationis præsidia confugere. Sed certè hæc versio noua est, & aliquo modo receditur à proprietate vocis agoniæ, quæ propriè luctam, & pugnam designat: & quæ in hominibus sine peccato non contingunt, in Christo sine omni peccati specie inueniebantur, quemadmodum motus illi pœssionum pauoris, metus, & tristitiæ: quare præstat meo iudicio prior intelligentia. Et hæc de primo.

Quantum ad secundum: nata est hæc agonia ex corroboratione animæ, & corroborata ratione superiori, ut vinceret sensum, & naturam (nec enim nos sine gratia Dei naturam, & sensum nostrum vincere possumus) atque huius victoriæ rationis supra naturam, & sensum, duo testimonia habemus. Primum est, prolixior precatio, qua fit ut spiritus armatus vincat carnem repugnantem: nam oratio prolixior, ut sedetur caro, & obediat rationi, ac oblectetur Dei obsequio, obtinere solet. Alterum est, sanguineus sudor emissus. Et accepit Christus illam ago-

Exemplum.

Aduersus eos qui omnem agoniæ, siue pugne rationem à Christo excludunt.

Vnde hæc agonia sit orta.

Oratio prolixior quid assequatur.

niam

niam sponte, quia illa est pars calicis bibendi, quem ille ut filius obsequentissimus, & a Deo confirmatus incipit bibere contra omnem prorsus & naturam, & sensus appetitionem: ipsaque oratio, & orationis prolixitas ad calicem bibendum spectabat. Quia peccator qui per se impetrare non potest, per intercessores precatur, & ubi non potest unum obtinere, quaerit aliud. Quid vero precatus fuerit, nescimus, nisi quod exauditus est pro sua reuerentia, ut ait Apostolus. Et forte replicabat illam orationem profusam, quam coram discipulis habuerat apud Ioan-nem. Atque haec prolixior precatio distinguitur ab illa oratione per horam, de qua supra: *Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?* Itaque forte per spatium duarum horarum, & paulo amplius precatus est, quia ter dixit eandem orationem, cum primo loco per horam illam distulisset. Et ita cum egressus sit post horam tertiam de Ierosolyma conaculo, ut nono libro diximus, prope sextam horam captus est, hoc est, media nocte, ut testantur Origenes, & Chrysostomus. Ab hac igitur Christi agonia discite qui cultor Christi es, ut ad multa incommoda, & sensui tuo contradicentia praeparare, & ut Spiritus sanctus ait: *Pro iustitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia; & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Nec propter ea, deferendum est beneficii studium, aut ad vitiosa opera festinandum, sed in precatione vires obtinente perseverandum: Christus enim hac sua agonia omnes nostras bonas actiones, quae cum aliqua sensus, ac carnis repugnantia fiunt, iustificare voluit. Deinde ex Christi oratione discite, quod cum acceptamus crucem, & calicem, debemus prolixiori precatione serio incubere, ne intremus in tentationem, ut in opere nostro bono, vel passione satisficiatur nomen Dei, & adueniat regnum suum, & non nostra, sed eius voluntas fiat in caelo, & in terra: id est, sicut Satanas, & peccatum de caelo est ablatum, ita ab homine in terra auferatur: ut donet panem quotidianum confirmantem ad potum calicis, & ut

non impediatur alia Dei dona propter debita, quae cum Deo contraximus: petamus dimitti nobis debita, ut nos debitoribus nostris remittimus, quod per fructuosam poenitentiam conuertantur ad Deum: ac ne nos inducat in tentationem per consensum, sed liberet nos a maligno tentatore. Vbi perpende, morientes, quasi e mortuis sensibus, non posse amaritudinem mortis gustare: secus Christus Dominus, cuius erant sensus viuacissimi, & clarissima apprehensio mali, quod incurritur, & boni quod amittitur. Hinc est quod de eo Paulus scribit: *Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Vbi verbo gustandi Apostolus primu alludit ad poculum, vel calicem, quem hic deprecabatur Dominus, & ostendit passionem spontaneam: gustare enim, vel non gustare, in potestate est degustantis, & quia sensus ille gustandi, siue gustus magis res discernit, quam ipse plenus potus; ideo ipse vere sensit amaritudinem mortis. Est etiam gustus brevis tempore: quia mors per triduum in Christum praualuit, & in electos non nisi breui praualitura est. Cumque serui bibituro Domino praegustare soleant; Dominus taquam medicus clementissimus, nobis, id est, seruis suis infirmis praegustauit, atque aded propinauit.

De altero victoriae testimonio supra naturam, & sensum, subiungit: *Factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Circa aduerbium illud, *quasi*, perpende, non esse Euangelistae sententiam, quod ipse Dominus emisit sudorem similem guttis sanguinis, ut ipse tamen sanguis non fuerit, hoc enim esset in Patres aliter exponentes, & in commune omnium fidelium conceptum, quod Dominus sudauerit sanguinem: & quorsum magis sanguinis, quam aliorum liquorum guttas meminisset? Cur praeterea sanguinis meminisset decurrentis in terram, nisi significare voluisset sudorem decurrere cum sanguinis guttis, idque tam abundanter, ut in terram ab ipso defluerent? Adhaec, uocula Graeca *δου*, id est, quasi, vel sicut, non tantum similitudinem significat, sed etiam

Christus cur solus vere mortem gustauit.

Heb. 2.

Vnde costet voluntariam fuisse Christi passionem.

Qualis medicus, Christus noster.

Sudor Christi sanguineus qualis fuerit.

veri

Ioan. 1. Altera opinio.

Euthym. in Matth. c. 64.

Theophyl. in Luc. 22.

Arrianorum impium dogma.

Paroemia in quibus sit.

S. Thom. tom. 1.

Vtri potius sententiae sit adhaerendum de sudore Christi sanguineo. ὀρόμους Graecum quid. Iren. lib. 3. de Orthod. sin. c. 32. in fine.

veri specie, unde illud: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre.* Quia vero incredibile videtur Christum emisisse sudando crassas sanguinis guttas, & quasi grumos; ideo Euthym. & Theophyl. intelligunt dictionem Sicut hic tantum significare similitudinem, aut per hyperbolem Christi sudorem guttis sanguinis comparatum. Ait enim Euthym. in Matth. *Grumi sanguinis, hoc est crassissima sanguinis gutta:* significans non quod sanguinem sudauerit, sed quod crassos deduxerit sudores. Theophyl. vero, ut versus est ab Oecolampadio, in hunc modum habet: *Quod ab humana natura fuerit orare, quae iuxta permissionem patiebatur communem affectionem, quae amamus vitam; & non a diuinitate, sicut dicunt maledicti Arriani; manifestum est ex hoc quod sudauit, idque cum tanta anxietate, ut plane haec fuerit & paroma, eo quod & sanguinei riuus ex eo ceciderint. Paromia enim est in his qui valde laborant, ita ut sanguinem sudent; sicut & in his qui amare flent, dicimus quod sanguinem flent. Hoc igitur volens manifestare Euangelista, quod non tenuibus quibusdam indicijs, & ostentationis gratia apparentibus, sed fluentem fortiter sudorem stillauerit, & collegerit secum riuos sanguinis; & reliqua. Sic ille. Clarius tamen habetur sententia eius in Catena aurea B. Thomae: posita enim illa sententia qua Christus vere creditur sudasse sanguinem, sic ibi subiungitur nomine Theophyl. *Vel hoc prouerbialiter dicitur de eo, qui vehementer sudauit, quod sudauit sanguinem. Volens igitur Euangelista innuere quod grossis sudoribus guttis madebat; sumit guttas sanguinis ad exemplum.* Haec ibi. Vides ergo Euthymium negantem Christum sudasse sanguinem, sed nudam affirmantem, esse comparationem, siue similitudinem. Vides Theophyl. dicentem esse prouerbiale locutionem. Et tamen his non obstantibus standum est in priori sententia, & rationibus, quae illam egregie comprobant.*

Deinde perpende, verbum guttae Graecae dici ὀρόμους, id est, grumi sanguinis, nimirum crassissimae sanguinis guttae, ut exponere Euthymium diximus, & Irenaeus dixit globos sanguinis. Verbum *Decurrentis*, Graecae ha-

betur in Nominandi casu, decurrentes, ut referatur ad guttas. Sed illud parui est momenti, siue ad guttas, siue ad sanguinem referatur. In sudore igitur, qui naturaliter sequitur agoniam, designatur feruor, & accensio; in sanguine vero, pretium; in decursu, abundantia: fuit enim tantus decursus, ut vestes non potuerint illum exugere, atque absorbere. In guttis particularis efficacia denotatur illius sudoris, licet haberet vniuersalem sufficientiam, quia de toto corpore exiit hic sudor. In guttis crassis ut globis designatur eximia eius erga nos charitas, qua tantum angorem nostri causa suscipere dignatus est, & mortem tantopere naturae suae contrariam perpeti.

Aliquid hic nobis de hoc sudore dubitandum, Christianeque philosophandum est, & illud in primis, an hic sudor naturalis, an super naturam extiterit? Secundo de causis tanti, ac talis sudoris: Tertio quid per illum sudorem significatum nobis esse voluerit. Ex his enim notis, ac bene perceptis, rei tam ignotae, & insolite comprehensionem aliquam habebimus. Ad primum igitur, statuedum est, quod etiam Christus perinde in operibus naturalibus, atque in supernaturalibus apud Deum promeretur, cum vtraque ingenti charitate, & infinita Verbi hypostasi prodirent; tamen supra naturam operando, & supra naturam patiendo, singulari suae beneuolentiae affectu erga genus humanum declarauit; atque ideo nos sibi deuinxit magis. Dicendum igitur ad primo loco propositum dubium, sudorem hunc fuisse supra naturam: idque vno consensu Doctores videntur docere, ex quibus ait Beda: *Contra naturam est sudare sanguinem.* Idem docet Simon de Cassia, & plerique alij. Deinde ex eo confirmatur: quia nunquam de aliquo mortali auditum est, aut lectum, ob horrorem mortis, & paorem, sanguinem emisisse; bene tamen alios humores per sudorem expulisse: nonnullos etiam vna nocte incanuisse ob imminente sequenti die morte. Tertio, quia sicut natura expellit superfluos humores per sudorem, vel alio modo, ita sanguinem, ut amicum naturae & praecipuum, & pretiosum, & in quo vita consistit, semper retinet: quod si forte

In sudore quid, & in sanguine denotetur.

In guttis, & ijs quid crassus sudoris Christi sanguinei quid mysterij designetur.

An hic sanguineus sudor naturalis fuerit, nec ne.

Fuisse super naturalem, unde constat.

Beda in Lucae lib. 6. tom. 5. Simon de Cassia lib. 13. de Pass. II. ratio.

III. ratio.

III. ex Aristotele. Philos. lib. 3. de histo. animal. c. 29. circa medium.

Idem libr. 3. de Parti. anim. c. 5. post med. Cruenti sudoris causa, ab Aristotele tradita.

Quali Christus constaret temperamento corporis.

Caietan. in Luc. 22.

Prouerbum Salomonis. Prou. 30. Epif. Cōmbricen. in Matth. Exemplū de fletu sanguineo.

V. ratio.

Hemorrhoids serpens vnde dicitur. August. lib. 14. de Ciui. Dei. c. 24. post med. tom. 5. Ludouicus Vines.

sanguis abundet; eius excessum emittit vel per nares, vel per os, vel per secessum, nunquam tamen sudado. Quarto Aristoteles lib. de histor. animaliu, concedit sudorem cruentu, sed in infirmis, ac male affectis corporibus. Ait enim: Si multum sanguinis effluat, anima deficit: si nimiu, vita interit. Si sanguis immodice humescit, morbus infestat: sic enim in specie sanies diluitur, & adeo ferescit (id est, fit siccu, & in seruu abit) vt iam nonnulli sudore cruento exudarint. Idē confirmat lib. de Partibus animaliu: Tam nonnullis accidit, vt cruentum quoddam excrementum sudare propter vitiatu corporis habitum, scilicet cu corpus laxum, fluxumq, esset, sanguisq, pra cruditate humesceret imbecillitate caloris, qui exiguis venulis inclusus concoquere non posset. Haecenus Aristoteles. Cu igitur Christus constaret bona atq; excellenti corporis habitudine, & super omnes homines delicata; & ad optimum temperamentum reducta, quia opus erat Spiritus sancti immediatu, & non solius naturae, vt nos: idcirco talis sudor illi tanto temperamento praedito non poterat competere: vt egregie hoc loco probat Caieta. Nam et si naturale sit in generatiua virtute, deficiente semine in viro excuti sanguine, qui materia est feminis, & in lactantibus deficiente lacte succedere sanguine: vnde & prouerbum habet: Qui vehementer emungit, elicit sanguine: & de muliere quadam testatur quidam minimē contemnēda autoritatis Scriptor, quod cu intente desleret virum mortuu, & deficerent lacrymae, guttas sanguinis per oculos emisit, quibus excacata permansit: Nunquam tamē naturale fuit, vt deficiente materia sudoris, deflueret sanguis. Sed vt in di&is exemplis naturaliter succedit sanguis femini, & lacti; ita hic sudori supra naturā sanguis successit. Adhuc medici scribunt, accidere idēis a serpente, cuius nomen a fluxu sanguinis dicitur Haemorrhoids, vt sanguine sudent: quod hic minimē fingi potest; neq; enim a serpente tali idēis fuit Dominus. August. lib. de Ciuit. Dei ait: Ipse sum expertus, sudare hominem solere cu vellet. Quē locum exponens Ludouicus Vi-

ues, scribit, quod cōpresso spiritui, & stragulis opertus sudabat languēs praefebicula cu volebat; & medici praescribebant. Notum est, vniuersum ferē mulierum genus ad lacrymas profundendas cum voluit, esse propensum, de quibus Poeta quidam dixit: Vt flerent, oculos erudiere suos. Dicendū igitur, hunc Christi sanguine veru, & naturalē fuisse, ac de purissima Christi carne expressum, sed quantum ad modū supra naturam fuit, & nō sine miraculo; quemadmodū ille, quē cum aqua iam mortuus emisit ē latere, & naturalis, & verus fuit, et si modus profluentiae ad miraculū supra naturam positum sit referendus. Anima enim naturaliter corpus deserente, & calore naturali extincto, omnes humores congelantur, & praecipue sanguis: vnde vulnus illatū mortuo animali, sanguine nō valet elicere. Iesus igitur, qui virtute suae diuinitatis ad minuēdos suos dolores vt noluit, sicut plerunq; ad imminuēda tormēta sanctorū Martyrū fecisse deprehenditur: voluit tamen miracula edere ad eos sibi augēdos: insolitus quippe est, & prodigiosus iste sanguinis sudor. Quamquā autē nonnulli sancti virtute Christi maiora ediderint signa, quam quae Christus fecit; nullus tamen grauiora, aut acerbiora pertulit supplicia. Ad secundum, de causis huius sudoris; quidam nouus autor scribit, timoris, & pauoris Christi in horto causam non fuisse diabolum ab eo conspectū, qui et si formidabilis sit ex se, nō tamen Christo Dño eius victori, imo Christus ipse, & nomen eius inuocatu per sanctos fugat daemone, eritq; illi, atq; est, & fuit quoad vixit, Christus formidabilis. Rursus nō expauit Christus, quod videret sibi mortē imminere, si ea viris fortibus ac mediocriter sapientibus visa est tolerabilis: nouit enim sapiens se natū esse mortalem, & post huius vitae cursum ad beatā vitam profecturū. Vnde de Socrate legimus quod ad nuntiu mortis nec expauit, nec expalluit. Ait igitur hic autor, qd Christus ad peccati aspectū, quod & diabolo ipso, & morte truculentius est, & formidabilius, expauerit. Quic-

Vniuersum mulierum genus ad lacrymas propensissimum.

Ouid. 2. de Remed. amor.

Qua ratione, & naturalis simul, & supernaturalis hic sudor fuerit Christi sanguineus.

Ioan. 19. Cur e vulnere mortui animalis sanguis non effluat.

Christi in seipsum austeritas, & acrimonia.

Causa sudoris Christi sanguinei duae refluntur.

Vnicē. Ciconia ser. de supplicijs Christi.

Socrates ad mortis suae nuntium nihil expauit, ac timuit, sicut nec Seneca: quod diligenter nosse voluit Nero ex nuntio ad eum misso.

quid

Quam res sit formidabilis peccatum.

Esai. 48. Psal. 37.

Qualis peccator Iesus, & quantus.

Timoris, & pudoris effectus.

Iudaei audientes blasphemiam, cur ves lacerauerunt, de more.

Qualis sudor is qui ex corpore Christi cum sanguine fluxit.

quid enim est pauoris, & formidinis in terris, vel apud inferos a peccato proficiscitur: quo sublato, nihil est horribile, sed laetū, & iocundū. Quod ergo Deum timeamus, mortē, diabolū, infernum, vel alias creaturas expauescamus, peccatu fecit: Non est pax impijs, dicit Dominus; & iterū, Non est pax offibus meis a facie peccatorū meorum. Peccati ergo aspectus truculentus ac terribissimus est, cuius sauisissima Christo in horto occurrit imago: considerauit enim eius malignitatē, temeritatē, impudentiā, & quā inuisum fecerit Deo genus humanū, & quāta essent subetida supplicia pro illo de medio tollendo; & quantum interim hominibus blandiatur, & imponat peccatū, quibus securius esset vel eū immanissimis leonibus versari, quā eū illo. Cū igitur se totū peccatis sordidū, & contaminatū videret, quae suis humeris a Patre imposita sic agnoscebat, quasi sceleratissimus ipse designasset, tanto pudore, ac verecūdia est affectus, vt totus sudore sanguineo perlueretur. Vt enim timor sanguine contrahit, & timentē efficit pallidū; ita pudor transmissus pudentes facit erubescere. Sed si vehemētissimus sit, sanguis in venis ita cōcitur, vt per excrementum effluat; quod nonnullis accidisse memoratur. Haec ille ferē, quae non videntur a ratione disiuncta. Apud Iudaeos quidē mos erat, vt si Dei blasphemiam, aut iniuriā audirent, in signū doloris vestimenta scinderēt, vt hoc facto Dei se honorē querere demonstrarent. Quod si fidei illi, & hypocritae Iudaei faciebant; quantum putamus Christum verum Dei Filiū doluisse, vbi omnem iniuriā, & contemptū vidit Patri caelesti per peccata nostra irrogari? Propterea ergo tantū dolorem, & mœrorē suscepit, quantum salua vita ferre potuit. Neque vt Iudaei, vestimenta scidit in argumētū doloris sui quo mouebatur, sed omne perripuit corpus suum, ita vt sudor sanguineus ex cūctis mēbris illius pre nimia angustia, & tremore, velut humor ex vna fortiter pressa, eruperet. Haec omnia nos edocent, quantum pudere, & erubescere de peccato debeam. Nam de eo qui frontē perfricuit, dici

tur: Erōs mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere: quemadmodū spē cōcipimus de eo, qui facile erubescit: Erubuit, inquit Comicus, salua res est. Alij verō aliā fortassis veriorē causā, & rationem assignant huius sudoris. A iunt enim, tēpore timoris omnē sanguine se ad cor roborandū recipere: vnde homo timens pallet ob absentiam sanguinis: Christus tamē postquā, Angelo confirmate, calicē acceptauit, & mortē crucis, quam deprecabatur, qui prius pallebat, factus est rubicundus charitate victrice in eo, & in signū victoriā suae charitatis in sensum, percussit sensum sine gladio, & expulit sanguine, exiuitq; sanguis & aqua, siue sanguineus sudor, sicut Pater eū fundi volebat. Quod factū est vel ex fractione venularū, quae sanguine continent, vel ex nimia sanguinis attenuatione, & commotione: & ita sanguis subtilis per poros apertos exiuit, & in globos, siue grumos cōgestus est. Itaq; sicut voluit a Patre deseri, & a seipso noluit corroborari, sed expectauit cōsolationem ab Angelo; ita noluit sanguine cor adire, quod illud roboraret, sed voluit cor suū deseri, & fortissima charitas vt malleus quidā repercuties eum pro nobis foras effudit. Ad tertiu, in primis vt docet Euthymius, haec omnia facit, & patitur Dns confirmans qd nō phantastice humanitatem assumpserit, sed iuxta veritatē. Etenim si etiā his ita factis, quae ad humanitatem pertinebant, quidā adhuc eius incarnationem non credunt; quanto magis increduli essent, si haec facta non fuissent? Sic ille. Deinde sanguineo sudore declarauit quantum nos amaret, quasi diceret: Tāta dilectione erga hominē peccatorē afficior, vt etiā nullus ad sit carnifex, sanguine per me ipsum fundere sim paratus; vt illi medear; quemadmodū pellicanus proprio rostro peccatū percudit, vt sanguine suo pullos a serpente idēis, a veneno sanare queat. Et quemadmodū feruens ebullitio saepe extra emittit quod intus delitescit; ita peccatus Christi charitate incēsum, & bulliēs, externa sanguinis effusio declarauit; & ita torcular calcavit solus, & de gētibus nō fuit vir fecū. In

Jerem. 3.

Terent. Adelph. act. 4. scē. 5. II. ratio sudoris etulmo di.

Qua ratione hic sanguineus manarit sudor.

Euthym. loco citato.

Quid per hunc sudorē nobis Dominus significatū esse voluerit.

II. mysterium.

Pellicani ingenium.

Simile sudoris Christi sanguinel. Esai. 63.

Quare Christus torcular calcavit solus, & de Gentibus non fuit vir fecus, ut cecinit Propheta. III. mysterium. Simile.

III. mysterium. Aug. lib. sententiarum. Prosper. num. 68. to. 3. Coloss. 1. B. Bern. Dominica in Ramis palmarum. ser. 3. sub finem. Iustin. Martyr. tom. 2.

V. mysterium

Plin. lib. 2. c. 56. Lactis & sanguinis pluviae qualis portentum sit, teste Plinio.

horto enim cepit Christi caro velut in torculari calcari, & sanguinis rubor ex vva expressa defluere: & tunc non fuit vir secum: quia qui cum illo erat, vel dormiebat, vel ad fugam se parabant. Tertio sudore isto, & agonia se nobis tenerum, & delicatum ad edendum praebuit. Ut enim vitulus hinc & inde agitur, ut eius carnes gratiores gustui, suaviores, ac teneriores reddantur; & ipse propterea agitari voluit non solum a Iudeis tanquam canibus, sed etiam ab interna tristitia, & agonia: ita docuit ut sudore, & labore agitati, nos ipsos teneros, & suaves reddamus Deo, ut ille vicissim nos edere possit. Quarto, ut docet Augustinus in lib. sententiarum. Prosper, Orans cum sudore sanguineo Dominus significabat de corpore suo, quod est Ecclesia, manaturas Martyrum passiones. Et B. Bernardus Dominica in Ramis palmarum: Non solis, ait, oculis, sed quasi omnibus membris fleuisse videtur; ut totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius lacrymis corporis purgaretur. Iustinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem verba illa Prophetae Psal. 21. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea: Factum est cor meum velut cera liquefscens in medio ventris mei, dicit esse impleta in monte Olivarum, cum factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.

Quinto considera, quam sit acerba poena quae peccato debetur, ut vel sola eius apprehensio a Christo sudorem sanguineum extorserit. Cogita etiam, quam duram egerit poenitentiam pro peccatis cordis nostri; quae tamen nos vilipendimus, & nihili facimus. Plinius in libris de Naturali historia prodigiosam pluviam ait esse, & lactis, & sanguinis, & portendere cauenda esse superna flagella, ut aruspices interpretati sunt. Pluvia haec sanguinis Christi diuini prorsus, & caelestis, portendit in solum Dominum deferuisse iram Dei, & flagella, quae nobis debebantur, in eum descendisse. Sudor hominis crisis esse solet medicis de viribus naturae in morbum, & humorem peccatum lugentis: sudor Iesu indicium est morbi

nostri discedentis, & leonis inimici victi, & expulsi ab innocentissimo agno, iuxta illud: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, extra hominem scilicet. Sudat sponte, voluntarie sanguinem fundens; quod intelligamus, illum, qui fundendus est per verbera, coronam spineam, clauos, & lanceam, totum voluntarium esse, & nihil in eo inuitum. Sudat sanguinem, ut orationem efficacem supra naturam fieri omnino declaret, nec efficacem reddi nisi per sanguinem Iesu, in quo omnes sancti exauditi sunt, & exaudientur. Exiit de toto corpore, in signum quod de toto corpore suo, quod est Ecclesia, illum fundebat. Globi sanguinis stillarunt in terram: quia pro salute hominis habitantis in terra, non pro Angelo habitante in caelo suffus est a Christo. Quanquam autem omnis Christi sanguis sit pretiosus, & immensi valoris: iste tamen, qui non incisa eius carne per flagella, nec transfixo capite per spinas, nec perforatis manibus, & pedibus per clauos, nec latere per lanceam aperto effluxit, in magno honore est a nobis habendus: quem admodum myrrha prima, siue myrrha electissima illa est, quae vltro decedit, balsamum sponte cadens sua volentius est, & carius. Tria igitur miracula Christus operatus est in dando sanguine suo. Primum in cena ingenti signo ponendo sanguinem in calice ad bibendum. Secundum in horto sanguinem per sudorem emittendo, & rigando vestes, & terram. Tertium in cruce post mortem vulneratus, dando sanguinem, & aquam. Primum dedit sine ullo dolore, sed non sine praegustato mentis dolore. Secundum cum maximo dolore, tum mentis, tum corporis. Tertium rursus sine dolore corporis praebuit, praecedente tamen magno dolore mortis. Primum, liberaliter largitus est totum sanguinem: secundum, non totum, sed magnam eius partem: tertio, totum effudit, qui in eo erat. Ut videas quam verum sit quod instar vxoris Moysis habeamus sponsum sanguinum. Sanguis, & aqua, quae de latere fluxerunt, significarunt purificationem, & redemptionem, at non fecerunt,

Ioann. 12.

Per quid efficacior reddatur precatio nostra.

De toto corpore Christi emanavit hic sudor. Coloss. 1.

Simile. Myrrha electissima quae, & balsamum perfectissimum.

Triplex Christi miraculum in dando sanguine suo. Luc. 22. Ibidem. Ioann. 19.

Exod. 4. Christus qualis sponsum. Sanguinis & aquae de latere Domini effusio quid figurauerit.

Epis. Abulensis in Genes. 9. to. 1. Quem fructum fidelis colliget ex hoc sanguine Christi sudoris mysterio.

Isai. 1. 1. Pet. 2.

vt testatur Episcopus Abulensis in Genesim; at iste sanguis, qui in horto est effusus, & significauit, & promeruit. Perge igitur anima electa, quae Christi colis, vade in hortum, & collige, ac lambe haec sanguinis guttas, reponesque eas in vasculo memoriae tuae: quia si fide illas fueris meditata, primo compellent te ad sudorem, & reddere pro illis saltem stillas lacrymarum: curaberis a febre peccati hoc pretioso sudore pro te facto, cogersque dare illi panem cordis tui ad vescendum, pro quo habendo tanto sudore laborauit Dominus in agonia positus. Videbis quam leue onus, & suauis iugum charitatis tibi Christo imposuerit, & tu illi importabile peccati onus, de quo per Esaiam ait: Laborauit sustinens. Nam peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum

ibi luenda. Caueque ne Dominus de te queri possit, ac dicere: Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem; Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata a sordibus tuis. Sicut igitur, Domine, fortis fuit ut mors dilectio tua, & in te, o Christe, formidinem carnis tuae modo deuicit, poterit & in me vincere formidinem carnis, & conscientiae meae peccatricis timorem. Fac Domine, ut virtute huius sudoris tui sanguis peccati, qui velut superfluous humor abundat in venis animae meae, a me expellatur, & ne vnquam tepidus inueniar in redamando te amatorem meum, redemptorem meum; ac Deum meum, cui cum Patre, ac Spiritu sancto, sit sempiternus honor, ac gloria in secula seculorum. Amen.

Ezech. 24.

Cant. 8.



TRACTATUS XVI.

De resurrectione Christi ab oratione, & excitatione Apostolorum, & de aduentu Iudae cum cohorte, & miraculis ab ipso ante comprehensionem editis, in illa verba: Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes pro tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Judas, vnus de duodecim, antecedebat eos, &c. Luc. 22. Matth. 26. Mar. 14. & Ioan. 18.

Mar. 4. Orationis sit virtus, & efficacitas.

Quanta sit orationis virtus, & efficacitas, satis ostendit verbum Domini: Omnia quaecunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Ostendit & Christi exemplum, qui prolixa oratione obtinuit, ut ex timido redderetur fortis, ex moesto,

ac tristi alacer, ac laetus; ita ut inuictus animo occurreret hostibus, de quo Lucas ait: Et cum surrexisset ab oratione. Tractatus hic farraginem quandam rerum contrinebit: pauca enim quaedam ex Luca primo producens, nonnulla ex Matthaeo & Marco, quaedam postremo ex Ioanne; nam quisque; Evangelista ali-

Christi humilitas & reuerentia aduersus Deum.

Quo magis humilitatis homo, eo magis spiritu vnitor cum Deo.

Qualis tandem ab oratione Christus venerit ad discipulos suos dormientes.

Dona cur sua nobis Deus largiatur.

2. Cor. 1. Quoties Christus Patre orauerit pro calice deprecando, & discipulos dormientes inuenerit.

Sudor sanguineus Christo quando accidit deprecanti.

Christus quando dixerit Apostolis: Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentatione.

Matth. 26.

quid proprium in hac capturae Domini historia habet. Verbo igitur illo, *Et cum surrexisset ab oratione*, indicat in primis hic humilitate, & reuerentia, qua Christus orauit prostratus primo, deinde genuflexus: quia quod magis humiliatur homo, eo magis spiritu vnitor cum Deo: quoadmodum pila quod fortius in terra iactatur, eo altius eleuatur. *Et venisset ad discipulos suos*. Intelligit abstergo prius sudore sanguineo a facie, ne Apostoli illo viso perterrefacti morerentur, aut saltem perturbarentur. Et venit ut illos a somno excitaret, atque illorum curam se gerere tanquam pastor bonus ostenderet, & ut corroboratus ab Angelo, vicissim eos corroboraret: nam ob eam causam dona Dei nobis dantur, ut in alios illa effundamus. Vnde Paulus ait: *Sive autem tribulamur, pro vestra exhortatione, & salute: sive consolamur, pro vestra consolatione, & reliqua. Inuenit eos dormientes pro tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentatione*. Vbi primum nota, ad historiam ordinem pertinere, Matth. & Marcum aperte testatos Dominum ter Patrem orasse, & ter suos inuenerit. Lucas praetermisit quoties orauerit, & suos inuenerit, dicens tantum quod alij tacerunt, nimirum orantem ab Angelo fuisse confirmatum, & prolixius orantem sudorem emisisse sanguineum. Quae oratio prolixior, & sudor sanguineus verisimiliter accidisse creditur in tertia ipsius oratione: nec enim rationi est consonum, ut superius diximus, in prima oratione Dominum ab Angelo corroboratum, & postea imminente morte contra Angeli suggestionem, Patris voluntatem annuntiantis iterum atque iterum deprecatum fuisse. Quod ergo sequitur apud Lucam: *Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes pro tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem*, non videtur posse intelligi post tertia factam orationem, sed post primam, postquam narrat Matth. & Mar. Dominum suos de somnolentia arguisse, & ad vigilantiam, ac orationem excitasse; cum post secundam significet eum ad suos reuersum siluisse, post tertia vero eis etiam somnum permisisse. Quod enim dicit:

Dormite iam, & requiescite, non esse sic accipiendum, tanquam ab exprobande, non a permittente sit dictum, recte colligit Augustinus ex eo quod Marcus hoc ita commemorauerit: ut cum dixisset, *Dormite iam, & requiescite*, adiunxerit, *sufficit: intulerit deinde, Venit hora, Ecce Filius hominis tradetur*: Hinc enim colligimus, Dominum postquam dixisset, *Dormite iam, & requiescite*, aliquantulum siluisse, ut hoc fieret quod promiserat: & tunc intulisse, *Sufficit, venit hora*. Hoc ergo: *Cum surrexisset ab oratione*, coniungendum est cum eo, quod alij duo narrant contigisse post primam orationem, quemadmodum & Ammonius Alexan. in sua concordia fecit. Per hoc igitur quod dixit, *Inuenit eos dormientes*, indicatur, tristitiam Christi pro nostris peccatis assumptam, trinam orationem, agoniam, & prolixioris precationem cum sudore sanguineo nobis esse celata, & incognita: ignoramus enim, & quasi dormimus ad tantam charitatis diuinae demonstrationem. Verba sequentia Lucae, *Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentationem*, si eadem sunt cum illis, postquam primum orauit, & inuenerit Apostolos, iam sunt exposita. Superest ut verba Matth. quae tertio dixit veniens ad discipulos suos, explicemus.

Ait igitur Matthaeus: *Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquabit qui me tradet*. Eadem verba habet Marcus: nisi quod post illud, *Dormite iam, & requiescite*, adiungit, ut diximus, *Sufficit*. Haec igitur verba dicta sunt sine ironia, significatque, secundum Chrysostomum, quod neque visum possent futurorum malorum sufferre, & quoniam eorum non indigeret auxilio, & quod omnino oporteret eum tradi. Dormite ergo, quia ego iam sum vobiscum, & pro vobis vigilabo: absoluo vos ab eo quod dixi: *Vigilate, & orate*. Et postquam haec dixit, & permisit aliquantulum quiescere, ac dormire, postea rediit ad eos, & dixit quod ait Luc. *Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentationem*: quod idem est cum eo quod Matth. & Mar. dicunt: *Sufficit, venit*

Aug. lib. 3. de consen. Euang. cap. 4. tom. 4. Marc. 14.

Ammonius Alexan. Quod Christus inuenit discipulos dormientes, quid nobis insinuetur.

Chry. hom. 84. in Matth. tom. 2.

Quorum Christus dixerit: Dormite iam & requiescite.

Altera solutio superioris quaestionis.

hora,

Origen. tractat. 35. in Matth. tom. 2. Chrysol. ibi dem. Hierony. in Matth. tom. 9.

Theophy. in Matth. 26. Euthym. in Matth. 6. 64.

August. loco praescripto.

Gal. 2. Gentiles peccatorum nomine designantur more Scripturae. Matth. 14.

Ioann. 18.

hora, vel appropinquauit: surgite, eamus. Ut haec sit noua alia ratio conciliandi Lucae cum alijs duobus Euangelistis. Origenes, Chrysostomus, & Hieronymus volunt, Dominum misertum imbecillitatis discipulorum permisisse eos aliquantulum somno vacare: ideo dixit, *Dormite iam*. Quod si Christus post tertiam effusam orationem corroboratus est ab Angelo, & sudorem sanguinis emisit, dicendum, verbum apud Lucae, *Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in tentationem*, non repugnare cum verbo Matthaei, & Marci, *Dormite iam, & requiescite*: quoniam, testibus Theophylacto, & Euthymio, hoc dictum est per ironiam, quasi diceret: Non potui a vobis impetrare, ut paulisper mecum vigiletis: nunc ipsa res excitabit vos, cum videritis, & meum supplicium, & vestrum periculum. Et quadrat quod sequitur: *Surgite, eamus*. Sufficit, id est, plus satis dormitum est, plus satis cessatum. Augustinus tamen lib. de consensu Euangelistarum, ex eo quod Marcus post illa verba: *Dormite iam, & requiescite*, subiungit, *sufficit*, colligit nullam fuisse ironiam, sed Dominum aliquantulum siluisse, ut hoc fieret, quod permiserat. Et tunc intulisse: *Ecce appropinquauit hora. Quanquam reuera haec non conuincant non fuisse ironiam: & secundum priorem sententiam intelligi potest, per verbum Sufficit, Dominum explicuisse ironiam, quae erat in praecedentibus verbis, quasi dicit, Sufficit haec vobis, etiam prohibente, somno vacasse: Ecce aduenit tempus, quod vobis facile somnolentiam omnem excutiet. Ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum*. Vocat peccatores Gentiles, de quibus Paulus: *Nos natura Iudaei, & non ex Gentibus, peccatores*. Ac subdit de Iuda Iudaeo: *Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, prope est. Et ad huc eo loquente venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs, & lignis, missi a summis sacerdotibus, & scribis, & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quemcumque oscularus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite eum. Iesus itaque sciens omnia quae ventura erant super se,*

processit, & dixit eis, Quem queritis? Hic videtur rectus ordo verborum, quae Euangelistae in hac historia describunt. Quidam illa verba: Dormite iam, & requiescite, quae Imperatori sunt modi, annotant more Hebraeo pro futuro esse accipienda, ut sit sensus, Dormietis posthac, & requiescetis, me capto, & pro vobis Patri satisfaciente: nunc verum sufficit, ut cum dixit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, id est, soluetis.

Quod ait: *Appropinquauit hora, & ipse venit in illam horam*: significat, quod cum toties ante tentauerint capere, & non potuerint horam praevenire; ita quoque nec nunc cum venerit, poterat differri, etiam si in concilio definitum esset, ut non die festo fieret, propter imminens periculum a turba. Quod ait, *Surgite, eamus: Ecce, qui me tradet, prope est*: videlicet ne nos, aut timentes, aut mortem fugientes inueniant: inueniens se non inuitum, sed sponte passurum, & quasi se illis obtulisse capiendum. Deinde sequitur: *Adhuc eo loquente venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs, & lignis, missi a summis sacerdotibus, & scribis, & senioribus*. Pro his Matthaei, ac Marci verbis habet Ioannes: *Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a Pontificibus, & Pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis*. Primum ergo perpede in Iuda inscrutabile Dei consilium, quod permiserit hunc, quem tam honorifico munere cohonestauerat, proditoris scelere contaminari: ideo qui se existimat stare, videat ne cadat. Si enim Deus naturalibus ramis, & electo populo suo non pepercit, ne forte, nec tibi parcat. Nouerat autem Iudas locum secessus Domini, ne quis putaret Dominum latere voluisse, & ut intelligatur qua ratione factum sit, ut illuc Iudas veniret cum suis. Deinde quaeris: Quod ius habebat Iudas in Christum, ut illum venderet? Non quidem tale, quale habet dominus in seruum, qui eum pro voluntate potest distrabere:

Imperatium pro futuro saepe in scripturis accipitur.

Supra 2.

Infra 12.

Matth. 26.

Christi passio voluntaria.

Dei funus Iudam Christum proditorum inscrutabile iudicium quid doceat nos. 1. Cor. 10. Rom. 11.

Quo iure Christum Iudas vendiderit.

sed

sed profecto illud ipsum quod latro, vel seruus proditor in dominum suū. Tertio quæres, quorsum Iudæi illum pretio redemerunt, cum ipsi possent sine Iuda illum capere? Sed iam pepigerant cum Iuda, ut illum sibi sub certo pretio traderet, ut prophetia delineata in Ioseph à fratribus vendito in Christo impleretur, in hoc similes fuerunt Iudæi, qui non sua, sed alij iam vendita, rursus bis, & ter vendunt. Quarto aduerte, quod Christus non proditor, nisi ab Apostolo; & proditor his, quorum Christus veritas erat, id est, Sacerdotibus. Nam verbum Dei non truncatur, nec corrumpitur nisi ab amicis; & non patitur persecutionem ab alienigenis, sed à suis amicis, & filijs. Hinc in persona Domini dicitur: *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis.* Prophetas non interfecerunt Gentes, sed Iudæi; de verbo Domini gloriâtes Apostolos, persecuti sunt Pharisei, Ecclésiâ hæretici. Quinto perpende, quod Iudas veniebat munitus utroque brachio, Ecclesiastico, & seculari, ut si Christum tueri vellent sui, propter cohortem Pilati non auderent. Atque hoc consilium fuit Iudæ, ut tutus, & securus postea vivere posset, ne solus scilicet fecisse videretur; nondum enim miser conscientiam prementem sentiebat. Est enim peccatum in conscientia dum perpetratur, tanquam lignum in aqua, quod facile mouetur super illam; at ubi perpetratum est, tanquam lignum de aqua extractum ponderosum est valde, tanquam grauitatis, ut Iudam adegerit ad suspendium. Infelix proditor, qui putat insidias posse latere eum, quæ nosse hominum cogitationes fuerat expertus: putat armis quicquam posse agi contra eum, qui verbo mortuos suscitauerat: cogitabat sepem horti posse eum detinere, qui per tot millia hominum volentium comprehendere sæpè euaserat. Existimabat facibus, & lucernis videre posse illum, qui oculos cæcorum aperiebat, & videntium claudere. Aduerte præterea cohortem, esse militum cateruam constantem trecentis viris, secundum Rupertum; at secundum alios constat ex 1125. peditibus;

nonnisi fortibus, & militaris artis gnaris. Cohorti præerat tribunus, de quo mentionem facit Ioannes; qui Græcè dicitur *χιλαρχος*, eo quod mille præesset militibus. Hanc cohortem habebat Pilatus in Ierusalem pro sui capitis, & principatus tutela, & securitate, & ad compescendos seditiosos, & populares motus. Erat autem cohors peditum sicut turma equitum. De hac cohorte dicitur: *Congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & in Actis fit mentio cohortis Augustæ.* Quia teste Vegetio lib. De re militari, in vna legione plures erant cohortes: quarum prima, & numero, & præstantia militum antecellebat reliquis, & gestabat in vexillo aquilam. Cohors diuidebatur in ceterias, & in manipulos: obediebatque miles in exercitu suo Centurioni, Ceterio Tribuno, Tribunus legato, hic Consuli, siue Imperatori. Quia igitur Iudæi cohortem Romanam contra Christum Regem armatam tulerunt, promeruerunt per immensum Romanorum exercitum concidere: & quia cum laternis & facibus noctu exierunt; idcirco lucerna legis & Prophetarum, qua illustrati sunt patres eorum, extincta fuit illis, sicut scriptum est: *Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.* Isti igitur veniebant armati gladijs, & fustibus, siue lignis, id est, hastis, siue lanceis, ut gladijs propè, hastis longè pugnare possent. Gestabant laternas, & faces: nam etsi esset plenilunium, erat enim decima quarta primæ lunæ, ut notat Origenes; tamen ut cum ordine incederent, & cauerent fossas obumbratas à domibus, vel ne impingerent in lapides (qui tamen, heu miseri, in lapidem offensionis & petram scandali impegerunt, vel ne Christus conaretur latitare sub arboribus horti, ut olim Adam, adduxerunt facies apertas, & laternas, id est, tecta lumina, ne à vento extinguerentur. Pro verbo laternis, Græcè habetur, *lucernis*: Sed ut magis confunderentur, eum essent vno verbo Christi prosternebam, voluit Dominus ut faces, & laternas adferrent: quia si res in obscuro gesta esset, & in tenebris peditati iacuisent, non ita cõfusi fuissent. Fortes præter-

Tribunus vnde dicitur.

Matth. 27. Act. 27. Veget. lib. 2. De re milit. c. 7.

Cohortis partes.

Vnde excidium vrbis Ierusalem, & Iudæorum obsecratio ac reprobatio.

Psal. 68.

Christi comprehensores ad quid tulerint laternas, & faces.

Orig. tract. 35. in Matthe. tom. 2. 1. Pet. 2. & alibi.

Gen. 3.

Christi sapientia, & potentia, militum se comprehendunt stultitia, & ignauia.

ea, & strenui viri noctu cum non videntur ab alijs pugnare, timidi redduntur, & fugaces: secus si in luce pugnaret, atque ob eam causam tulerunt facies. Filij ergo noctis, & tenebrarum grauisima peccati nocte detenti, & ad exteriores, & ad æternas tenebras damnati, noctu veniunt, ut lucem comprehendant; cum tamen lucis præsentia omnes tenebræ dissipentur. Pondera verbum Lucæ, quod antecedebat eos Iudas, ut corpore, ita etiam malitia tanquam ductor quidam exercitus, vel potius ut explorator, de quo dixit Petrus in Actis: *Qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum;* id est, docens viam, & rationem capiendi Iesum. Et ut Saul custodiens vestimenta lapidarium Stephanum, dicitur manibus illorum omnium lapidasse, ita Iudas in omnibus ministris, & militibus comprehendit Christum. Et veri Iudæi sunt hodie permulti super terram, qui scilicet alios præcedunt ad malum, & suo exemplo ad vitia, & peccata alios sollicitant. Antecedebat etiam Iudas, ut Christus, si videret eum disiunctum ab armatis militibus, minimè fugeret; & idcirco præcessit, quasi non esset ex illis; volens proditor ac explorator iaculâri lapidem, & tegere manum iaculantem. Sed frustra profecto iacitur rete ante oculos penitatorum.

Sequitur in Matthæo: *Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quæcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum.* Marcus addit: *Et ducite eum.* Tradiderat, ut in bello fieri solet, signum, & ut omnia essent tanto flagitio cõsona, vñus est proditorio osculi signo. Nam cum osculum signum amoris & pacis esse soleat; hic odij, & belli fuit. Atque hoc cõsilio fecit, vel ne vnus Apostolorum loco eius caperetur, ut Iacobus minor, qui facie ei simillimus fuisse traditur: vel ne Christus seipsum magicis artibus transformando, & varias formas assumendo, ut post Origenem docet Hieronymus, elaberetur è manibus eorum; vel denique propter Romanos, qui ignorare poterant, quæ essent capturi. Etsi enim eorum animus esset capere Iesum cum omnibus discipulis: tamen quia difficile erat omnes

Quales miserii illi & infelices comprehensores Domini.

Iudas cur antecedebat eos.

Act. 1.

Infra 7.

Veri Iudæi sectatores hodie qui nam sint.

Iudæi hypocrisis & simulatione proditoris.

Prou. 1.

Iudas cur osculatus sit Dominum.

Vñus osculi.

Orig. Hierony.

comprehendere, si se in fugam conuertissent, volebant tamen Iesum præcipuum magistrum eorum nosse, quem præcipue capere, & in fuga insequi deberent: nam Iesu non capto, irrita, & cassa reddita fuissent eorum consilia. Et subiungit: *Et ducite eum.* Id est, eo capto, exacta custodia utimini: quia alias sæpè euaserat illorum manus, ut quando transiens per medium illorum ibat, & quando abscondit se, & exiit de templo. Et significare voluit proditor, Christum artibus vñsum magicis alijs euasisse. Iubet ergo ut sint oculati, & cauti, ne eum amittant, & ipse promissa fraudetur mercede. Quanto melius nos moneremur tenere Christum manibus charitatis, & ducere eum, ne elabatur de manibus nostris propter peccata. Et cautè ducitur à nobis, quando finimus nos ab eo duci. Sed cur non dixit proditor: Ille quem videritis ducite in me loquentem, & me arguentem, in illum manus iniicite? Quia nouerat Christum mansuetum, mitem, & mollibus verbis utentem; propterea ad osculi signum confugit. *Et confestim accedens ad Iesum dixit, Aue Rabbi: Et osculatus est eum.* Marcus Græcè habet, *Rabbi, Rabbi.* Quando fuerit osculatus Iudas Christum, dubium est. Nam quidam existimant post binam Christi interrogationem, cum dixit, *Quem queritis?* ut Euthymius docet in Matthæum, & Ioannes Ferus, & quidam alij, inter quos est Osiander hæreticus homo: *Et accedens, inquit, osculatus est eum, &c. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum:* quia ad id signum dabatur: nam Ioannes scribit, Dominum seipsum Iudæis indicasse. Alij verò, ut Ammonius Alexandrinus, Tacianus, & Augustinus, & alij post eos, prius sentiunt Iudam Christum osculo demonstrasse, quam Christum fecisset illas interrogationes. Quod conuenientius esse videtur: tum ne videretur Iudas quasi vnus ex eis esse, & osculari Dominum, & accedere ad illum capiendum; cum quia opus non erat Iudam osculo monstrare Iesum, qui quærebatur, cum ipse iam Iudæis sæpè se ipsum indicasset, seq; eis capiendum tradidisset; tum etiam quia de solo Iudæ adueto dixit Matthæus: *Ecce appro-*

Ad quid Iudas militibus dixerit, Iesum ut ducerent, cautè.

Luc. 4. Ioann. 8. Iudæi infignis nequitia.

Cautè ducatur quando à nobis Iesus.

Quare Iudas non dixerit: Quem videritis me dicitis alloquentem, seu eoque obiurgantem, illum comprehendite.

Quando Iudas osculatus fuerit Christum.

Euthym. in Matthæo. c. 64. Ioan. Ferus. Osiander hæreticus.

Altera opinio. Ammonius. Tacianus. August. lib. 3. de cõsens. Euang. c. c. initio tomo 4.

pinquabit qui me tradet : qui vbi osculatus fuit eum, redijt ad suos; ita vt Christo procedente staret iam Indas cum Iudæis. Sic enim scribit Ioannes: *Stabat autem Iudas qui tradebat eum cum ipsis* nimirum post signum osculi datum. Denique ad hoc vt Christus caperetur ab hostibus, quatuor suę potentię edere signa voluit, quibus admonerentur & a captura abstinere, & agnoscere eius diuinitatem: & ita præcessit signũ datum, & saluatio Iudæ, & Christi responsio: *Amice, ad quid venisti?* & *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Primũ igitur dicitur quod accessit ad eum, corpore, sed animo longè remoto, ad opus longè hostile, & inimicum proditiõnis sub symbolo pacis, & verbo reuerentię; ita vt posset Christus dicere; Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè est à me. Et vt docet B. Birgitta in in suis Reuelationibus, cum Iudas esset breuioris staturę, Christus inclinauit se ad osculum eius suscipiendum. Hoc autem osculũ aliud non fuit, quã lupi morsus inuadentis agnũ, vel contactus gladius in iugulum ouis. Coniungitq; infelix fisco quodã risu, & lætitiã, verbisq; blandis os suum impurũ cum ore Dei purissimo, brachia proditoria cum diuinis brachijs, osculum cum morte, pacis symbolũ cum bellitessera, emptorem mundi, cum venditore redemptoris eius. Eius enim osculum bellum indicit, eius saluatio adfert perditionem, eius amplexus inimicitias immortales gignit: quia amplectitur quem deserit, osculatur quẽ prodit, saluat quem morte tacita occidit. Hęc proditoria osculatio præfigurata est in Ioab, qui Abner & Amasam proditiõnis osculo interfecit, vt habes in 2. Regum volumine: vbi cum Ioab dixisset Amasæ; *Salue mi frater*, tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum; & sic percussit eũ in latere, & effudit intestina eius in terram. Fuit etiã prænuntiata hęc traditio per Dauidem Psal. 40. cũ ait: *Etenim homo pacis mea* (id est, qui verbis & gestis pacem se mecum habere simulabat) *in quo speraui*, id est, in quo meritũ debui sperare, acsi fuisset seru?

fidelis, ac prudens, qui edebat panes meos (id est, quem in gradu Apostolatus de eleemosynis, quæ mihi dabantur à populo in alimoniam) *magnificauit super me supplantationem*, id est, more belluę blandè tractatæ, ac saturatæ recalcitrauit in Dñm, & iniquam proditiõnem est machinatus. Per hoc autem osculum, & amplexum, quem Iesus spontè suscepit, obtinuit ab æterno Patre, vt animas nostras, etsi olim peccatrices, brachijs charitatis amplexaretur, & osculo vero pacis, & reconciliationis oscularetur, & salutis verba, id est, Euangelium illis communicaret. Designat deinde Iudas hæreticos, qui primò blandè, & osculis, deinde armis aggreuntur Ecclesiam: dum enim Scripturis sanctis, & dulcibus Euangelij decertant verbis, & omnes Christum Rabbi & Dominum vocant, quid aliud agunt, nisi quod blandè nos decipiunt? at vbi creuerint, armati prodeunt cum lignis, & gladijs. Omnis siquidem hæresis, vt eleganter docuit Augustinus in libro contra Donatistas, vulpis quædam est inermis, & pacem simulans, vt deuoret: deinde vbi incrementa sumpserit, fit leo rugiens publicè inuadens. Tertio Iudas significat mundum hunc, siue mundi dilectores, qui illis, qui sibi applaudunt, instar scorpj volunt nocere, de quibus: *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximũ suum: labia dolosa, in corde, & corde locuti sunt.* Amores item carnales, & amplexus, & oscula adulteræ, & meretricis osculum Iudæ sunt, & fumentes perdunt: suntque venenati cibi melle ac saccharo cõrecti, qui dum placent gustui, exitium adferunt. Adhęc quædam peccata publica sunt, quæ veniunt ad nos capiendos cum gladijs, & fustibus, id est, autoritate maiorum, & eorum qui præ sunt, exemplo fulta, quæ videntur vim inferre, nisi homo intelligat, quod super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite; secundũ opera verò eorum nolite facere. Alia verò sunt, quæ hominem blandè, & sub illecebris carnis seducunt, vt cum amicitie signum esse

Quid profuerit nobis osculum & amplexus Iudæ proditoris, apud Deum.

Quorũ etiam typum & imaginem gerat proditor Iudas.

August. Hæresis omnis qualis Augustino.

Tertius typus Iudæ proditoris. Psal. 11.

Adulteræ & meretricis oscula qualia sunt.

Duplex genus peccatorum in prætoris cohorte, & in Iuda designatum.

Matth. 23.

putamus

Esaia 29. Matth. 15. B. Birgitta lib. 4. Reuelat. cap. 69. Iudas qua statura fuerit: eius quale osculum Iesu.

Vbi præfigurata fuerit Domini hæc per osculum Iudæ fraudulenta proditio.

2. Reg. 2. Infra 20.

Quid illud Propheta: Homo pacis meæ, in quo speraui, & quæ sequuntur.

putamus placere cognatis, bona Ecclesiæ in cõsanguineos distrahere, vxori, in quib⁹ maximè debent cõtradicere, annuere, & cõplacere; diuitias iniuste congregare, vt quis valeat filias suas supra gradum suũ collocare: hæc sunt illa peccata osculo carnis contacta, & quæ multos ad perditionem trahunt. Dixit igitur illi: *Aue Rabbi*. Verbis precatur salutẽ, sed signis necè designat. Estque protestatio, vt dici solet, cõtra factum: vt qui alterum fingit se diligere, & impingit illi alapam. Vocat Magistrum, cuius doctrinam præcipuè hypocrisim, & simulationem damnantem præcaciõter, & aperte cõtemnit; & quæ præcipuè erigit in spẽ gratiæ Dei, & desperationem omnem frangit, & quæ maximè detestatur auaritiã, & simoniam. Iudas autem fur erat, & omnium Sacramentorum, & gratiarum autoris venditor.

Dixitq; illi Iesus; Amice, ad quid venisti? Lucas ait, dixit illi Iesum: *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Et cõtradicat Euthymius cum alijs quibusdã, hoc dictum Domini apud Lucã præcedere debere illud Matthæi. Et vt ab hoc incipiamus, quamdiu Dominus traditus non fuit, curam habuit proditoris: idcirco vt eum (vel saltem, si non modò, postea tamen) liceret, & faciliè ad se trahat, & non desperet, reprehendit, ostendens se optimè scire ad quid venisset. Ait ergo: *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Exprobrat, quod amoris signum fecisset symbolum proditiõnis: qui tamen expertus Iesu benignitatem & mansuetudinem, omni fera immanior permanfit: neque tamẽ molli sermo potuit illum quicquã emolliere. Tradis, inquit, Filium hominis, qui te in Apostolũ elegit, virtute edendi signa, eijciendique spiritus immundos, & curandi omnem languorem, & omnem infirmitatẽ decorauit, & suorum Discipulorum curam commisit, procuratorẽ omnium, & thesaurariũ instituit; istoq; osculo quod à te suscepi, debebas tu persuadere peccatorib⁹, vt sese mihi traderent, & tu me illis tradis? Tu debebas eos adhortari, ne quid fide mecum agerent: & tu sub imagine amicitie illis me crudeliter crucifigẽ-

Qualis Iudæ saluatio Christi, Aue Rabbi.

Quid maxime vitare, & sequi iubeat Christi doctrina.

Luc. 22.

Euthymius

Christi Dñi in Iudam traditorem pro uidentia.

Quorsum id: Iuda, Filium hominis osculo tradis?

Marci 3. Matth. 10. Christi in Iudam proditorẽ exprobratio.

Ioan. 12. Infra 13.

Ibidem. Matth. 26. Quibus luge distitit proditor Iudas.

Lucæ 7. Infra 8.

Dominici vultus atque oris osculum quibus inutile.

Chryf. ser. 7. tom. 3.

Cur Christus cogitationẽ Iudæ aduersam non mutauit? Sed si quis hoc dixerit, audiat & stud, Iudas quomodo corrigi potuerit? sponte, an inuitus? si inuitus, nulla correctio est: si sponte, oia qua meliorare animũ poterat, audisse cognoscitur: & si remediũ respuit, non medici vitiũ est, sed languẽris. Hactenus ille. Alterũ respõsum est: *Amice, ad quid venisti?* Vbi Græcè dicitur: *Erãpeisã wãq;*, id est: Sodalis, qua gratia huc ades? Est enim *ãraipos*, plusquã amicus, nempe qui eadẽ ætate & consuetudine vitæ diu cum altero vixit, vt Christus & Apostoli per triennũ. Notat Origenes, nomine amici neminẽ bonorũ in Scripturis appellatũ, nisi ad malum, vt non veste nuptiali induto dixit: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Malus etiã oculus in parabola denarij audit; *Amice, non facio tibi iniuriam.* Ita & hic amicus dicitur per Antiphrasim. Sed instantia perimitur: quia credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iusticiã, & amicus Dei appellatus est, vt testatur frater Domini: amicus etiã dicitur Iudith 8. & Esaia 14. & Dominus loqui ad Moysen dicitur facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suũ; & Ioannes Baptista dicitur amic⁹ sponsi apud

Ioannem,

Infra. 15. Ioannem, & Apostoli amici Christi, non ficti, sed veri apud eundem. Non ergo est in vniuersum verum Origenis dictum. Vocat igitur amicum, quia ex parte sua eum diligebat, etiam si ab eo non diligeretur, nec nolebat amicitiam dissoluere; & quia paratus erat recipere eum in amicum per poenitentiam, si resipuisset, ut ait Euthymius hoc loco. Nam teste Chrysostomo epistola ad Theodorum de reparatione lapsi: *Equidem enim, inquit, dico, quod supra veri fidem alijs apparet, ne illud quidem peccatum Iudae esse maius, quam auxilium quod nobis a poenitentia venit.* Sic ille. Et quia Christus loco amici eum habebat, de quo Propheta: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, &c. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, & quae sequitur: acerbum fuit Domino, & indignum tradi a sodali, & discipulo. Et ut Suetonius est autor, Caesar grauiter tulit, cum vidit Brutum in mortem suam conspirasse. Vnde coquestus est, & dixit ei: *Kai et rixop?* Et tu, inquit, fili? Ita Dominus cum Iuda ex postulat de prodicione, dicens; Amice, ad quid venisti? Deinde amicum Iudam appellat, qui paulo ante Petrum vocauerat Satanam, dicens: *Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea qua Dei sunt, sed ea qua hominum.* Nam Petrus terebat Dominum a passione abducere, Iudas saltem ipso facto seruiebat passioni, eum prodendo. Militant enim pro nobis qui nos affligunt, & causa sunt amplioris apud Dominum coronae comparandae. Amicum vocat propter naturam bonam, & quicquid in eo erat praeter peccatum, Dei erat. Amicum denique propter professionem externam, fidei, & Sacramentorum, & quia eum osculo amicitiae salutauerat. *Ad quid venisti?* Euthymius contendit non esse interrogatiue legendum, quia sciebat ad quid venisset, sed enuntiatiue, id est, age iuxta animi tui sententiam relicto velamento: mes enim erat proditio, velamentum, osculum, & blandus sermo. Vult ergo despectere animum eius super flagitium quod perpetravit, ut illud detestari inciperet: sicut quando dixit: *Adam, vbi**

es? Ita etiam Remigius exponit: Ad quod venisti, scilicet perforce, & imple proditoris officium. Alij vero volunt legi interrogatiue, ut sit sensus: Ad quid venisti? id est, quo animo, & cuius rei gratia: nam si ut amicus & sodalis ades, quorsu gladij, & fustes? si ut inimicus, quorsu oscula & blanda salutatio nis verba? Ad quid ergo venisti vendes primogenita tua pro vili mercede cum profano Esau? Ad quantam miseriam deiectus es, ut ex Apostolo fieres apostata, ex amico & comensali proditor, ex doctore veritatis fieres magister erroris? Et si Christus non reiecit Iudam prodentem, sed corrigit; quid ergo faciet his, qui ad communionem accedunt, ut per ipsam sanentur a peccatis suis; & ut per ipsam custodiantur? benigneque complectetur eos qui in peccato communicant ut respiciant. Postestque hoc ad praxim deduci, cum sumus in cogitatione peccandi, ut Christu audiamus, dicentem: Amice, ad quid venisti? an non ego te video? an non satis superque est quod sum a Patre misus, ut a peccato abstineas, nec propter ea te securu putes, quod oculos hominum fallas? Iam hic sequuntur ea, quae apud Ioannem habentur, nempe: *Iesus itaque sciens omnia qua ventura erant super se, processit, & dixit eis: Quae queritis?* Omisit Ioannes gesta Domini in horto, id est, tristitiam usque ad mortem, orationem trinam, agoniam, & prolixiore preceationem, & sudorem sanguineum, atque excitationem discipulorum, quia nouerat haec diligenter ab alijs per scripta: subdit quaedam quae in eius captura acciderunt, & ab alijs tribus erant omissa. Et pulchre in primis asserit Dominum sciuisse omnia quae ei erant euentura, ut cognoscant omnes, quod ei non ignaro, aut illa detrectanti, sed potius praescio, & volenti haec omnia contigerunt: ideo occurrit, interrogat & vna voce omnes prostermit. Si enim Christus dolo, vel vi in crucis supplicium actus fuisset, constaret mundum ipso esse aut fortio rem, aut sapientio rem, ac proinde non esse Deu. Deinde si inuito, & coacto animo morte per tulisset, non esset illustris & perspicua

Remigius Episc. Rem.
Alter sensus.
Genes. 25. Hebr. 12.
In quos quaedam illud: Amice, ad quid venisti.
Ioan. 18.
Querere Ioannes praetermittat.
Secunda ratio
Cur Ioannes inquit Iesum scire omnia super se ventura.
Secunda ratio

eius dilectio. Nihil igitur dolus aut fraus in eum qui omnia nouerat, potuit: nihil etiam vis, & potentia hostilis exercitus, nisi quantum ipse sponte sua posse voluit. Ad quod demonstrandum quatuor insignia miracula ante captura narrat euenisse Euangelista: sed Ioannes solus tria priora narrat ab alijs omissa, quartum vero a quatuor Euangelistis descriptum. Primum igitur est, quod Iudas, qui antecedebat eos, cum dedisset signum osculi, non tamen signo dato potuerunt ad eum capiendum accedere, imo ne nosse quidem, etiam si esset plenilunium, & haberent faces, & laternas, & Iudas qui tradidit eum, ad Iudaeos redierat: quod Ioannes ostendit, cum dicit: *Stabat autem & Iudas, qui tradebat eu, cum ipsis: ideo Christus ad eos accessit.* Processit ergo, & dixit eis, *Quem queritis?* Quasi enim non cognoscentibus loquitur, nec enim in voce nouerant eum, ut ait Theophylactus. Quamobrem haec vox ignorantis non est, sed se in mortem offerentis, eosque super eorum iniquitatem corripientis, ac si diceret: Aduertite miserique is sit, quem vos ad perdendum queritis: nam is est, quem nemo vestrum de peccato potest arguere, qui tot signa inter vos operatus est, quem mox experiemini quantus sit, si se vellet a vestris manibus defendere. Videte ergo quid agitis: quia magnum crimen est innocentem ad mortem querere. Deinde hoc verbo irridet eorum apparatus, & cohortem, quasi diceret: *Quid opus erat tot armis, & tot militibus ad inermem hominem capiendum? Perpende etiam, verbum illud, Processit, quo ostendit quod perfecta charitas foras misit timorem, de quo superius: Coepit pauere, & tædere. Et cum alias legatur aut fugisse, aut delituisse, quia nondum venerat hora eius, hic cum venit, hostibus sponte occurrit: in vtrouque nobis praebens exemplum. Nam fuga, & decessione docuit nos, ut non tentemus Deum: hoc autem occurrit docuit, ut & nos sponte promptos & alacres voluntati Dei offeramus. Ita Paulus, qui aliquando fugit demissus per muros Damasci in sporta, in fine tamen*

cap. 21. Actorum fratribus obnixè rogantibus, ac detinere volentibus dixit: *Quid facitis stentes, & affligentes cor meum? Ego autem non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu.* Obserua etiam, quod cum ad regnum quaeretur Christus, fugit, ut narrat Ioannes. Et merito: quid enim sunt regna, & imperia, nisi praecipitia? Cum quaeritur ad crucem, obuiam processit, quia sciebat se per crucem ire ad Patrem. O bone Iesu, quid facis amicis quaerentibus te in veritate? celas te ipsum, qui inimicis ad mortem te quaerentibus sponte cum tanta charitate occurris?
Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Non dixerunt te ipsum, sed in tertia persona, Iesum Nazarenum. Quo verbo planum redditur, quod Iesum neque ex facie, nec ex vestibus, nec ex signo osculi dato eum agnouerint, quamuis iam dudum omnibus hostibus notus esset: quod non propter tenebras, quia habebant lucernas, & faces, sed virtute diuina factum est. Primum ad ipsorum confusionem, ut vel hinc discerent se frustra insanire. Deinde ad nostram consolationem, ut sciamus hostes nostros, etsi nos de facie nouerint, nihil mali posse nobis intentare citra bonam Dei voluntatem; nec enim agnoscere nos, nedum interficere possunt. Praeterea, ut intelligamus, Deum pluribus rationibus posse suis opem afferre, si velit: hinc olim Sodomitas excaecauit, ut per totam noctem non possent inuenire ostium domus Lot, & missos latrunculos ad comprehendendum Helisaeum excaecauit, ut videntes, & colloquentes simul cum Helisaeo, & simul cum eo ambulantes, non cognouerint, nisi postquam eo orante aperti sunt oculi eorum. Iesus, nomen est proprium in circumcissione positum: Nazarenus dicitur, a patria Nazareth, vbi conceptus est, & educatus. Non exprimitur Iudae nomen Christi: quia a solis electis, & credentibus agnoscitur Iesus esse Christus, id est, Rex, Messias, & mundi Saluator. Quanquam autem quaerere Iesum Nazarenum, non sit mala responsio, si cor malum non fuisset, & eo modo quaesiuissent, ut oportet: est enim

Infra 21.
Ioan. 6.
Milites cur sic responderint; Querimus Iesu Nazarenum.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Gen. 19.
4. Reg. 6.
Luc. 2.
Infra 4.
A quibus Iesus esse Christus agnosca- tur tantummodo.

Iesus Nazarenus, Saluator sanctus, sine floridus: tamen is non armis querendus est, sed precibus, & fide firma, & ut donet vitam, & salutem: sed hi querebant eum ad perditionem mortis.

Iesu magnanimitas atq; constantia.

Iesus vt esset Saluator iustus, vnde habuerit.

Exo. 3. Hæc responsio Christi, Ego sum, quid nos doceat.

Diaconus qui dicitur, Sanctus nomine. Euseb. lib. 5. Eccles. hist. cap. 1. sub fine.

Stabat quomodo infelix Iudas.

Gen. 19.

2. Pet. 2.

utraq; potestatem; verum baculo arduo innitebatur. Egyptus enim, vt Propheta ait, homo, & non Deus; & equi eorum caro, & non spiritus, & Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius. Stabat autem cum eis: malus enim Christianus interdum nihilo melior est Iudæis, & Ethnicis, nam eodem animo Christum impugnat. Grauius autem vtebatur Christi peccatis, videre se a discipulo prodii, & ab his ad mortem queri, in quos maxime beneficis extiterat.

Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Hoc est secundum signum narratum a solo Ioanne: in quo in primis ostendit Christus suam deitatem, ac fortitudinem, & hostium imbecillitatem, vt Cyrillus ait. Est enim insignis Christi potentia, qua leni voce repulsi sunt hostes ne progredirentur. Nunquam vel Alexander Magnus, vel Cæsar, aut Pompeius, aut Cyrus tantum imperij habuerunt, vt vno verbo homines prosternerent, vt Christus. Paulus vero vim huius vocis expertus: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, in terram prostratus est, & manus dedit. Hoc autem signum patrauit, vel virtute verbi sui, vel virtute luminis a Christi vultu prodeuntis, vt Hieronymus docet ad Principiam virginem: sic enim in resurrectione fulgor faciei Angelicæ custodes terruit, & velut mortuos reddidit. Secundo, quod nec consistere possunt, sed coguntur cedere, iuxta illud Propheta: Conuertantur retrorsum, & reuertantur, simul qui volunt mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti. Tertio, quod supinos eos deiecit, vt vel cælum cogentur aspicere, & Deum, qui omnem humanitatem, & misericordiam ex animo abiicerent. Ita vt sint inexcusabiles videntes ex hoc signo Iesum quem querebant, hominem maiorem esse. Taciteq; voluit eos a malo proposito reuocare, vt poenitentiam agerent, ne velint suo tempore vindictam eius in se experiri. Deinde valet hæc vox ad solandos pios, cum certo sciant impios casuros, etiam si ad tempus prospere agere, actriumphare videantur. Tertio,

Qualis baculus Iudæ proditoris quoniam innitebatur, portoria cohors. Esa. 31. Jerem. 17. Malus Christianus quibus nequitia, & peruersitate comparandus.

Christi potentia.

Cyril. lib. 11. in Ioan. cap. 33.

Act. 9. Qua virtute Christi & potestate milites eius comprehensores corruerunt in terram. Hieron. epi stol. 1. tom. 1. Psal. 39. Psal. 34.

Quid Dominus per Iudæorum prostrationem significauerit.

Secundum.

Tertium.

efficax

Quartum.

Iob 26.

Quintum.

Sextum.

Iudæi in Caim designati font. Gen. 4.

Septimum.

Theophy. in Ioann.

Octauum.

Apocal. 5.

Pij quomodo cadant.

Psal. 36.

efficax est hæc vox ad terrorem impiorum omnium, quos, si vellet, omnes vno nutu prosternere posset, nisi expectaret ad poenitentiam: & qui vno verbo hoc egit, eadem facilitate posset efficere, vt terra dirupta ipsos cum omnibus suis armis absorberet. Quarto ostendit, quod si in forma agni hoc valuit prestare, quid in forma leonis efficeret? Si iudicandus hoc fecit, quid iudicaturus? Si mortis propinquus tantum virtutis sue specimen dedit, quid regnaturus in æternum poterit? Recte proinde dicitur apud Iob: Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? Quinto voluit Dominus, vt si nunc in tam horrendum flagitium inciderent, postea tamen quando intelligerent per Apostolos suscitatum a mortuis prædicari, compungerentur poenitentia, & facilius crederent, memores potentie verbi illius, quo fuerunt in terram prostrati. Sexto, voluit Dominus hoc factum significare mortis conscientie peccatorum a Deo excitari, cum proximi sunt scelere patrandi, ne peccatum perficerent, sed vt admoniti a malo retrorcedant. Et isti Iudæi fecerunt vt Cain eorum typus, qui etsi monitus a Domino fuisset, & minas ab eo audisset ne in fratrem suum irasceretur, non tamen abstinuit ab homicidio, ita nec isti a capiendone Domino. Septimo, hoc Iudæorum casu præfigurata est ruina domus Israël teste Theophylacto, quæ in hodiernum usque diem durat. Qui enim in Christum insurgit, cadere cogitur, quantumcumque ille sit. Octauo, in eo quod ceciderunt retrorsum, indicatur quod impij homines præ reuerentia, & honorificentia Dei non cadentes in faciem suam, vt Christus in horto, & viginti quatuor seniores in Apocalypsi, cadere compellentur retrorsum, non videntes quod cadant, nec vbi faceant, nec quomodo resurgant, nec videt quæ supplicia ipsos mancant, nec vquam agnoscunt peccatum, vt conuertantur. Pij vero si quandoq; cadunt, non retrorsum, sed antrorsum videntur cadere: quia Domino supponente manum suam, & peccatum agnoscunt, & conuertuntur ad Deum: & licet cadant dextrorsum per prospere

ra, & sinistrorsum per aduersa, resurgunt tamen: & in Scripturis, impijs tribuitur retrorsum cadere; pijs vero, & electis, ante faciem cadere. Qua de re egregie Gregorius scribens in Ezechiel. sic habet: Quarendum nobis est cur Ezechiel, & Paulus in faciem cadit: & de ascensore equi, id est, de eo, qui in huius mundi gloria elatus est, dicitur: Vt cadat ascensor eius retrorsus? Rursumq; de persecutoribus scriptum est: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quid est, quod electi in faciem, reprobi retrorsum cadunt, nisi quod omnis qui post se cadit, ibi proculdubio cadit, vbi non videt: qui vero ante se ceciderit, ibi cadit, vbi videt? Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur: quia ibi corruunt, vbi quid eos tunc sequatur, modo videre non possunt. Iusti vero quia in istis visibilibus semetipsos sponte dei ceciderunt, vt in inuisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur. Idem in Moralibus, inquit: In faciem cadere, est in hac vita suas vnumquensq; culpas agnoscere, easq; poenitendo deslere. Retro vero quod non videtur, cadere, est ex hac vita repetere decedere, & ad quæ supplicia ducatur, ignorare. Hætenus ille doctissimus pater. Præterea docemur quod vnum & idem verbum pijs est consolatio, impijs autem iudicium. Nam apud Matthæum, & apud Lucam Apostolos perterritos, hoc verbo solatus est, dicens: Ego sum: quo tamen verbo impij sunt prostrati. Verè enim verbum Dei, potentia Dei est, coram quo peccatum, nec mors, nec diabolus potest consistere. Hodie quoque pij nihil dulcius audiunt, quàm Christum dicentem, Ego sum: nam illo verbo animantur, & ad progressus in via Dei faciendos excitantur. Impijs vero horrendum est audire: Ego sum quem pupugistis, vel, Ego sum Ioseph, quem vendidistis in Ægyptum, Ad extremum hoc factum implet prædicta Dominus: Auertantur, inquit, retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala. Adumbra tus quoque fuit hic casus in Heli, qui audita captura arcæ cecidit retrorsum, & Ionathæ facies fecit cadere multos Philisthæos, & Samson mandibula asini prostravit mille, & Sangar vomere sexcentos homines interfecit. Theophy-

Qua ratione cadant impij

Gregor. homil. 9. in Ezech. circ. init. tom. 1.

Gen. 49. Quid sibi velit quod electi in faciem, reprobi retrorsum cadunt, teste Gregorio.

Idem lib. 31. Moral. cap. 18. prope finem. In faciem cadere quid sit, & quid retro.

Nonum. Matth. 14. Luc. 24.

Quo maxime verbo Christiani ad bonum animantur.

Gen. 37. Decimum & vltimum. Psal. 34. Vbi adumbra tus fuerit hic casus.

1. Reg. 14.

Iudic. 15.

Theophyl.

Tom. 10.

Q 2

laetus

lactus miraculo tribuit quoddam Apostoli non infurrexerint, & dissecuerint eos dum iacerent: ad quod excitare eos poterat Petrus, nisi Christus impediisset.

Iterum ergo interrogavit eos, Quem queritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me queritis, finite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quenquam. Interrogavit rursus eos, quem quarent, ut illis necdum ad poenitentiam permotis, sed in maligno proposito mentis persueverantibus sese proderet, & inemendabili eorum malitia ad electorum suorum salutem vteretur. Ad haec ex his apparet, quod non statim ut surrexerunt, in eum cum impetu manus iniecerunt, sed suspensi, & attoniti quid agerent, nesciebant, donec eis facultas daretur ab eo, qui mori, & capi pro sua libertate volebat. Et quia ministri Iudaeorum audierant, quam dure increpati illi alij fuissent, qui ad eum capiendum destinati re infecta reuersi fuerant, ut narrat Ioannes, ne & ipsis tale quid contingat, perseverant in proposito capiendi eum, etiam si experti essent eius manum potentem. Apparet igitur obstinatio peccatoris quanta sit, etiam post Christi miracula, & post fortes inspirationes internas, & externas, de quo queritur per Prophetam: Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. O Iesu bone, libera me a me ipso, & meo libero arbitrio, quo abutens & tibi, & meae salutis resisto, & meae perditionis negotium promoueo: siquidem scriptum est: Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Respondet ergo Dominus: Dixi vobis quia ego sum, scilicet quem queritis, & quem secundum humanitatem occisuri estis, & qui secundum diuinitatem sum qui sum, & nunquam mutor. Si ergo me queritis, inquit, finite hos abire. Hoc est, tertium signum, quod in defensionem suorum discipulorum post secundam interrogationem coram erectis Iudaeis edidit. Quod verbum non fuit deprecatorium, sed perterrefaciens, illamque virtutem, qua eos prostrauerat,

ostendens. Annas enim, qui Christum interrogavit de discipulis, voluisset etiam eos comprehensos, ut ait Theophylactus. Rupertus quoque in Matthaeum, ait Iudam voluisse ut Apostoli caperentur, & ob id poenitentia ductum quod non fuerint capti, se laqueo praefocasse: quemadmodum Achitophel ob dissipatum consilium quod omnino Dauid moreretur, suspendio vitam abruptisse. Hoc verbo Imperatio, non deprecatorio vnde cum Apostoli seruati sunt, non Iudae, vel Iudaeorum, vel Romanorum indulgentia. Hinc Petrus, & Ioannes ingressi sunt domum Pontificis, & Ioannes incolumis cruci adstitit. Iudas autem, filius erat perditionis, nolens acceptare remedium. Dixi ergo vobis, quia ego sum; id est, experti estis me Principem fortitudinis. Si adhuc me queritis, & percussis, & prostrati non doluistis, nec mutastis animum, saltem finite hos abire. Poterat efficaciter dicere, Sinite me abire; sed oportebat eum pati, & hi, quos sibi Pater dederat, seruandi erant. Non enim expediebat eos tunc interfici: quia si negantes morerentur, damnati fuissent. Noluit etiam alios mori secum; ne quis valeat, cogitare Christi mortem ad redemptionem solam minime sufficere. Adhaec cum electi essent Apostoli, ut fructum ferrent per vniuersum; impedita fuisset eorum vocatio. Verbi ergo virtus in seruandis suis alligari non potest: Caritas non querit quae sua sunt: bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, nec sinit lupum eas deuorare. Si ciuitas obsessa non posset liberari, nisi per mortem vnius ciuis, si ciues boni essent, certatim deberet quisque hunc honorem ambire: quia tam pretiosa, & honorifica mors amabilis est. Si mali essent, quisque diceret; Ego nolo mori solus, sed cum omnibus ciuibus: quia solatiu est miseris socios habere laborum. Certum est Christus talis ciuis erat, qui, etiam caeteris ciuibus percuntibus, ipse perire non poterat: & tamen solus voluit perire, ut omnes seruaret. Ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quenquam. Producit verbum Christi in precatione sua ad Patrem,

Theophyl. Rupert. lib. 11. in Mattheum.

2. Reg. 17.

Ioan. 18. Infra 19. Supra 17.

Ibidem. Quare Dominus voluerit ne discipuli caperentur.

Apostoli cuius rei gratia electi fuerint a Domino. Ioan. 15. 1. Cor. 13. Ioan. 10.

Prouerbiu.

Ioan. 17.

Ioan. 17.

Cur secundo quaerit Dominus quem quarent.

Ioan. 7.

Obstinatio peccatoris quanta sit.

Ierem. 5.

A Iesu quid orandum, & efflagitandum.

Ose. 13.

Exo. 3.

Malac. 3. Quomodo accipiendum sit: Si ergo me queritis, finite hos abire.

contentum in superiori capite, quod ostendat illam orationem efficacem fuisse: nam si efficax non fuisset, quomodo potuissent Apostoli hoc periculum euadere, praesertim Petrus, qui gladio dimicabat? Ac nemo existimet, Euangelistam allegasse sermonem Christi, in quo de perditione animae agebat, & ineptè applicuisse ad captiuitatem corporis: quoniam euentus docuit eos omnes negaturos fuisse Christum, & consequenter animo perituros, si capti fuissent. Quod satis ostendit Petri exemplum, dum ad vnius ancillae vocem, etiam non detentus, Iesum negauit. Quia ergo comprehensio ad interitum animorum fuisset, rectè proinde adimpletum sermonem Domini fuisse producit Euangelista, quod nullus Apostolus est comprehensus. Considerent autem hic pastores, gloriam suam esse non perdere aliquam ex ouibus, vel subditis, sed omnes, quantum in se est, seruare; ita ut si aliquis corpore pereat propter delictum, non pereat tamen anima eius propter Sacramenta, & curam spiritualem adhibitam, & perditio illa corporis referatur ad salutem aliorum, & ad eos in officio continendos. Item si quis per excommunicationem sit abscindendus, referatur ad hoc,

ut confusus redeat, & obediat Ecclesiae, & alij exemplum capiant nulla ratione pereundi in excommunicatione. Considera autem pulcherrimum verbum Cyrilli, qui Commentarijs in Ioannem expendens quod Christus sui oblitus, suorum ex charitate curam egerit: Qui tam paucorum, inquit, in tali tempore curam habuit; quomodo innumerabiles fideles non proteget? Haec ille. Ut ergo Christus penè captus dixit: Si ergo me queritis, finite hos abire, quando nos sumus in periculo, ut capiamur, dicamus: Si nos queritis, finite ergo Christum in nobis liberum abire, ne Christi opus per capturam impediatur, & sermo promissus in baptismo seruetur permanendi cum Christo: & idem dicamus Deo sinenti nos capi, ut faciat per flagella, & capturam opus Christi in nobis ceptum non impediri, ut etsi nos ligemur, verbum tamen Dei non alligetur. Gratiarum igitur immortales agamus Christo pro tanta sua charitate, ac liberalitate, qui suis vinculis nostram voluit asserere libertatem; & sua morte nobis immortalitatem concedere vitam; Ipsi propterea cum Patre, & Spiritu sancto gloria, honor, & imperium ab omni creatura reddatur in secula seculorum. Amen.

Cyroll. lib. 11. in Ioan. cap. 34. tomo 1.

Præclara sententia Cyrilli de Christi in suos prouidentia.

Ex hoc mysterio Christi comprehensum quem fructum colligemus. 2. Tim. 2.

Ad quid Euangelista dixerit sermonem Domini fuisse impletum.

Gloria pastorum seu praetorum quae sit.



TRACTATUS XVII.

DE Petro percutiente Malchum seruum Pontificis, de quo eius curatione: Petri quoque se armis tueri volentis reprehensione. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 18.

Vilitas correctionis. Prou. 27.

Sap. 11. Apocal. 3. Matth. 18.

VERISSIMA est illa sententia Salomonis: Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis: Vnde Deus, qui diligit omnia quae fecit: Ego, inquit, quos amo, arguo, & castigo, & precipio alijs inuicem se corrigere. Haec autem corrigendi vir-

tus mirifice apparuit in Filio Dei in horreo: nam ibi correxit quodammodo voluntatem suam deprecantem calicem, submitte illam diuinam voluntati, corripuit Apostolos dormientes, & increpuit Iudam osculo prodentem, tandem Petrum pro se gladio decertantem, & Iudaeos ad se comprehen-

Fraternae correctionis legem Christus obseruauit.

dendum missos non solum facto ipso prosternendi in terram, sed etiam blandis verbis reprehendere voluit: de quibus hoc tractatu erit agendum. Tria igitur signa præcedentia Domini comprehensionem explicuit solus Ioanes, hoc autem quartum de Malchi à Petro percussis curatione, quatuor Evangelistæ commemorarunt; ita ut ex singulis Evangelistis liceat aliquid singulare producere. Primum igitur circa literam, & differentias Evangelistarum aliquid statuemus; deinde quomodo gesta sit hæc percussio, & quæ illam præcesserint, dicemus. Tertio quot rationibus fuerit à Christo impugnata hæc Petri defensio, aperiemus. Postremo loco excutiemus, ratione illorum verborum quæ dicta sunt ad Petrum, an Christus interdixerit Christianis bellum, & usum gladii. Deinde si saltem non interdixit, an clericis liceat armis, & gladio uti, & propria manu se defendere. Quod attinet ad primo loco propositum, perpende tres priores Evangelistas in genere dixisse: *Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, exemit gladium suum: & percussit seruum Principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.* Et ne Marcus quidem Petrum nominat, ne suum videatur laudare præceptorem, qui tantum esset ausus pro Christo tuendo, tantis cæteris, & in timore permanentibus. Solus Ioannes expressit, dicens: *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, &c.* Expressit etiam nomen serui percussis, dicens: *Erat autem nomen serui, Malchus.* Deinde aduerte, quod cum omnes Evangelistæ istam percussionem serui describant; solus Lucas, cuius partes erant describere Christum Sacerdotem, commemorat seruum à Christo fuisse sanatum. Tertio cum Matthæus, & Marcus asserant, Petrum tantum auriculam percussisse; Lucas, & Ioannes addunt, auriculam eius fuisse dexteram. Quarto, ex Evangelistis solus Matthæus, & Ioannes meminerunt reprehensionis Domini Petro exhibitæ; alij vero duo illam silentio suppresserunt. Quinto expende, Matthæum, & Marcum immediate post Iudæ osculum enarrare

comprehensionem Domini, quod videlicet accesserunt, & manus iniecerunt in eum, & tenuerunt eum; postea vero describunt factum percussionis Petri: at vero Lucas, & Ioannes prius tradunt percussionem Petri, & sanationem Malchi, & reprehensionem Petri, & turbæ venientis ad capiendum, ac deinde narrant Christum comprehensum fuisse: qui profecto ordinem historię secuti fuisse videntur: quod his rationibus ostenditur. Prima, quia non est verisimile Christo iam ligato, & comprehenso, Petrum percussisse, imò Christo detento, & ligato, Petrus cum alijs aufugit. Secunda, Christus ligatus manibus quomodo restituit auriculam Malcho? Tertia, qua ratione ligatus reprehendisset comprehensores, dixissetque illis, *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum?* quo verbo secundum omnes Patres eis facultatem tribuit se capiendi. Quod ergo Matthæus, & Marcus post osculum Iudæ acceptum dicunt: *Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum; & tenuerunt eum;* proculdubio hoc dictum est per figuram anticipationis, ad ostendendum osculum Iudæ fuisse in signum capturæ datum, & ob id Iudam dignum factum triginta argenteis.

Ad secundum: Inter Evangelistas Lucas solus est qui latius hoc factum Petri descripsit, & quæ illud præcesserunt, de quibus ita ait: *Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percussimus in gladio? (vel ut Græcè habetur, Non percussimus in gladio?) Et percussit vnus ex illis seruum Principis Sacerdotum; & amputauit auriculam eius dexteram.* Hi qui circa ipsum erant, discipuli sunt, qui conspecto Iuda, cohorte, & ministris, & facibus, & lignis expauerunt, & ut pulli sub alas gallinæ se recipiunt, vbi miluum viderint insidiantem: ita illi ad Christum confugerunt: & Dominus extensis brachijs cœpit ipsos protegere, meditarique quod in cruce facturus erat ad protegendos peccatores, & à iusta Dei vindicta liberandos: *Tota die,* inquit, *expandi manus meas ad populum*

Lucæ, & Ioan- nem rectum narrationis ordinem tenuisse in hac historia. Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Qui dixerit, Domine, si percussimus in gladio? & cur sic interroga uerint.

Esa. 65.

pulum

Ordo huius disputationis

Quemadmodum in hac narratione Petri serui percussis quatuor Evangelistæ consentiant. I. discrimen.

Quid est quod Petri Malchum Christi percussorem gladio percussis Marcus ex presse nomen mittit. Secundum discrimen. Solus cur Lucas serui Pontificis abscissam auriculam narret et à Christo fuisse restitutam. Tertium. Quartum.

Quintum discrimen.

pulum non credentem, & contradicentem mihi. Ipsi ergo videbant futurum, quod Christus, & ipsi erant capiendi. Et volentes obuiam ire capturæ, dixerunt, Domine, percussimus ne in gladio? hoc est, agemus ne rem gladii? Sciebant enim, Christum partim docuisse: *Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe illi & alteram. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo, & alia duo;* partim vero audierant Christum dicentem: *Qui non habet (scilicet sacculum & peram) vendat tunicam suam, & emat gladium.* Hinc dubij erant, & incerti; propterea Christum interrogauerunt, an esset opportunitas utendi gladio. Iesus autem, qui uti gladii id temporis non ægrè ferebat, tantisper scilicet dum appareret tueri se humanitus potuisse, & quod discipuli se liberare possent, conticuit. Tacuit & Petrus, partim moræ impatiens, & animatus Iudæorum prostratione, & Christi dilectione; partim taciturnitatem arripiens pro consensu, ut docet Augustinus libro Quæstionum Veteris & Noui Testamenti mixtim, vel quisquis fuit illarum autor. *Percussit seruum Pontificis.* Petro enim satis videbatur usum gladii esse concessum ex eo quod Christus dixit, ut gestarent, & emerent gladios. Et certe nemo uti debet gladio, vel alia re à Deo concessa, inconsulto Deo, & non cognita eius voluntate. Principes seculares, & Episcopi spirituales iudices, & generaliter omnes Magistratus non debent uti gladio nisi consulto Deo, ne illo abutantur, educentes illum quando, vbi, vel eo modo quo non oportet. Ideo in sententijs pronuntiandis dicunt Deum præ oculis habendum. Superius diximus, istum Petri gladium, & alterum, ab hospite mutuo acceptos fuisse, vel eis usos fuisse Petrum, & alios in cœna ad diuidendum agnum, ut ait Chrysostomus; vel quia teste Cyrillo ad hortum diuertebant noctu propter feras, & ramos, qui ut plurimum ingredienti impedire solent, nisi præciantur. Lyranus testatur, quod quia piscator erat, ad retia tigillis fi-

genda, vel refarcienda gladium habebat. Si quæras cur percussit Petrus seruum Pontificis? Dicendum, quia fortasse ille cæteris audacior tentabat, ut gratiam Pontificis iniret, iniicere manus in Iesum. Deinde rogabis; quomodo præcidit auriculam? Respondeo; Volebat fortasse istum gladii in caput medium findendum vibrare: quod fortè galea armatum, illum elusit, fecitque ut descenderet ictus in aurem, quam præcidit. Vel dici potest, tantum illi nocuisse, quantum à Domino fuit permissum.

Tertio quæres; Quid est quod alij armati, quod vliscerentur iniuriam, ut moris est, non irruerunt in Petrum, & aut vulnerarunt, aut tenuerunt eum? Dicendum, quod impediēbat verbum Christi virtute & imperio plenum: *Sinite hos abire.*

Quarto vrgebis; quare Christus permisit Petrum abuti gladio in seruum Pontificis? Dicendum, id pro eius sapientia factum, ut inde eliceret gloriam suam in sanando; & ut ostenderet non fuisse in se potestatem signæ edendi extinctam, atque charitatem benefaciendi inimicis ob illatam iniuriam non fuisse mortuam; & ut Petro indicaret, quod non erat idoneus dominum suum patientia, & charitate tueri, sed gladio tantum corporeo; & ut declararet se non egere defensione discipulorum, vel armis; & ut eum reprehendendo daret nobis doctrinam quatenus videlicet clericis & Ecclesiasticis armis uti liceret; sicut permisit suos discipulos obliuisci cerimoniam laudandi manus ante cibum, quod haberet ansam reprehendendi superstitiosos ritus Scribarum, & Phariseorum, & nobis porrigendæ tantum doctrinæ lumen.

Quinto rogabis, num Petrus defendendo Christum, Malchumque percussendo, peccauerit? Nam in primis Augustinus libro Quæstionum Veteris ac Noui Testamenti mixtim, videtur sentire quod non deliquerit, dicens: *Quantum pertinet ad Petrum, percussit eum, quem contra se armatum videbat. Resistere enim debuit ingratis seruis, & ad Dominum necandum armatis, Chrysostomus quoque super Matthæum*

Quare Petrus percussit seruum Pontificis. Quomodo absciderit Petrus auriculam.

Qui factus sit ut percussio Pontificis seruo statim in Petrum armati milites non insurrexerint

Cur Christus permisit Petrum abuti gladio in seruum Pontificis permisit.

Matth. 15.

An Petrus Christum tuendo, Malchum que percussit, peccauerit.

August. q. 10.

Chrysost. homil. 85. in Matth. 10. mo 2.

Matth. 5.

Luc. 22.

August. lib. 99. Vete. & Noui Test. mixt. quæst. 104. tom. 4.

Seculares, & Ecclesiastici Principes gladio uti quatenus debeant.

Vnde illum gladium Petrus habuerat.

Chrysost. homil. 64. in Matth. 10. mo 2.

Cyrrill. lib. 11. in Ios. 6. 35. tom. 1.

Lyranus.

videtur

videtur excusare quod ex pio, & feruēti amore, quem habebat ad magistrum suum, percussit Malchum. Glossa Interlinearis super Lucam, comparat Petrum Phinees, qui ex zelo sancto occidit Hebræum cōeuntem cum muliere Madianitide: propter quod meruit summum Sacerdotium. Alij probabilius sentiunt, quod non nihil in eo facto peccati commiserit. Primo, quia à Christo verbis & facto sanandi fuit reprehensus. Deinde, quia nec iudex erat, nec à iudice potestatem habebat, ideo propria autoritate assumpsit gladium. Tertio, quia etsi petierit à Christo facultatem percutiendi; non tamen expectauit responsum præ impatientia. Sicut caro impetu quodam ruit in vitia, non expectans iudicium rationis, nedum voluntatem Domini. Hinc Petrus ipse prius percutit, cum nec ipse, nec Christus læsus esset. Et carnalis homo à multis peccatis abstineret, si propriam rationem prius vellet consulere. Quarto, quia illa Petri audacia, & confidentia potius fuit carnalis, & humana, quam ex fide profecta. Nam illa audax est, quādū adhuc videt in Christo diuinam potentiam: at vbi paullo post virtutem suam abscondit, cessauit Petri fortitudo: ideo ex fide omnino non processit hæc Petri audacia, alioqui etiā in aduersis perdurasset. Quinto, defecit hæc Petri defensio in fide: quia si Christum credidisset Deum, putare debebat, quod non ei opus erat sui defensione. Deniq; hæc defensio contra voluntatem Christi acceptantis calicem erat, contraq; definitionem Scripturarum, quæ tradunt Christum passurum: & idcirco Petrus excusatur ex parte, sed non in totū, & hoc propter zelū quo replebatur, sicut Moyses, qui Ægyptium iurgantem cum Hebræo occidit, & in sabulo abscondit. Atq; huius sententiæ est B. Augustinus, qui in Ioannem expresse tradit, quod factum Petri Dominus improbavit, & progredi ultra prohibuit, dicens: *Conuertere gladium tuum in locum suum; & sinite, vsque huc.* Quod verò Christus docet de distrahenda tunica, & emendo gladio; non fuit probè intellectum: quia illo verbo non concessit illis nisi

ius naturalis defensionis, quando erāt infirmi, & incipientes; perfectis autē, & sibi non permisit defensionem exhiberi, sed altiori modo, id est, patientia, & fide, iuxta illud: *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed dare locum ira.* Hinc Apostoli verba Domini explicantia ius naturæ, quod licitam reddit defensionem propriam, non intellexerunt ad ipsos, vt imperfectos Christianos spectare, non ad Christum, & perfectos. At dices; Nonne Petrus etiā inuitum debebat Dominum defendere? Minimè: nam licet illi magistratus nullam in Christum haberent iurisdictionem ad capiendum & iudicandum eam: vt B. Thomas docet, & ratio ipsa comprobatur, quia Pontifex summus iure Diuino liber est ab omni iudicio humano Regis, multo magis Christus, cuius vices illi gerebant: tamen quia ipse sponte se illorum iudicio subiecit, ideo non debebat Christum tueri, etiā si alioqui esset opus charitatis.

His positis, iam explicanda est litera: *Respondens autem Iesus, ait: Sinite, vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.* Verba illa: *Sinite, vsque huc*, possunt hunc sensum habere: *Intermittite prohibere vos inuadentes, siue lædentes, quousq; ego faciam, quoniam ad alios, & ad aliud tempus seruatum est iudicium vltionis: nunc tempus est patendi. Vel, Nolite amplius gladio agere, satisfactum est potestati, vt queam recordari voluntatis Dei esse, quod facio.* Augustinus prædicto loco ait: *Apostolo Petro vsq; ad hoc permissum est, vt dolorem faceret, non quod occideret. Ob hoc enim audiuit, ne iterū percuteret.* Sic ille. Alij verò interpretantur: *Sinite, vsque huc*; Permittite, vt veniat ad me, & sanem eum, & pro Petro satisfaciam huic læso. Vel, quod in idem recidit, *Sinite me, vt eam vsq; ad percussum, & sanem eum.* Euthymius intelligit verba hæc dicta post Petri percussione, aitq; esse sensum; *Vltorius desinite, in hoc cessate, nec ultra ad vindictā progrediamini, Et exponit ius vultus masculinè, id est, vsq; ad seruū cæsum. Nō desit qui dicat, sensū esse: *Sinite hucusq; id est, quiescite: hucusq; scilicet res ipsa progredi debet, vt me**

Rom. 12.

An Petrus Christum vel inuitum defendere debuerit.

D. Thom. 2. 2. q. 66. artic. 1. ad. 2. tom. 11.

I. sensus horū verborum Domini: Sinite vsque huc.

August. lib. 99. Vete. & Noui Test. q. 104. tom. 4. Secundus.

Euthy. c. 64. in Matth. Tertius.

Gloss Interlin. in Matthe. 26. Num. 25.

Altera opinio, probabilior.

Quam multa Petrus Christū defendendo peccauerit.

Carnis ingenium.

Exo. 2. August. tra. 113. in Ioann. tom. 9.

Luc. 22. Quo sensu Christus dixerit vendendam tunicam, & emendam gladium.

August. lib. 3. de cōsen. Euang. c. 5. post med. tomo 4.

Quid Dominus per contactum auriculæ, & eius curationem præsignauerit.

Matth. 5. Vis passionis, & mortis Christi.

Cur Malchus, cateriq; milites, auriculæ restitutæ viso tanto miraculo, non respuerint.

Exo. 7. Ecclesiastes 73

Iniuriæ quæ solè vindicandæ, quæ verò ferendæ æquo animo, atque cōdonandæ, Apostoli exemplo. Ioan. 21.

Quid significat præcisio auriculæ serui Pontificis. Euthym.

apprehendant, & impleantur de mēscripta. Ita Augustinus alio loco exponit. Tangendo autem auriculam eius, sanauit eum, vt tactu ipso se proderet sanantem, & adhuc signorum potestatem habere, diuinitatemq; sibi inesse, & charitatem conformem doctrinæ, qua dixerat: *Benefacite his qui oderunt vos: dans exemplum benignè faciendi etiam obstinatis, actuq; inimicitibus, necdum de peccato suo penitētibus, & vt ostendat vim suæ passionis, ac mortis ad id tantum tendere, vt sanet nos à peccatis, ac rebellionibus nostris, & à plagis lethalibus, quas nos nobis ipsis infligimus. Quod si interroget; quid est quod illi viso tanto signo non sunt conuersi ad Christum? Dicendum, quod signum hoc non omnes viderunt, nec videre poterant, eo quod nox iam esset, & licet vidisse daremus, difficillimum tamen est emollire cor induratum, quale erat illud Pharaonis, & vt dicitur in Ecclesiaste, nemo potest corrigere, quē ille despexerit. Insuper ipsi Iudæi viderant maiora miracula à Christo fieri, nec propterea tamen crediderant: tunc autem minus apertum erat ad credendum, quibus dictū erat: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū.* Vides igitur Christū prius hostibus suā terribiliter ostendisse potentiam, prosternendo in terram; nunc verò eandem ostendit cum summa benignitate: at illi dati in reprobum sensum, neutra ratione vinci, vel emolliri potuerunt. Illud perpende, quod cum capitur Christus, educit gladium Petrus, & percutit, nō autem quādo ipse captus est Romæ, & ductus quod non volebat, id est, ad crucem: Docēs Dei, & Christi iniurias fortiter vindicandas; proprias autem patientia, & mansuetudine esse sustinendas. Sciscitaberis præterea, quid significaret illa præcisio auriculæ serui Pontificis? Respondet tibi Euthymius; Ostendit quod iuxta dispensationem ablata sit seruo Principis Sacerdotum auricula, in signum quod Principes Sacerdotū præ inuidia auditu priuati essent, ne audirent & intelligerent eas quæ de ipso erant prophetias. Sic ille. Et formidandum est, ne hac vna percussione, serē*

omnium Pontificalium ministrorum dexteram aures absciderit, vt nihil dextri, nihil veri, sed omne sinistrum, & falsum, hoc est, literam legis in suauē, & ad saluandum inefficacem audiant, & in eo delectentur. Proinde seruus rectè dicitur Malchus, quod significat Regem, in quo designatur populus Iudæorum, qui gloriabantur magnificis titulis, quod essent gens sancta, regnū Sacerdotale; cum reuera seruus esset, & seruili more sub lege detineretur. Restituit tamen Christus: quia meritū suæ mortis impetrata est gratia Iudæis & Sacerdotibus, vt ad Christum venirent. Vnde in Actis dicitur, quod multa turba Sacerdotum obediebat fidei. Petrus ergo non casu, sed Dei providentia abscidit dexteram aurem. Primo designans Iudæos verum auditum legis, & Prophetarum perdituros, iuxta illud: *Quis credidit auditui nostro? omniaq; tantum sinistra, & in suū exitum interpretaturos.* Deinde sanatio Christi denotat eos suo tempore illuminandos: quia cum conuersi fuerint ad Christū, tunc auferetur ab eis velamen, & restituetur aspiciendi surdus auditus. Tertio, quod ille, cui ablata est auris, fuerit seruus Pontificis: indicium est, quod homines magnatibus huius mundi adhærentes plerunq; vnam aurem tantum habent, & eam sinistram: quod fit, vt tantum quæ falsa, mundana, vanaq; sunt, audiant. Et in vniuersum omnis qui Christo contrarius est, caret aure dextera, qua verbum Dei, & veritatem intelligat; habet aurem sinistram, qua libenter intelligit verba mendacij, arque detractionis. Ad tertium dicendum est, quibus rationibus impugnata fuerit Petri defensio. Et respondendum, quatuor rationibus Dominum egisse contra Petrum. Prima est illa, quæ habetur apud Matthæum: *Conuertere gladium tuum in locum suum, vel vt Ioannes ait: Tunc ait Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam.* Et subdit Matthæus: *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Primo factum Petri reprehendit, quia erat contra legem à Deo institutam. Et non dixit Dominus, *Proice, vel dimitte, sed reponē in vaginam, vt post suo*

Malchus quid sonet.

Iudæorū antiqua gloriatio. Exo. 19. 1. Pet. 2.

Act. 6. Quid præcisio auriculæ dextræ significet.

Esai. 53.

Sanatio Malchi auriculæ quid denotet

Aure dextera, qua qui careat.

Prou. 29.

Quibus rationibus impugnata fuerit Petri defensio.

Prima ratio,

Cur Petrum se tueri velentem Christus reprehendit.

Expenditur illud, Mitte gladium tuum in vaginam.

B. Bernar. lib. 4. de consideranda ante med.

Gloss. Inter lin.

Hoc: Omnes enim qui gladium acceperunt, gladio peribunt, quod sensu habeat.

Euthym.

Gen. 9.

Apocal. 13. Gladium quis accipere dicatur.

Rom. 13.

Ibidem.

2. Mach. 15.

Homicida qui minime confendi.

tempore vtaris, quando scilicet ense spirituali conuincens mundum confiteri, quod etiam gladius corporeus ad imperium tuum pertinet, quando gloria Christi, aut sponsae eius Ecclesiae causa postulauerit. Propterea dixit, gladium tuum, per alios tamen euaginandum, vt recte explicuit Bernardus. Interim prohibet illo verbo vindictam propriam: vnde glossa Interlinearis recte ait: Cesset vindicta, exhibeatur poenitentia, vt patientiam nostros doceamus, non vindictam. Reprehendit & impatientiam quod nullum durum verbum sustinere possumus sine maioris incommodi retentione. Et subiunxit: Omnes enim qui gladium acceperunt, gladio peribunt. Haec Christus non protulit, vt Propheta, vt ait Euthymius hoc loco: quia saepe tales homicidae euadunt gladium humanae potestatis per fugam, aut latebras, aut alio modo febri, aut fame, aut peste absumpti, aut gladium etiam diuinae potestatis & vltionis euadunt per poenitentiam; sed tantum explicat ius naturae, de quo dicitur: Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; id est, Meretur, vt eius sanguis fundatur, quicquid facto ipso profecta contingat. Similiter dicitur in libro Apocalypsi: Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Dicitur autem accipere gladium, omnis qui propria autoritate, & temeritate sumit gladium suum: ita enim vulgari, & Italico sermone loqui consueuimus de subditis rebellibus in suos Principes, vel de Haereticis in Ecclesiam insurgentibus: Hanno preso le arme, cum significare volumus nulla autoritate, sed propria temeritate arma assumpsisse. Hinc magistratus, vel iudex qui illis vtitur, non dicitur accipere gladium a se, sed a Deo, dato gladio per viam ordinariam: Non est enim potestas nisi a Deo: & Non sine causa gladium portat: vel per viam miraculi, quemadmodum in 2. libro Machabaeorum dicitur Ieremias extendisse dexteram, & dedisse Iudae gladium aureum, dicens: Accipe sanctum gladium munus a Deo, in quo deiciet aduersarios populi mei Israel. Qui etiam casu interficit se inuadentem non quaerens nisi propriam defensionem

nem cum moderamine inculparum tutelae, vt facit qui furem nocturnum, & perfringentem fores interficit, talis non propria autoritate, sed a iure naturae concessa gladium accipit, & ab inuastoris aggressione cogitur accipere, cum locus, aut fugae, aut honestae fugae non pateat. Vnde tales, quia non sunt veri homicidae, non pereunt gladio apud integros, & iustos iudices, & in lege habebant ciuitates refugij, ad quas confugerent; neque tales incurrunt poenam irregularitatis, vel alias censuras; quae homicidis voluntarijs infliguntur. Proscriptus etiam, qui alium proscriptum interficit ob impunitatem a Principe promissam, quia autoritate Principis gladio vtitur, ac veluti magistratus minister, minime est homicida, neque peccat, nisi admisceatur odium, vel fraus, vel periurium. Quae etiam in ministro publico iustitiae sunt per se ipsa peccata; non tamen ipsa occisio; proinde talis non accipit gladium temeritate, vel autoritate propria, sed publica. Inter eos autem, qui priuata autoritate sumunt gladium, interficiens iustum, qui mortuus saluus fit, grauius peccat, quam si peccatorem, qui statim damnatur, interficeret: tum quia plus nocet ei, quem plus debet diligere, & ei infert iniuriam, qui minus est dignus; tum quia priuatam communitatem maiori bono, & quia magis offendit eum, qui ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Quod vero anima seruetur, vel pereat, occisioni accidit. Et in pessanda peccati grauitate, magis consideratur id quod est per se, quam quod per accidens: vt egregie docet Thomas in 2. 2. Idem etiam docet magis peccare occidentem corporaliter, quam inducentem alium ad peccatum mortiferum. Cuius rei rationem reddit: quia homicida est per se idonea causa mortis corporeae; mortis vero spiritualis, quae per peccatum incurritur, nullus potest esse alteri causa per se, & idonea: quia nullus moritur in spiritu nisi propria voluntate in peccatum consenserit. Sic a B. Thoma recte definitur. Solum ergo peccati merentur gladio magistratus, qui vel inuadunt, & occidunt propria autoritate, vel illatam iniuriam

Vitus ciuitatum refugij apud Iudaeos. Num. 35.

Homicidae alij alij, qui nam grauius peccant.

Zacha. 2. Peccati grauitas vnde ponderanda.

B. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 4. & q. 63. artic. 2.

Vter grauior peccator, corporaliter occidens, an alium ad flagitium impellens.

Gladio magistratus qui peccati merentur.

per

Matth. 16. Infra 20.

Secunda ratio reprehensionis Petri tueri Christum volentis.

Pars quae calicis Christi bibendi.

Tribulatio quibus rebus comparatur. in sacris literis.

Psal. 68.

Psal. 109.

Psal. 74. Vinum immodice sumptum quid efficiat.

Iob 1. 2. Reg. 16.

per se ipsos vindicare volunt: at Christus satis iam expresserat se nolle defendi, praedicando saepe se occidendum, ac crucifigendum, & modo etiam Petrum prohibendo: qui grauius deliquisset, si post Christi verba tentasset adhuc Dominum defendere. Secunda Christi responsio ad Petrum habetur apud Ioannem. Nam illi dixit: Calicem quem dedit mihi Pater meus, non vis vt bibam illum? Secunda ratio: Haec defensio erat contra specialem Dei ordinationem dantis calicem, & qui prius recusabat pati, & deprecabatur calicem, modo reprehendit volentes ab eius porione illum impedire. Et pars calicis bibendi erat patientiam ab inimicis, & nullam in eum habentibus iurisdictionem. Quasi diceret: Postquam definitum est a Patre meo, vt per passionem, & mortem genus redimatur humanum, & ego libenter acceptaui; non debes tantum bonum impedire, vel meam erga Patrem obedientiam, vel singularem meam erga mundum charitatem impugnare: nisi enim ego bibero hunc calicem, nec tu, nec ceteri salui fieri potestis. Praebet etiam exemplum permittendo se capi, illis qui non possunt se defendere: quia melius est exemplo Christi pati, & dare spatium poenitentiae persecutoribus, vt se conuertant, quam si iure defensionis occiderentur perituri in aeternum. Tribulatio autem sicut interdum comparatur aquae, iuxta illud: Intrauerunt aqua usque ad animam meam, quandoque torrenti, secundum id: De torrente in via bibet; ita etiam quandoque calici vini meri, Propheta dicente: Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Vt enim vinum plus iusto epotum statim mentis euertit; ita & tribulatio hominem dei cit, nisi gratia Dei adsit, quae illam temperet, & tolerabilem reddat. Et ait, Quae dedit mihi Pater meus, Ea loquendi forma, qua dixit Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit: & iterum: Dominus praecepit ei, vt malediceret Dauid: pro eo quod est permisit auferre, vel maledicere. Dicendo etiam, quem dedit mihi Pater, ostendit non hominum arbitrio, sed Dei voluntate pati; & ita non esse se Deo contrarium, sed vsque ad mortem Patri in omnibus obedientem. Docet pra-

tere in tribulationibus respiciendum non ad hominem, aut daemoneum malo animo nos affligentes; alioqui nunquam patienter ferre valeremus illatas iniurias; sed in Deum ex charitate patientem, & in nostram vtilitatem omnia pro sua bonitate conuertentem, sicut patientissimus expressit Iob in verbis dictis: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Canis est, & bellua, qui in lapidem iactatum, & non in iactum insurgit. Subditque: Non vis? Graece non habetur, nec in multis Latinis exemplaribus, tamen idem est sensus, significatque: Tu, homo, creatura, & seruus, non probas quod Deus, Creator, & omnium Dominus voluit? Tertium responsum a Domino exhibitum Petro, est apud Matthaeum: quod huiusmodi defensione non indigeret, & factam hoc potius specie haberet vindictae, quam defensionis. Contra namque tantam, & tam instructam turbam vana erat Petri defensio, & potius obfutura, quam profutura, vt quae hostium animos magis irritaret ad saeuendum in Christum, & in suos, qui se ministris iustitiae armis opponeret. Hinc illa percussio magis ad vindictam tendere videbatur: vt faciunt illi, qui cum non possint euadere, volunt tamen attequam capiantur, aliquam facere vindictam. Ostenditque inuilem esse eius defensionem, dicendo se habere vtile, & idoneam: An non possum (inquit) rogare modum (sic enim Graece habetur) Patrem meum; & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Ac si dicat; Non egego auxilio duodecim Apostolorum, qui possum habere duodecim legiones Angelorum: quarum quaeuis teste Hieronymo, sex millia militum complectitur, non equitum, vt existimauit Theophylactus, sed peditum cum parte aliqua equitatus. Secundum alios legio continebat 6666 milites. Et perpedit quantum robur sit exercitus in vna legione Angelorum, si vnus Angelus factus esset ad me defendendum, si opus esset. Nam vt Scriptura tradit, vnus Angelus interfecit vna nocte centum octoginta quinque millia virorum ciuitatem Ierosolymam obsidentium.

In tribulationibus quod spectandum sit.

Qui reuerunt iniurias, quales illi.

Tertia ratio Petri a Christo reprehensi quod ipsum defendere pararet.

Legio quot milites contineret.

Hierony. in Matth. 26. Theophy. in Matth. 26.

4. Reg. 19.

Conf-

Angeli in Scripturis mlites vocatur. *Gen. 11.*

De Sabaoth quid. *Gen. 19. Exo. 12. 4. Reg. 6. Infra 19.*

4. Reg. 6.

Quarta ratio *Esa. 53. Luc. vlt.*

Ecclesiastici 36.

Matth. 5.

An bellū, aut vsum gladii delibus Christi interdixerit.

Buthym.

Ioan. Ferus in Mattha. cap. 26.

Conficiunt autem legiones duodecim numerū 70000. ferē, min^o octo, vt milium numerus cuiq; genti deputetur: siquidem in 72. linguas & gentes mudus diuisus fuit. Id igitur erit acsi dicat, non esse timendum, etsi contra eū omnes nationes insurgant, cū fortiores habere possit Angelorum exercitus. Et voce Romana vsus est Græcē scribens Euangelista, sicut alibi oblidens dæmon interrogatus de nomine, dixit: *Legio mihi nomen est*, Græcē vocatur *τάγμα*. Angeli verò in Scripturis, milites dicuntur, & Dominus dicitur, Deus Sabaoth, id est, exercitū: & militant pro nobis in legiones dæmonū. Solet autem Deus per Angelos seruis suis succurrere, vt Lot in Sodomitā, Israël in Egyptios, Helifæo in Syros, Ezechiz in Assyrios. Et licet Dominus non egeat auxilio Angelorum, sed potius Angeli filij Dei fauore indigeant: loquitur tamen Dominus secūdum iudicium Petri volentis ei opem ferre: quasi diceret, An me fortē Helifæo inferiorem putas, ad cuius nutū circūstantes ei montes operti Angelis in eius fauorem missis visi sunt?

Quartum responsum Christi ad Petrum etiam in Matthæo habetur: *Quomodo ergo (inquit) implebuntur Scripturae, quia sic oportet fieri?* Cum tamē oporteat impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Psalmis, de me, de mea morte scilicet, vt Prophetæ Patris mei fideles inueniantur, & iota vnum, aut apex à lege non debeat præterire. Ergo propter verbum Scripturæ seruandum offeramus nos periculo mortis, si homo honorificum putat vitam profundere, vt stet verbis suis.

Ad postremū illud de duabus quæſtionibus propositis propter quorundam Doctorem sententias, quæ veritati repugnare videtur, aliquid præſius, ac diligentius pertractandum est. Statuendum igitur in primis, Euthymium in verba hæc Matthæi sic scribere: *Vbi eum increpasse docuit, neq; etiam pro Deo defendendo vtendum esse gladio. Per gladium verò omnia arma prohibuit.* Ioannes Ferus in Matthæum non solum clericis, sed etiam laicis omnem bellandj

facultatem interdicit, dicens: *Tria hoc verbo docet: Primo, Euangelium nō armis secularibus, non humana ope defendendū esse, sed illius defensionem Deo permittendam. Sic Paulus; Arma militia nostra nō carnalia sunt, &c. Sic Christus nullo gladio vsus est. Apostoli post resurrectionem nullo gladio accincti sunt, &c. Secundo doct hoc verbo impietatem pietate vincendam, quemadmodum in Matthæum dicit: Audistis, quia dictum est: Oculum pro oculo, &c. Ego autem dico: Diligite inimicos vestros, &c. Tertio specialiter hic interdicit Apostolis gladium externū, habent enim, & habere debent gladium spiritus, qui est verbū Dei. Hinc Esaias prædicit pugnam Apostolorum futuram esse sicut in die Madian: hoc est, sicut Gedeon Madianitas vicit non armis, sed tubis, & complosione lagenarum, id est oblatione corporis ad martyrium perferendum, sic Apostoli facturi erāt spiritualiter. Sic ille. Erasmus in illud Lucæ: Quando missi vos sine saculo & pera, negat permissum Christianis vsum gladij: & debacchatur in Hugonem Carensem, quod impudenter alleuerat, Christum monuisse illis verbis Apostolos, quod ingruente persecutionum procella munirent se comæatus, & armorum præsidio, & quod huiusmodi nouæ expositionis Chryostomum fecerit autorem; cū tamen reuera id vellet Christus significare licitū esse imperfectis Christianis, & apertissimis verbis huic sensui faueat Chryostomus in homilia super verba epistolæ ad Romanos: *Salutate Priscam, & Aquilam.* Inuehitur deinde Erasmus in Doctores Scholasticos, qui, vt ait, in suis commentis, & frigidis distinctionibus Evangelicam doctrinam subuerterint, quæ interdicit bellum Christianis. Dixit enim Dominus: *Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed, si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram;* Et, *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt;* & Paulus, *Nō vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam.* Et subdit: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Producit pro hac sententia tuenda Origenē, Tertullianū, Hieronymū,*

2. Cor. 10.
Matth. 5. Exo. 21.
Ephes. 6.
Esa. 9. Iudic. 7.
Erasmus in Luc. 22.
Hugo Carēsis.
Chryost. tomo 4.
Rom. 16.
Quid de Scholasticis Doctores Erasmus senserit; homo scilicet acutus & pius.
Matth. 5.
Rom. 12.
Deuter. 32.

& Se-

Oecolampadius. & Seuerum Sulpitiū. Oecolampadius fatetur olim tempore Pauli licitum fuisse belligerare, non tamen Christiano, motus autoritate Christi dicentis: *Ego autem dico vobis, non resistere malo.* Lutherus omnino asserit non licere in Turcas pugnare: quia esset resistere Spiritui visitati peccata nostra per illos.

Lutherus. Sed dicendum reuera est, vbi adest legitima causa, & accedit Principis autoritas, & modus congruus adhibetur, licitum esse bellum in nouo Testamento, non tantum ad repellendam iniuriam alterius sine causa inuadentis, verum etiam ad vindicandam iniuriam Christo, aut Ecclesiæ illatam, quando alia ratione refarciri non potest. Et ad hoc ostendendum producemus locos Scripturæ, & Patrum; deinde ad obiecta in contrariū facile, ac promptum erit respondere.

Primū igitur Ioannes Baptista, iustitiæ, & pœnitentiæ præco, vt narrat Lucas, militibus petentibus quid facere eos oporteret ad salutem consequendam, respondit: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis; & contenti estote stipendijs vestris.* Quæ verba exponens Augustinus epistola ad Marcellinum: *Si Christiana,* inquit, *disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Euangelio diceretur, vt abijcerent arma, seque militibus omnino subtraherent. Dicitur est autem eis: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit.* Idem libro contra Faustum probans licitum esse bellum gerere, ait: *Alioquin Ioannes, cū ad eum baptizandum milites venirent, dicentes: Et nos quid faciemus? responderet eis, Arma abijcite, militiam istam deserite, neminem percutite, vulnerate, prosternite neminem. Sed quia sciebat eos, cū hac militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, & nō vltros iniuriarum suarum, sed salutis publica defensores; respondit eis: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum.* Hæc ille. Dein

Secunda sententia vera & solida.
Quod Christianis bellū licitū sit, multis ostenditur Scripturis.
Primus locus.
Luc. 3.
Aug. epist. 5 post mediū. tomo 2.
Idem li. 22 cont. Faust. 6. 7. 4. 10. 6.
23. 9. 1. cap. Paratus, in fine.

de producit ex Matthæo Centurio militans sub Romanis, cuius fides omnibus Israëlitis præfertur: & alter eodem; qui admiratus Christi mortem, dixit: *Verè Filius Dei erat iste.* Et alter Cornelius Centurio, religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua: cuius orationes, & elemosynæ, teste Angelo, ascenderunt in conspectu Dei: Ergo licita est militia, quam illi propter fidem in Christum non leguntur deseruisse. Tertius est locus apud eundem Matthæum: *Reddite ergo,* inquit, *quæ sunt Cesaris, Cesaris: & quæ sunt Dei, Deo.* In quæ Augustinus eodem loco contra Faustum rectè scribens, ait: *Sed quia Manichei Ioannem apertè blasphemare consueuerint, ipsum Dominum Iesum Christum audiant, hoc stipendium iubentem reddi Cesaris, quod Ioannes dicit debere sufficere militi. Reddite,* inquit, *Cesaris, quæ sunt Cesaris, & Deo quæ Dei sunt.* Ad hoc enim tributa præstantur, vt propter bella necessario militi stipendium præbeatur. Merito & illius Centurionis, dicentis: *Et ego sum homo sub potestate constitutus, habens sub me milites: Et dico huic: vade, & vadit; & alij: Veni, & venit; & seruo meo; Fac hoc, & facit, fidem laudauit; non illius militia desertionem imperauit. Sic magnus ille Pater, egregiè sanè, & peracutè alludens ad illud Pauli ad Romanos scribentis capite decimo tertio: *Idè enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes.* Quarto innumera existunt Sanctorum exempla, qui strenuè, & sanctè militarunt, non solum in veteri Testamento, vt Moyſes, Iosue, Dauid, Iudas Machabæus, & fratres eius, sed & in nouo, vt Sanctus Sebastianus, Georgius, Beatus Martinus, Ioannes, & Paulus, legio Thebæorum, Constantinus Imperator, Theodosius; & Pontifices Romani plerique Principes Christianos excitarunt ad bellum contra Turcas, Hæreticos, & Schismaticos inferendum. Quinto, confirmatur belli iustitia ex tot Religionibus diuerso tēpore institutis, & ab Ecclesia probatis ad militandū: vt*

Secūdo locus Matth. 8. Ibidem. Infra. 27. Acto. 10.
Tertius locus Matth. 22.
Aug. ibidē.
Tributa quæ re pendatur
Matth. 8.
Rom. 13.
Quartus locus ab exemplis Sāctorū, qui militarē artē coluerunt.
Quotus locus ab ordinibus Ecclesiæ militariibus.

Tom. 10.

R equitum

Sextus ab autoritate sanctorum Patrum. Amb. serm. 7. in fine. Matth. 22. Militare qua tenus peccatum sit fecit dūm Anbr.

Cur sint stipendia militibus instituta, eodē autore.

Luca. 3. Matth. 22.

Aug. lib. 6. Quæst. sup. Iosue. 9. 10. tomo 4. Iosue 8.

Quæ sint bella iusta.

Idem li. 22. cont. Faust. 6. 75. in fine. tomo 6.

equitum Sancti Ioannis Rhodiensis, Sancti Iacobi de Spata, Alcantaræ, Calatrauz, Sancti Stephani, & Velleris Aurei, Sancti Lazari, atque aliarum Religionum militantium, quas referre longum esset. Sexto accedunt quam plurimæ Patrum antiquorum sententiæ, quæ bello iusto gerendo fauent. In primis Ambrosius sermone septimo de eo quod scriptum est: *Reddite quæ Dei sunt Deo, &c.* Non enim militare delictum est, inquit, sed propter prædam militare, delictum est. Nec Rempublicam gerere criminofum est; sed idē gerere Rempublicam, ut rem familiarem potius augeas, videtur esse damnabile. Propterea enim prudentia quadam militibus sunt stipendia constituta, ne dām sumptus quaritur, præda grassetur. Hæc ille, producens postea testimonium Ioannis Baptistæ apud Lucam, & Domini apud Matthæum: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Denique totus ille sermo hoc ipsum docet. Accedit deinde Augustinus, qui præter sententias superius dictas, etiam in libro Quæstionum super Iosue sic habet: *Quod Deus, inquit, iubet, loquens ad Iesum (id est, Iosue) ut constituat sibi retrorsus insidias, id est, insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus: hinc admonemur non iniuste fieri ab his, qui iustum bellum gerunt; ut nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi ut iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est; non enim omnibus fas est. Cum autem iustum bellum suscepit, vtrum aperta pugna, vtrum insidijs vincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent, quæ vlciscuntur iniurias, si qua gens, vel ciuitas, qua bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione iustum est quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat. In quo bello duxor exercitus vel ipse populus, non ipse tam autor belli, quam minister iudicandus est. Idem Augustinus libro contra Faustum Manichæum: *Incerest enim, inquit, quibus causis;**

quibusque autoribus homines gerenda bella suscipiant: ordo tamen ille naturalis, mortalium paci accommodatus, hoc postulat, ut suscipiendi belli autoritas atque consilium penes Principem sit, exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci, salutique communi. Bellum autem quod gerendum Deo autore suscipitur, recte suscipi, dubitare fas non est: vel ad terendam, vel ad obterendam, vel ad subiugandam mortalium superbiam; quando ne illud quidem quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili Deo, sed nec Sanctis eius obesse aliquid potest: quibus potius ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam, ferendamque paternam disciplinam etiam prodesse inuenitur. Hæc ille, qui eo libro per multa sequentia capita vsque ad septuagesimum nonum de eadem re disserit. Idem Augustinus epistola ad Bonifacium Comitem: *Noli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat Sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis iusti. In his erat & ille Centurio, qui Domino dixit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, &c. In his erat & ille Cornelius, ad quem missus Angelus, dixit: Cornelii, accepta sunt eleemosyna tua, & exaudita sunt orationes tue. Et reliqua. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere contra Deum: fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur, quanto magis amico pro quo pugnatur? Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax queritur, ut bellum exciteretur; sed bellum geritur ut pax acquiratur. Præterea Gregorius in epistola 72. ad Gennadium Exarchum Africæ: *Sicut Excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoria rum fecit luce lucere; ita oportet eam inimicis Ecclesia eius omni viuacitate mentis, & corporis obuiare, quatenus**

2. 3. 9. 1. quid culpatur.

Finis belli quis.

Idem epi. 1. prope in fine. tom. 2.

Armatis ad pugnam, quid cogitandum atque meditando.

B. Greg. li. 1. epist. 72. in fine. to. 2.

Idē ibidem epi. 72. in fine.

B. Bernardus sermone ad milites Templi inter alia subiungit: Scacos, & aleas detestantur, abhorrent venationem, nec ludrica illa animam rapina (ut assolet) delectantur. Mimos, & magos, & fabulatores, scurralesque cantelinas, aut ludorum spectacula, tanquam vanitates, & insanias falsas respiciunt, & abominantur. Lege reliqua quæ sequuntur per totum caput.

Septimus locus. Proponuntur argumenta, ac diluuntur eorum, qui negant Christianis licitum bellum. Primum argumentum ex Scripturis. Matth. 5. August. lib. cont. Faust. cap. 76.

Cum Dominus inquit: Ego autē dico vobis nō resistere malo, &c. quo sensu id dixerit. Idem epi. 5. circa med. tomo 2.

ius ex utroque triumpho magis enitescat opinio: cum & Forensibus bellis vehementer obstitit Ecclesiastica praelia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Rursus ad eundem scribit: *Si non ex fidei merito, & Christiana religionis gratia, tantæ excellentiæ vestra bellicorum actuum prosperitas eueniret; non summo opere miranda fuerat, cum sciatis etiam hæc antiquis bellorum Ducibus fuisse concessa.* Ad hæc Bernardus sermone exhortatorio ad milites Templi inter alia subiungit: *Scacos, & aleas detestantur, abhorrent venationem, nec ludrica illa animam rapina (ut assolet) delectantur. Mimos, & magos, & fabulatores, scurralesque cantelinas, aut ludorum spectacula, tanquam vanitates, & insanias falsas respiciunt, & abominantur. Lege reliqua quæ sequuntur per totum caput.* Septimò dissoluenta sunt argumenta, quæ in oppositum fiunt, & in primis illa, quæ ex Scripturis proferunt. Ad illud enim: *Ego dico vobis non resistere malo, ita respondet Augustinus: Si autem propterea putant non potuisse Deum bellum gerendum iubere, quia Dominus postea Iesus Christus: Ego, inquit, dico vobis, non resistere aduersus malum; sed si quis te percussit in maxillam tuam dexteram, præbe illi & aliam: intelligant hanc præparationem non esse in corpore, sed in corde: ibi est enim sanctum cubile virtutis, quæ in illis quoque antiquis iustis nostris Patribus habitauit: sed eam rerum dispensationem, ac distributionem temporum ordo poscebat, ut prius appareret etiam ipsa bona terrena, quibus & humana regna, & ex hostibus victoria deputantur, propter quæ maximè ciuitas impiorum diffusa per mundum, supplicare idolis & demonibus solet, non nisi ad vnius Dei veri potestatem, atque arbitrium pertinere. Et clarius in epistola ad Marcellinum asserit hanc esse illius verbi Evangelici intelligentiam: *Si quis, inquit, in te meliora fuerit persecutus, & inferiora ei præbe, ne vindicta potius, quam patientia studens, contemnas aterna pro temporalibus; cum potius temporalia pro aternis contemnenda sint, tanquam sinistra pro dextris.* Et libro de sermo-*

ne Domini in monte fatetur, Christianum deberē esse paratum animo, ut dexteram ferenti maxillam, præbere velit & sinistram. Nec dixit Christus: *Si quis te percussit, noli tu percutere; sed, para te adhuc percutientis: vnde nec Paulus percussus subitō obtulit alteram malam percutiendam.*

Deinde arguunt ex illo verbo Domini: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Et Hieronymus epistola ad Geroatiam; *Illo tempore bellatoribus dicebatur: Accingere gladio super femur tuum potentissime: modò audit Petrus: Conde gladium tuum in vaginam; qui enim gladio percutit, gladio morietur.* Hæc ille. Respondemus, mutuo hæc minimè pugnare, licitum esse bellum; &, non licere gladium accipere, saltem ad mentem Christi: quia ille dicitur gladium accipere, teste Augustino, qui nulla superior, ac legitima potestate, vel iubente, vel concedente in sanguinem alicuius armatur. Sic ille exponit, atque beatus Thomas: & Origenes in Matthæum illa verba exponens, ait: *Si cum odientibus pacem debemus esse pacifici, aduersus neminem gladio vti debemus.*

Tertiò producitur Apostoli verbum: *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum ira.* Sed iuxta Græcam literam apertius dicitur vindicantes in malis: potius ergo propriam vindictam, quam defensionem, prohibet. Et licet legamus defendentes, non vult tamen Paulus, ut nostra membra tueri non possimus, quod iuri naturæ aduersatur, sed quod animi præparatione prompti simus ad non propulsandam iniuriam, si causa gloriæ Dei ita exigit; nec optemus studio in proximum, & maleuolo animo vindictam, licet tamen amore iustitiæ, & zelo gloriæ Dei vlcisci iniuriam ut improbi reprimantur, aut puniantur.

Quartò obijcit Erasmus orationibus, & precibus tantum pugandum esse. Fatemur iusto bellatori illas esse necessarias: sed posthæc si necessitas urgeat, capiendæ sunt arma, & incunda pugna. Quia non

Idem lib. 1. de ser. Dii in mont. c. 33. & 34. tom. 10.

Autor. 23.

Secundum argumentum. Matth. 26. Hieronym. tomo 1. Psal. 44.

Gladiū quis dicitur accipere secundū Augustinum

Aug. contr. Faust. li. 22. c. 79. to. 6.

B. Thomas secūd. Sec. 2. 40. art. 1. Orig. tract. 35. in Mat. ante med. tomo 2.

Tertium argumentum, Rom. 12.

Quo sensu prohibet Apostolus nos metipsos defendamus.

Intus hæc sunt quatenus vindicandæ,

Quartum argumentum.

Exod. 17. Qui patres Christianis negant esse belligerā, quo sensu id negent. **Tertull. li. 3. in Marcion. paullo post med. Idem.**

2. Tim. 2.

Orig. tract. 7 in Matt. multo post med. tomo 2.

Luc. 22. Amb. lib. 10 in Luc. cap. 9. tom. 5. Luca 22.

tantum Moyse in monte orante, & manus eleuante, sed etiam Iosue pugnante, & manus conferente, dissipatus est Amalecitarum exercitus. Ex Patribus vero producant primo Tertullianum, qui libro aduersus Marcionem de vitandis à Christiano bellorum tumultibus, quibus multi infaniunt, philosophatur; & in spiritus malignos non vult armari. Et libro de Corona militis post medium scribit: *Licebit in gladio conuersari, Domino pronuntiate gladio periturum qui gladio fuerit vsus? Et pralio operabitur filius pacis, cui nec litigare conueniet?* Sed hæc ille dixit ob abusus, & peccata militantium, non quod bellum in se sentiat illicitum; vel non esse bellandum, intelligit affectu dominandi. Nos igitur ita bellum tuemur, vt vitia militum non probemus, vt prædas, stupra, sacrilegia, calumnias, concusiones, aleas, & turpes ludos, linguam periurij, & turpiloquij audiam, & similia: nam hæc hominum sunt, & militantium vitia, non ipsius artis bellicæ, quæ sine istis geri debet, & à plerisque præstita est. Quamobrem magnopere debet princeps, & autor belli inferendi curare, vt stipendium militibus præfixum suo tempore reddatur, & vt vigeat disciplina militaris eorum vindicans vitia: nam alioqui si negligentior sit, multa illorum peccata illi imputabuntur. Profertur deinde Origenes in Matthæum, qui sermonem Christi de gladio emendo pestiferum esse pronuntiat, si ad literam accipiatur. Sed intellige, his, qui arbitrantur Christum eo dicto præcepisse Apostolis suis, vt se ipsos in prælium armarent; cum id viros arcem totius perfectionis tenentes minimè deceret, sed tantum id impectis sit permissum. Tertio profertur Ambrosius, qui in Lucam ait: *O Domine, cur emere me iubes gladiū, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quem veras promi? nisi fortè vt sit parata defensio, non vltio necessaria; & videar potuisse vindicare, sed noluisse? Lex tamen reserire non vetat, & idcò fortasse Petro duos gladios offerenti, sat est, dicit, quasi licuerit vsque ad Euangelium, vt sit in lege aquisitis eruditio, in Euan-*

gelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur, sed non iniquus Dominus, qui cum se posset vlcisci, maluit immolari. Hæc Ambrosius, qui non sentit omnibus qui profitentur Euāgelium, illicitum esse bellum, sed viris illis, qui secundum communem legem diuino sese cultui totos addixerunt, & eminentiorem virtutis perfectionem profitentur in consiliorum obseruatione positam. Et locus ille Lucæ de gladio emendo, teste Theophylacto, Basilio, & Origene, intelligi valet de fortiter tolerandis quibuslibet aduersitatibus; siue cum Ambrosio vtriusque Testamenti doctrinam per duos gladios intelligas; siue cum Bernardo, & Ioanne XXII. in extrauaganti quadam de materiali & spiritali gladio. Multi tamen alij Patres sunt, qui ad literam interpretantur de gladio tantum corporeo. Hinc Augustinus contra Faustum ostendit, Deum quædam olim in veteri lege præcepisse, quæ in nouo Testamento mutauit; sicut in nouo quædam à principio instituit, quæ in fine vitæ sustulit, vt præceptum de saculo, & pera, & gladio non gestandis. Et subiungit; Hinc & Petrus armatus inuentus est, cum aurem persecutoris abscedit, vbi spontanea eius coërcetur audacia: quia non vt iussus fuerat ferrum tollere, ira iussus fuerat & ferire. Latebat certè Domini voluntas, cur arma portare præcepisset, quibus eos vti nolisset. Veruntamen ad illum cum ratione præcipere, ad istos autem sine retractatione præcepta facere pertinebat. Quarto adfertur Chrysostomus, qui in verba illa Lucæ: *Vendat tunicam suam, & emat gladium, in homilia illa postrema Epistolæ ad Romanos scribens, ait: Armat ne Discipulos, qui dicit: Si quis te percusserit in dexteram maxillam, obuerte ei & alteram? Qui præcepit vt benedicamus his qui nos cõuictijs laceffunt, feramus inuadentes, oremus pro persecutoribus, nunc armat? armatque vno tantum gladio? Et quomodo hæc rationi consona sunt? Nam si omnino armis opus erat, non solo gladio, sed & scuto, & galea, & cruralibus armare oportebat. Et profectò si humano more hæc dispensare,*

Quibus minime bellum licitum esse, velit Amb.

Theoph. in Luc. 22.

Basilius. in Reg. Brev. Resp. 251.

Orig. tract. in Matth. post med. tomo 2.

Gladij duo apud Lucam teste Ambr. quid significant, & quid secundum Bernardum.

B. Bern. li. 4. de Cons. ante med.

Ioan. 22. Aug. lib. 22. contr. Faust. c. 77. fo. 6.

Multa Deus olim in veteri lege præcepit, quæ in nouo Testamento mutauit, teste Augustino.

Chrys. to. 4. Luc. 22.

Matth. 5.

ibidem.

*& agere voluisset, ridiculū erat hoc præceptum. Quandoquidem licet sexcenta id genus arma possedissent, aduersus insidias, & imperus populorum, tyrannorum, ciuitatum, gentium, quomodo potètiores habiti fuissent vnde cum? Non potuissent præ timore spectare faciem exercituum, & audire vocem binnientium equorum, viri non nisi in stagnis, & fluminibus, & lembis versati. Quare ergo hæc dicit? Iudaorum insidias indicare volebat, idq; manifestè, & non per enigmata, ne iterum secum confunderentur. Hæc ille. Sed vt ipse postea in eadem homilia exponit, his verbis tantum docet non decuisse Apostolos in Euangelicæ perfectionis vertice consistentes arma induere, & alieno sanguine conpergi. Vltimo producit Senerus Sulpitius, qui in vita beati Martini inducit eum recusantem Cæsaris donatium, quod militibus erogari solebat, dicēs: *O Cæsar, militauit tibi, nunc patere vt militem Deo: donatium tuum pugnaturus accipiat. Christi ego miles sum, pugnare mihi non licet.* Sed pius, & sanctus Martinus pugnare se sub Imperatore impio, & Apostata, impium putabat: quia Iulianus deserta Christi religione, ad Paganismū defecerat. Et hæc de priori quæstione sit dictum.*

Ad posteriorem quæstionē breuius est dicendum, Clericos, siue Ecclesiasticos non decere vsu gladij, aut armorum, etiam pro sua ipsorum, vel Ecclesiarum suarum defensione, quamuis liceat gladijs aliorum manibus gestatis, & se ipsos, & Ecclesias suas defendere: vt egregiè docet B. Thomas in Secunda Secundæ. Intelligo autem non posse vti armis offensiujs, vt gladio, hasta, & similibus: secus de armis defensiujs, quod semper omnibus licuit Sacerdotibus. Hoc autem non malè, & improbabiler colligitur ex his verbis Domini: *Mitte gladiū tuum in vaginam:* quod, vt exponit Bernardus ad Eugenium, insinuat gladiū corporeum Petri esse, sed aliorum tamen manu exerendum. Hoc etiam exēplis Sanctorum, & rationi consonum esse demonstratur. Et in primis Ambrosius Oratione de basilicis tradendis, & habetur in epistola eius trigesima secun-

Seu. Sulpit. in vit. beati Mort. c. 4. ante med. Sirennus ac fortis Christi miles Martinus cur sub impio Iuliano militiam reculauerit.

An Clericis liceat armis, & gladio vti, & propria manu se defendere.

B. Thomas Secūda. Sec. 9. 40. art. 4. to. 11. p. 2.

Bern. lib. 4. Consider. ante med.

Ambr. to. 3. circa finē.

da in initio: *Dolere potero, inquit, potero flere, potero gemere: aduersus arma, milites, Gothos quoque lacrymæ meæ arma sunt. Talia enim munimenta sunt Sacerdotis: aliter nec deo, nec possum resistere.* Hæc ille. Ex cuius verbis natum est commune prouerbiū: *Arma Sacerdotum, lacrymæ, & orationes; sine quibus Sacerdos verè est inermis.* Deinde Gregorius epistola ad Sabitanum: *Peruenit verò ad me, quia transiit nescio quem Clericum, qui diceret quia Malchus Episcopus in custodia pro solidis occisus sit. De qua re vnum est quod breuiter suggeras serenissimis dominis vestris, quia si ego seruus eorum in morte Longobardorum me miscere voluissim, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset diuisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido. Præterea Procopius Gazæus in caput XX XIII. Genesis. Si euenerit aliqui fideli, vt seduceretur peruersa religione, vbi deseruisset domum Dei, non decet nos occidere illos qui deceperunt, etiam si fuerimus Sacerdotes, vt Leui, vel subditi, vt Simeon. Hoc enim nomen si exponas, significat obedientiam. Meminisse etiam nos oportet eius qui dixit ad Petrum: *Conuertere gladium tuum, &c.* Ad hæc habetur in Titulo de Clericis pugnantibus in duello, *Clerici non debent pugnare contra inimicos fidei. Si secus fecerint, & quempiam interfecerint, & habeant remorsum conscientia, abstineat ab altaris ministerio.* Præterea B. Thomas in illa Matthæi verba: *Ego dico vobis, non resistere malo,* docet, Clericos, & Sacerdotes posse, ac debere fuga se defendere, non autè armis offensiujs: quia fugere, clerico non est dedecus, & vsus armorum non est illi honorificus, sicut & laico aut militi, qui propterea, si vt ignominia euadat fugere, se armis tueatur, nihil facit vitiosum: quanquam consultius esset, & perfectius etiam laicos se per fugam subtrahere. Verba Thomæ in prædicto loco sunt: *Quæritur autem vtrum, non resistere malo, sit præceptum, vel consiliū? Responso. Iniuria, quam appellat hic malum, aut est particularis, & priuata,**

Arma Sacerdotum lacrymæ & orationes secundum Ambrosium.

Greg. li. 7. Regist. epistol. tom. 2.

Procopius Gazæus.

Simeon quid

Cap. 1. & 2.

B. Thom. in Mat. cap. 5. tom. 14.

Vtrum non resistere malo, sit præceptum, vel consiliū.

August.

Iniuria priuata secundū Thomam potest repelli tripliciter Act. 23. & sæpe infra.

2. Tim. 2.

B. Thomas ubi supra.

1. Paral. 22

Sanguinarij ab altaris ministerio repelluntur lege canonica. Bellū quales homines red dat.

aut publica. Si publica, tunc repelli debet iussu Principis. Rom. 13. Dei minister est, vindex in iram ei, qui malè agit. Item Augustinus: Fortitudo qua à barbaris defendit patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena iustitia est. Et sic preceptum est subditis, non solum Principibus. Vel potest esse iniuria particularis, & tunc iniuria repelli potest tripliciter: vel impediendo, sicut Paulus, qui per milites impediuit iniurias Iudaeorum; vel arguendo, sicut Dominus fecit danti ei alapam, Ioannis 18. Et sic licet omnibus, tam perfectis, quam imperfectis. Vel repellitur cogente necessitate, sicut quando non potest vitari læsio, nec per fugam, nec per aliud impedimentum: Et tunc aut repellitur sine armis, & hoc modo permittitur clericis, & laicis; aut cum armis, & sic non licet clericis, etsi laicis fortè liceat flagrante maleficio cum moderamine inculpatæ tutelæ: vt dicit lex. Et sic est in precepto clericis, laicis autem in consilio. Aut repellitur animo vlciscendi, siue vindictæ libidine, & sic omnibus est prohibitum, & preceptum. Hæc ille. Præterea cum nemo, vt ait Apostolus, militans Deo implicare se debeat negotijs secularibus; vt ei placeat, cui se probauit: cum Sacerdos deputatus sit altaris ministerio, & precationi, non decet illū bellica negotia & armorū vsus. Deinde vt docet Thomas, omnes clerici & Ecclesiastici ordinantur ad altaris ministeriū, in quo effusio sanguinis Christi pro nobis spontè facta celebratur: idèo ministri eius debent potius esse parati ad effundendum sanguinem proprium, quàm alienum. Vnde vel Dauid ob nimiam sanguinis effusionem reiectus est per Prophetam à templo edificando: Multum, inquit, sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris adificare domum domini meo, tanto effuso sanguine coram me. Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus, &c. Adhæc rectè institutum est, vt effundentes sanguinem voluntariè, etiam sine peccato, sint irregulares, & arceantur ab altaris ministerio. Rectè ergo interdictus est vsus armorum clericis. Præterea bellū reddit homines alienos à misericordia, & pietate, vt

rectè dictum sit à quodam Poëta: Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur. At Sacerdotes debent esse misericordes, & proni ad mansuetudinem, & lenitatem, ac propterea multum macularetur dignitas Sacerdotalis, & bellicis vitijs deformaretur. Denique Ecclesia Catholica eos, quos in hæresi obstinatos, aut relapsos deprehendit, tradere solet brachio seculari puniendos, hoc ipso ostendens se armorum vsum non habere ad infligendā alicui mortem. Quod si obijcias exemplum Sacerdotum veteris Testamēti, in quo Sacerdotes pugnabant, & non tantum clasticum canebant: vnde laudatur Phinees vsus gladio contra coeuntem Hebræum cum Madianitide, & Samuel, qui Agag Regem Amalec proprijs manibus dissecuit, & Principes Machabæi, qui Sacerdotes erant, & per seipso bellabant; Dicendum est, illud sacerdotium magis fuisse temporale, quàm spirituale, & ad victimas, & incensum, & similia offerenda institutum: idèo carnis generatione propagabatur. Secus in nouo Testamento, vbi sacerdotium purè spirituale est, sacrificio, & precibus, & verbi, & Sacramentorum ministerio deputatum; cui propterea repugnat ars bellica, & vsus armorum. Possunt tamen Prælati, & Sacerdotes ex obedientia suorum superiorum bellis interesse, non vt propria manu pugnent, sed vt iuste pugnantibus spiritualiter adsint, illisque suis precibus, & sacrificijs, atque exhortationibus subueniant, infirmorumque atque vulneratorum curam habeant, ac de medicinis, tum corporalibus, tum spiritualibus prospiciant; morientibus verò adsistant, quò Sacramentis muniti, Christiano more decedant. Nec obstat dictum commune: Qui per alium facit, per seipsum facere videtur; at Pontifices, & Sacerdotes possunt præcipere, aut suadere bellum in Infideles, vel Hæreticos, vel alios hostes Ecclesiæ. Respondemus enim, bellum, siue defendendi seipsum, siue vindicandi animo illatā iniuriam susceptum, non esse rem per se malam, ac proinde Sacerdotes possunt

Lucan. li. 9

Sacerdotes quales debeant esse.

Hæreticos obstinatos Ecclesia per quos punire consueuerit.

Iosue 6.

Num. 25.

Veteris legis Sacerdotiū & nouæ discriminationem.

Clerici & Religiosi bello interfici licet quando.

Illud in contrariam sententiam: Qui per alium facit, per seipsum facere videtur, quomodo verum sit.

ad

Caiet. in 2. 2. quas. 40. art. 2. Duplex articulus necessitatis, quollicita.

Finis legis, bonum commune.

Non omnis irregularitas cum peccato coniuncta est.

ad illam exhorari; siue autem reddatur illicita ratione status; & propterea etsi possint ad bellum hortari, & ipsi non possint bellare, non tamen ob id villo modo peccant. Hanc tamen sententiam, quæ omnino Ecclesiasticos arceat à re bellica, & propria per seipso armis pugnandi defensione priuat, moderationem quandā accipit à Caietano, qui ita in prædictum locum diuini Thomæ philosophatur: Ad hoc dicitur, quod articulus necessitatis dupliciter contingere potest in bello. Primò scilicet defensiuè: vt scilicet nisi clerici aliqui pugnēt; ciuitas, vel exercitus eueritur ab hoste. Secundò ratione victoriæ: quia scilicet nisi clerici aliqui pugnent, non haberetur victoriæ tunc parata. In primo casu, clerici non peccant pugnando manu propria: quia lex positua qua clerici arcentur ne pugnent manu propria, venit ad casum in quo si legislator adesset, dispensaret. Cum enim finis legis sit commune bonum, & legis spiritualis bonū spirituale & bonum commune temporale, & spirituale, quod iusto bello defensiuo seruetur, præstet bono particulari alicuius, quo habilis est ad altaris ministerium: consequens est vt licitè clericus sciens bene dirigere bombardas, alijs ad hoc non existentibus, vel alio simili casu manu propria saluet patriam, vel exercitū sine tali auxilio pereuntem. Nec solum videtur quod hoc possit Clericus, sed etiam propter eandē rationē, præsertim si cū infidelibus agatur. Nec obstat quod fiant, & remaneant irregulares, quia irregularitas sine peccato, & cū merito aterna vita incurri potest. Propter quod sicut laicus ad hoc tenetur, sic & clericus in casu quo lex quo ad peccatū locū nō habet: licet sepe habeat locū quo ad irregularitatē, quia irregularitas sequitur factū. Nec obstat dictis ratio litera, scilicet nulli deputato

ad aliquod officiū, licet id per quod suo officio incongruus redditur: quoniam hoc est verū regulariter, secus autē est in singulari casu. In secūdo autē casu nō videtur communitè licitum. Et ratio diuersitatis est: quia victoriæ est necessaria propter recuperationem rerum, vel punitiōnem, aut expulsionem hostium: qua non sunt necessaria, sicut salus, qua in primo casu defenditur. Dixi autem communitè: quia si parata tunc victoriæ, esset pax vniuersalis Ecclesiæ, aut fidei Christiana magna protectio, crederem Clericum licitè manu propria pugnando illam facere posse. Et hæc intelligo saluis alijs conditionibus iusti belli: scilicet quod Clerici publica autoritate hoc faciant, & constet de iustitia belli: quoniam in eis non habet locum obedientia excusans. Hactenus Caietanus, probabiliter sanè loquens. Quamuis autem hæc probabiliter dicta sint à B. Thoma, solidius tamen mihi videtur cum alijs sentire, non esse scilicet clericum interdici sui ipsius etiam armis defensionem, modo agat cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec eo euentu vllam incurreret irregularitatem, vt tradit Pontifex in Clementina vnic. de Homicidio. Tempus igitur est, vt præsentī Tractatui finē imponamus, ad has enim disputationes, tum ex verbis Christi malè intellectis, tum ex quorundam Doctorū sententijs impulsū fuimus. Precemur igitur Deum, vt pro sua voluntate oculos cordium nostrorum aperiat, quò nostros veros hostes, demones, vitia, & peccata nostra agnoscamus, & vt vires suppeditet, quò egregij reddamur bellatores in illa dimicantes, vt victoriæ palmam assequamur meritis, & gratia Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuunt, & regnant in secula seculorum, Amen.



T R A



TRACTATUS XVIII.

De reprehensione ad turbas ad se comprehendendum venientes, & captura Christi, fuga Apostolorum, & adolescentis cuiusdam sequela. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. & Ioan. 18.

Inter generales, & priuatas reprehensiones quid interest.

INTER generales, & particulares reprehensiones hoc interest, quod particularis minus solet acceptari, quod superba hominis natura propensior sit ad inferendam, quam ad suscipiendam reprehensionem; ac proinde minus solet esse fructuosa, ut fuit illa Iudae, & Apostolorum dormientium: quia Iudas proferens est malam suam designatam voluntatem, & Apostoli de somno reprehensi non potuerunt illi resistere, nec eius causam, id est, morori. At generalis reprehensio magis solet tolerari, & in nonnullis interdum fructum edit: quemadmodum frumenti granum seminatum, etsi in aliqua terrae parte perierit, in parte tamen alia bonum fructum protulit. Ita Christus postquam facto duro illos prosternendi in terram correxit, modo blandis, & salubribus verbis adhibet correptionem, dicens: Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me? &c. Merito posset hic aliquis percontari: Cum Filius Dei, utpote omnium praescius futurorum, eos uoluerit corrigere, qui correptionem non erant suscepturi, sed irruituri in illum veluti lupi in agnum capiendum ac deuorandum, & qui nouerat correptionem suam non profuturam, debebat ab ea impendenda salubriter abstinere. Respondemus, Dominum Christum praenouisse non solum quae tunc agerentur, sed etiam quae post eius a mbr

Simile. Matth. 19.

Cur Dominus eos non mouerit, quibus nouerat admonitionem nihil profuturam.

tuis resurrectionem euentura erant. Et idcirco quia tunc nonnulli Apostolorum praedicatione erant emolliendi, & ad fidem Iesu trahendi, uoluit benignam hanc correptionem adhibere, ne Iudaei, vel Gentiles ad comprehendendum missi ob tam immane flagitium admissum de uenia desperarent: caeterum ubi memores essent horum uerborum, concipere possent spem misericordiae Dei, & remissionis peccatorum. Et ita docentur praedicatores, & omnes illi, quibus ex officio incumbit corrigere, ut non propterea correptionis fraternae officium intermittant, etiam si agnoscant minus eo tempore profuturam: nam insidabit cordi illorum correctio, ut fructum proferat suum in tempore. Nam sicut ille qui seminat, tempus messis expectat, ut fructum colligat; ita & nos siue corrigentes, siue correcti, correptionem adhibere, & suscipere docemur, spem concipientes quod & in nobis, & in alijs fructum sit editura suo tempore. Quatum ad illos uero qui non susceperunt correptionem, nec tunc, nec postea, deseruit haec correctio, ut Deus ipse iustificetur, qui omnes peccantes reprehendit.

Iam uerba expendamus. In illa hora dixit Iesus turbis. In illa, inquit, hora, cum restituit auriculam Malcho, & Petrum reprehendit, & postea ostendit se promptum, & uoluntarium ad mortem, & beneficium contulit hosti

Conclinatoribus cur nunquam est intermittenda correctio.

Simile,

Malcho,

Quibus turbis haec dixit Iesus.

Caietan. in Luca 22.

Ioan. 7.

Euthym. in Mat. 6. 64.

Sacerdotum munus apud Iudaeos.

Ioan. 1. Magistratus templi quid curaret, quid uero Seniores.

Iudaeorum ad Christum comprehendendum cum gladijs, & fustibus euentium; insignis stultitia & impietas.

Malcho, reponendo auriculam, ut audiret correptionem: Dixit ad turbas: non ad eas, quae solebant eum praedicantem audire, sed ad turbas militum, & Iudaeorum uenientium ad se capiendum, ut Lucas exponit: Dixit Iesus ad eos, qui uenerant ad se, principes Sacerdotum, & magistratus templi, & Seniores. Quibus uerbis Caietanus intelligit ministros Pontificum, & magistratus templi, & Seniorum; quia eos representabant. Sed uerisimilius est partem illorum uenisse, & reuera captioni Christi interfuisse: tum ut intelligamus quantum ex parte sua sitirent Christi sanguinem, & quod non satis fiderent mittenda cohortem, & ministros suos, nisi ipsi in persona uenirent; & ne Iudas eorum fidem falleret, imo audacior fieret ipsorum autoritate suffultus, partemque pecuniam ei statim redderet; & denique ut diligentiores, ac promptiores essent ad capturam praesentibus dominis, quam olim missi ministri; & ut si quis ex plebe uellet pro Domino stare, uisus potestatis uel timeret, uel erubesceret. Atque haec sententia placet Euthym. dicit: Apparet ergo quod Iudas quidem sumpta cohorte, & a Pontificibus & Pharisaeis ministris, praecesserit. Secuti sunt autem eum quidam etiam summi Sacerdotes, ac Magistratus templi, & Seniores, quos nunc Lucas significauit: simul quidem, ut eos, ne muneribus allicerentur. Haec ille. Nec tantum ex parte Iudaeorum, sed etiam ex parte Christi consultum fuit, ut illi doctiores, & oculatiores testes fierent potentiae, & diuinitatis Christi, antequam caperetur. Sacerdotum plane munus erat curare Biblia, & sacrificia; non opprimere iustum promissum in sacris Biblijs, & Agnum Dei tollentem peccata mundi. Magistratus templi erat, quae ad constructionem templi pertinebant prospicere; non templi Dominum perdere. Seniorum erat ius dicere, & in fauorem innocentium stare; non ius ipsum inuertere, & iustitiam ipsam pecunia redimere.

Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me. Quidam hoc legunt per interrogacionem; alij uero melius per affirmatio-

nem. Quod recte explicans Hieronymus ait: Stultum est eum cum gladijs, & fustibus querere, qui uero se tradidit uestris manibus, & in nocte quasi latitantem, & a uestris oculis declinantem, per proditorem inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas uestra in tenebris est. Haec uenit ille. Oportet ergo eis quod non sua uirtute apprehenderint eum, sed sicut olim non potuerunt apprehendere in templo, ita neque nunc nisi ipse uoluisset. Latronis, inquit, officium est nocere & latitare; ego uero semper docui, doctri-naeque, ac miraculorum beneficentia utilis fui, & in aperto Dei templo uersatus sum; & in occulto locutus sum nihil. Quotidie, inquit, apud uos fui, id est, frequenter, ut ait Lyra, quum nunquam latui, nec nocui, sed aperte benefeci semper: ut latro a latronibus capior missis ab illis latronibus, de quibus: Vos autem fecistis illam speluncam latronum: & inter duos latrones pro latronibus, id est, filijs Adae latronis crucifigendus comprehendor.

Quotidie apud uos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Id est, Nec quisquam in me manum misit, cum eadem, quae nunc est uobis, inesset mala uoluntas capiendi & occidendi me: sed obstitit mea uoluntas, cui nemo unquam potest obistere. Propterea ne nunc quidem me in tempesta nocte orantem in secessu hoc tenere possentis, nisi & ego teneri uellem, & me ut agnum mansuetum offerrem ad uictimam; ut uobis constare possit, me haec omnia libenter perpeti uelle. Et asserit quod sedebat docens in templo, ut appareat eius sedata, & quieta mens. Verba sequentia solus addidit Lucas: Sed haec est hora uestra, & potestas uestrarum. Est hora uestra, & dies noster, & tempus nostrum in Scripturis. Nam de tempore dicitur: Tempus autem uestrum semper est paratum. Et de die: Et quidem in hac die tua, qua ad pacem tibi. Et rursus: Ducunt in bonis dies suos: ita etiam hora nostra, in qua possumus libero nostro arbitrio abuti, & opera nostra implere, ac parere nostras malas cogitationes, quas ante concipimus.

Hieron. in Matthaei 26. tom. 9.

Ioan. 7. Latronis officium.

Ioan. 18.

Lyranus.

Iudaei quales latrones. Matth. 21.

Cur nunquam antea Iesum capere ualuerint impij Iudaei.

Jerem. 11. Christi mentis antiquae constantia.

Tempus nostrum, dies & hora, quae sint.

Ioan. 7. Luca 19.

Iob 21.

Precaudus

Nihil infelicis felicitate peccati.

2. Cor. 4.

Piorum afflictiones quae momentaneae sunt.

Psal. 74.

1. Thess. 5.

Quae nam potestas tenebrarum, & cur ita nominentur.

Ephe. 6.

Ioan. 3.

Cur Matthaeus de implendis Scripturis meminerit.

Consilium Iudaeorum de necando Domino ubi praefiguram olim ac delineatur.

Genes. 37.

Precandus est Dominus ne nos dimittat in horam nostram, id est, in qua tu tot peccare possumus: quia nihil infelicis felicitate peccantium. Et monet haec hora, priorum afflictiones ad horam tantum durare, secundum illud: *Id quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae*; &c. Et innuit, pijs nihil posse contingere, nisi quantum, & quando, & quomodo Deus voluerit. Deinde occulte designat futurorum iudicium, & horam suam, diem, ac tempus, de quo ait per Prophetam: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*, & rursus, *Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet*. Quasi diceret: Haec est hora vestra peccandi: veniet & hora mea, qua requiratur omnis vestra malitia: *Et potestas tenebrarum*. Hoc est, daemones, qui sunt principes tenebrarum harum, ut ait Apostolus, & in perpetuis tenebris caecitatis, & inferni degunt, & hominum mentibus offundant tenebras, quod vitiorum, peccatorumque tenebras diligant, & ita homines ducant in tenebras exteriores, ignorato Sole iustitiae, & intelligentiae Christo. Nam permisit Dominus ut daemones, incitaret Iudaeos etiam Sacerdotes, & Seniores, quos sub praetextu religionis & gloriae Dei, atque adeo totius Reipublicae boni mitissimum agnum Filium Dei morte crucis interemerunt: ideo ut filij noctis, & tenebrarum media nocte venerunt ad capiendum Christum. Quidam etiam existimant corporibus indatos daemones ad fuisse: sed satis est illos in corporibus capientium ac diligentium magis tenebras, quam lucem, operatos fuisse, quod vgerent supplicium crucis.

Subdit Matthaeus: *Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturae Prophetarum*. Ter Matthaeus admonuit de implendis Scripturis; ut intelligerent Sacerdotes, & Seniores qui aderant, & se zelatores Scripturarum iactabant, ministros esse mortis Christi, quam & Messiae irrogandam Scripturae apertissime tradunt. Haec autem, scilicet de deliberatione infligendae mortis, de venditione proditoria, & captura Domini, figurata

sunt in consilio fratrum Ioseph, quando dicebant: *Eccae somnator, & vendiderunt eum Ismaelitibus*; & in consilio habito ab optimatibus de occidendo Naboth ex iussu Iezabel, quod illi vinea eriperent, paternam scilicet hereditatem; & in consilio habito in domo Aman, quod Mardocheus ad suspendium raperetur, denique in consilio presbyterorum contra Susannam inito, quod illa neci lapidum darent Prophetarum etiam fuit a Iacob: *Simeon, & Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in caetu illorum non sit gloria mea*; & David: *Astiterunt reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*. Venditio vero delineata fuit in venditione Ioseph facta Ismaelitibus a fratribus, & in Deuteronomio, ubi dicitur: *si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium; interficietur*. Videntur describere Iudam, qui non modo fratrem, sed Dominum, ac magistrum vendidit, & apud Zachariam: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis*, de quo loco fusius infra, cum ab Euangelista citabitur. Deinde Amos propheta sic habet: *Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iustum*; ita enim in emendatis codicibus legitur Zadius, id est, iustus, non Zedius, id est, iustitiam, ut recentes, ac nouelli Iudaei corruerunt; nec pro venditione iustitiae, etiam si graue alioqui sit supplicium, tam seuerè essent puniri, & absque vlla remissione Iudaei. Et in Targum Ierosolymitano scribitur, quod in principio huius captiuitatis, Adrianus Caesar decem ex Iudaeis viros egregios, & eruditos (quorum nomina erant, Rabbi Ismael, Rabbi Simeon, Rabbi Kiba, Rabbi Hannina, Rabbi Suspit, R. Eleazar, R. Iudas, R. Istebab, R. Iudas alter, & tertius Iudas) horribilibus cruciati-bus interemerit, quia fratrem suum Iesum vendiderunt: condemnans eos iuxta legem Deuteronomij paullo antè citatam. Et horum memoriae solennè

3. Reg. 21.

Esther. 9.

Dan. 13.

Gen. 49.

Psal. 2.

Vbi etiam delineata fuit Christi venditio.

Genes. 37.

Deute. 24.

Iudas proditor cuius praenunciator legis diuinae.

Zacha. 11.

Matth. 27.

Amos. 2.

Zadius Hebraeus vel Zedius quid.

Locus Scripturae a Iudaeis corruptus.

Targum Ierosolymitanum.

Caesar Adrianus decem ex Iudaeis viros eruditos, eo quod Iesum fratrem vendiderint, grauius supplicij affecisse fertur.

Rabbi Aca-doseph.

Captura Christi, vinculo-rumque eiusdem vmbra ac figure plures memorantur.

Ioan. 11.

Act. 12.

1. Reg. 4.

4. Reg. 25.

Dan. 14.

Psal. 16.

Iudaei (iuxta Prophetam) quando delinuerunt oculos suos in terram.

Ioan. 11.

Thren. 4.

Iudaei agunt Luna 10. mensis Septemb. etiam fingant, iustum istum fratrem fuisse Iosephi, & non Iesum Mariae filium, cum certò sciri posset, nullam non modo cogitationem, sed neque curam fuisse Hadriano de Ioseph, nec potuisse fratres ipsius Ioseph, nec posteros eorum per legem ipsorum conuincere, aut damnare pro venditione Ioseph, cum eo tempore necdum lex lata fuisset. Quam veritatem confitetur Rabbi Aca-doseph in lib. Galezazeia, petitione VIII. De captura vero Domini, & vinculis, habes in primis figuram Samsonis, qui sponte se a Philisthaeis & ligari, & capi permisit; qui tamen statim vincula eorum dirupit. Et qui soluit quadriduanum Lazarum a vinculis mortis, & Petrum a ferreis carceris catenis, potuisset seipsum soluere, si voluisset. Habes etiam arcem captam a Philisthaeis figuram, & Regem Sedechiam captam a Rege Nabuchodonosor, & ligatum funibus cum populo Israëlitico ductum in Babylonem. Habes Daniele captum, & coniectum in lacum Leonum: habes etiam praedictum fuisse: *Inimici mei animam meam circumdederunt: adipem suum concluserunt*, (quia nullis monitis, vel miraculis visis retracti sunt) *os eorum locutum est superbiam. Projicientes me, nunc circumdederunt me: oculos suorum statuerunt declinare in terram*; id est, ad terrenum, & temporale lucrum. Id enim spectabat Iudas, & quarebant Iudaei, cum dicerent: *Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem*. Ieremias quoque: *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: In umbra tua viuemus in Gentibus*. Denique, sicut ad recipiendum Verbum incarnatum; praecessit ignorantia in lege naturae, & impotentia in lege Moyli; ita antequam Christus comprehenderetur, praecessit caecitas, ut Christum non agnoscerent, & prostratio in terram, signum apertum imbecillitatis eorum.

Sequitur apud Ioannem: *Cohors autem, & tribunus, & ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primum*. Quia Matthaeus post osculum a

Iuda datum dixerat: *Tunc acceperunt, & manus iniecerunt in Iesum; & tenuerunt eum*: propterea hoc loco, postquam dixit: *Hoc autem totum factum est ut adimplerentur Scripturae Prophetarum*, subiungit: *Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt*. Idem facit & Marcus, adiungens: *Adolescens autem quidam sequobatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum*. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis. Post haec verba subiungunt tres priores Euangelistae: *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem Sacerdotum, ubi Scribae, & Seniores conuenerunt*. Iam ut haec explicemus, & exordiamur a primis illis verbis Ioannis, haec tenus Euangelista scripsit interiorem Christi passionem, quam sponte in horto precando suscepit: iam describit exteriori, & a Iudaeis violenter infligam, & a seipso susceptam non minus sponte quam priorem. Sicut igitur ignis diu compressus, nec valens erumpere, & aqua diu retenta, nec valens elabi, si forte detur exitus, vehementius erumpit: ita desiderium capiendi Iesum, quod habebant Iudaei, tot signis quasi impediti compressi, ubi data fuit a Domino facultas, cum magno imperu foras prodijt. Irruunt ergo certatim ut lupi immanes in agnum mansuetum, irrumpunt scelerati latrones in pastorem. In patrem degeneres ac spurij filij, in magistrum ingrati discipuli, insurgunt in Deum peccatores, in medicum aegroti phrenesi debacchantes, in ducem milites, in patronum clientes, in lucem veram filij tenebrarum insanietes. Ac perpende verbum, Iniecerunt: non enim vnus, aut duo, sed cohors cum tribuno, & ministris, doctrina Christi reprehendentis eos prouocati, irritati prostratione, qua ceciderant retrorsum, atque caecitate, praesentia principum Sacerdotum excitati, nam in eorum gratiam, & eorum oculos satiare cupientes, primi quique eum aggredi, & ligare contendebant. Fuitque grauisissima haec iniuria Christo illata, tantaque percussio, ut Apostoli viso Christo capto, ac sic tractato, aufugerint: quia scriptum est: *Percutiam pastorem, & dispergentur oves*. Comprehende-

Qualis furor Iudaeorum in Iesum man?

Zacha. 13.

Matth. 26.

Cantic. 3.

Heb. 2.

Pia quorundam meditationes de Iesu a militibus comprehenso, ac funibus alligato.

Act. 12.

Infr. 21.

Qualis Christi illa comprehensio, capturaque fuerit.

Quemadmodum Iudaei ligauerunt Iesum.

runt ergo ad interitum, quem comprehendere ad salutem non potuerunt, cum Spōsa dicente; *Tenui eum, nec dimittā*: comprehendunt ad ignominiam eū, qui nusquam Angelos, sed ad gloriā hominum semen Abrahæ apprehendit, & insolubili vinculo vnionis hypostaticæ se illi alligauerat. Cogita verba iniuriosa cum factis contumeliosis coniuncta, quibus in eum egerunt. Et quia Iudas monuerat: Tenete eum, & ducite cautē, meditantur quidam quod eum in terram prostratum pedibus cōculauerint, & pugnis crebris percusserint, & catena ferrea collum eius alligauerint. Neque hoc mirum esse debet, si Petrum in quem non tantopere sc̄uendi occasionem habebant Iudæi, vixerint catenis duabus, vt habetur in Actis: ibidem de Paulo etiam dicitur: *Tunc accedens tribunus, apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus*. Meditantur etiam quidam manus Domini a tergo fuisse reuinctas, funeq; crassiori medium eius corpus fuisse circumligatum, timebāt enim ne elaberetur: & rabies in eum, atque odium non improbabilis reddidit has cautelas. Dicuntur autem cohortes, & tribunus, & ministri Iudæorum eum ligasse, vt nullus esset, qui tanti facinoris reus esse nollet. Et veluti cum oppidum aliquod munitum, & longa obsidione oppugnatum, aditum tandem aliquem exhibet, furibundē ab omnibus irrumpitur, & nullo cessante diripitur: ita Christus ab omnibus inuaditur, magnaque hostium ouantium exultatione captiuus fit. Captiuauerant nos peccatum, Satanas, atque mors: at verō cum ista nullum ius in Christum innocentem Dei Filium haberent, illum tangere ausa essent tamen, illa deuicit, nosque ab eorum tyrannide liberauit, Porro illorum tyrannis in nos, in hac Christi tyrannica captura pulchrē depicta est, & adumbrata. Sequitur: *Et ligauerunt eum*. Multis illis modis, quos supra diximus, vinctus eum, qui ad nos a peccati vinculo, & Pharaonis iugo liberandos venerat. Et maius erat ignominie genus ligari, quā capi, & non poterat de Dño cani, quod in honorem, &

commendationē mortis Abner cecinit Daud Rex: *Nequaquā vt mori solent ignaui, mortuus est Abner. Manus tua ligata non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati*: sed cū plerisq; alijs ignominie modis ad maiore suæ passionis cumulū, & maius suæ charitatis argumentū ligari se permisit. Cogita, immania peccata nostra Dñi vinculo rū causam extitisse: & curā habe, ne illa repetas. Funibus quib⁹ alligatur Dominus, soluitur seruus; qui manus olim in vitium fructum extenderat. Soluuntur colligationes impietatis nostræ, soluitur manus misericordie Dei, quam peccata nostra ligauerant, ne esset nobis benefica, & alligatur illa manus iusticie olim extenta, ne noceat. Quis ergo nostrum in futurum habebit manus solutiores, ac promptiores ad malum? Aut quis non libenter captiuari se permittet in obsequiū Christi pro nobis ligati? Præsta bone Iesu, vt per meritum istius captionis tuæ, & vinculoꝝ, ego post te trahar alligatus spiritu tuo, vt Paulus qui ibat in Ierusalem vinctus spiritu tuo: captiuum fac me vinculis præceptorum tuorum, quæ sunt alligatura salutaris, ita vt me facias semper tuis adherere mandatis, vt neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes: neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia possit me separare a charitate tua. Gloriatu: Paulus senex, & vinctus in vinculis propter te; gloriet & ego in vinculis pro te toleratis, aut si tantū non datur, in vinculis certē charitatis, quibus tecū sum cōstrictus. Quā aliter, bone Iesu, te infantē alligabat mater tua, & sponsa te sponsum suum, quæ chordis aureis charitatis tenet te in corde suo. Permisit ergo Dominus se capi, & ligari, vt nos liberos redderet, & vt intelligamus quando peccamus, nihil facere aliud, quā capere, & alligare Christū, id est, eius inspirationes. Dñs autē permittit se capi, vt expectet nos ad pœnitentiā: nam si solutus esset, quomodo non faceret vindiā? *Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt*. Hæc fuga plus percussit Dñm, illumq; affixit, quā pœna ipsa propria

2. Reg. 7. Mors Christi, vt olim Abner amici Davidis, mors generosa.

Vinculoꝝ in nos Christi beneficia. Gene. 3.

Act. 21. Quenam alligatura salutaris.

Rom. 8.

Philip. 1. In quibus debeam⁹ pro Christo saltē vinculis gloriari.

Luc. 2. Quare ligari se, & capti Christus permiserit.

Quam molesta, & acerba Christo extiterit fuga discipulorum.

Matth. 26. Infr. 20. Infr. 26.

Zacha. 13. Quid hæc fuga Apostolorum significauerit.

An Apostoli Christum in passione deserendo peccauerint.

Rom. 10.

Quō se Apostoli per fugam receperint.

Christi in suos prouidentia, & cura.

propria. Audierant Apostoli Dñm dicentē se capiendū, & ad crucē damnandū, & nullo modo se velle ab eis defendi asserentē, denūtiante horam iam venisse, & potestātē tenebrarū: videbant se inermes, & absq; potestate vtē di armis: visum est eis nihil aliud superesse, quā se e manibus inimicorū subtrahere, maximē quod Dñs dixisset, *Sinite hos abire*, & implenda erat propheta: *Percute pastore, & dispergetur oves*. Ostendunt autē hac sua fuga, quā fallaces extiterint ipsorū promissiones, cū dicerēt: *Etiāsi oportuerit me mori tecū, nō te negabo*; Et, *Tecū paratus sum & in carcerē, & in mortē ire*. Dein de iudicat quod adhuc apti nō erāt, & maturi, vt pro Christo fide & patientia decertarēt, sed quod tantū apti essent ad defendendū Christū gladio, & armis, quod Iudæorū est, & Ethnicorū. Tertio hæc fuga mirificē subseruiit Euāgelico negotio, vt posthac nō cōtenderēt quis eorū esset maior, cū omnes pares essent in fuga; & vt paulō post cū viderimus eos alios factos, & Spiritū Dei indutos, per mille supplicia, & mortis genera perrūpere ad cōfrendā Christi gloriā, spes nobis fiat nullo delicto perire eos posse, qui ad eū humiles reuertuntur; & ita illorū casus nostra fiat fortitudo. Quarto videtur qd Apostoli illa fuga peccauerint: qd ex eo colligitur, quia prædixerat Dñs eo nocte illos scandalū passuros intus, & extra per fugā, cū tamē pro fide Christi tuēda esset illa nocte mors subeūda; quia tunc necessaria ad salutē erat oris cōfessio; tū quia periclitabatur fides Christi; tū ad instructionē, & confirmationē aliorū fidelīū hoc spectabat; tū ad reprimēdā infidelīū exultationē. Fuit ergo metus mūdanus, vt timor Petri negantis Christū in aula. Quinto perpende, quod se per fugā receperint. Quā pulchrum, Deus bone, quod nulla eis spes erat in alijs hominib⁹, quod a nullo reecepti sunt, vt seruarentur integri ad Christi resurrectionē. Hoc enim prouidet Dñs suis, vt cū scandalū patiuntur, nō inueniāt quod alibi probent; aut qui eos honorificē excipiant, vt casus ipsorū sit ad humiliationem, non ad perditionē. Quare

ante hæc sic eos admonuit, se resurrecturū, & præcessurū eos in Galilæā, ac si diceret aperte: *Etsi permittrā vos scandalū pati, recuperabo tamē vos a scandalō*. Et quia Apostoli a Christo fugerūt, per triduū; idē per triduū Hebdomadæ sanctæ in matutinis celebrādis spoliatur altaria: quia Christus altare nostrū nudatus Apostolis fuit. Sexto quomodō fugerunt omnes, cū paulō post dicatur: *Petr⁹ autē sequebatur eū a lōge*, & alius discipulus notus Pontifici? Dicendū, omnes Apostolos a principio fugisse, deinde hos duos fugisse pœnituit, & Dñm sunt secuti, etsi a lōgino. Septimō adhuc perpende, bone lector, qd si in ipsā virtutē quā profitemur, insurgāt potētes, aut sapiētes, omnes statim territi illā deserimus, & vitia amplectimur, etiāsi viderimus Christū verbo hostes prosternentē, & auriculā Malcho restituentē. Octauō, Dñs voluit deserī, vt torcular sol⁹ calcaret, quod illi soli acceptā feramus nostrā salutē. Verē dixit Dñs: *Quō ego vado, vos non potestis venire*; & Apostolis cōtigit qd debitoribus, qui eū incidūt in fide iussorē, qui pro eis, qui non erant soluedo numerauit, declinant eius cōspectū, & fugiūt. Vide quid possit homo, si Deus auertat ab eo manū suā: quā verū sit: *Sine me nihil potestis facere*; Et, *Nisi Dñs edificauerit domū, in vanū laborauerūt qui edificauerit eā*. Cū ergo imminent pericula, clamemus ex corde ad Dñm; & dicam⁹: *Dñe, salua nos, perim⁹*: nos enī nihilo sumus meliores Apostolis: nos enī multa promittimus Christo in baptismo, & in pœnitentiæ Sacramento circa Chri sequelā, & imitationē, atq; vigiliā; verū vbi op⁹ est factō, in vtrāq; aurē dormimus, & deserim⁹ Christū. *Adolescens autē quidā sequebatur eū, amictus sindone super nudo, & teneuerūt eū*. Hanc historiā solus Marc. cōmemorat. Et vbi dicitur, adolescēs, Græcē est *νεανίσκος*, qd est, adolescentulus. Et cū dicitur: *Teneuerūt eū*, Græcē habetur, *αἰχμαλωτιστὴν*. Apostoli, qui articulum cōprehensionis fugiēdo præuenērūt, docēt fugiēdi cautelā eos, qui minus se idoneos ad toleranda supplicia sentiūt, quibus tutius est latere, quā se discrimini certaminū obijcere. Et Pe-

Ve verum sit omnes Apostolos fugisse, cum tamē Petrus & Ioānes Christū e longinquo sequerentur. Discipuli præceptorem de relinquentes Christū quid arguant. Cur Christus se deserī a discipulis passus est.

Esai. 63.

Ioan. 13.

Discipuli Christum deserentes in tribulatione quid fecisse videantur.

Infr. 15.

Psal. 126.

Matth. 8.

In periculis quid nobis agendum sit, Apostolorum exemplo.

Discipuli, ante quam Christus comprehēderetur, fugientes, quale nobis documentum præbeant.

nudum Christum sequamur, & vinctum, & pro nobis alligatum in-trepida voce confiteamur; quod nos indumentis gloriæ exornare, & libertate illa ineffabili, quæ amitti po-

test nunquam, honestare velit Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto, æterna potitur felicitate in seculis seculorum. Amen.



TRACTATUS XIX.

De adductione Domini ad Annam, & sequela duorum discipulorum, in illa verba: Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caipha, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, &c. Ioann. 18.

De Iudæis tam sacris, quam profanis, ad quos fuit Christus adductus, quædam obseruatione, scituque dignissima.

VIEDAM merito ad literam sunt præmittenda, propter adductionem Christi ad varios iudices, tam Ecclesiasticos, quam seculares. Nam Annas, & Caiphas, qui Principes erant Sacerdotum, & consilium Seniorum, ad Ecclesiasticum tribunal spectabant: at Pilatus procurator Iudææ nomine Tyberij Imperatoris, & Herodes Rex, ad forum spectant secularem. Porro adductio Christi ad Annam, qui tunc non erat, sed exiterat summus Sacerdos, extraordinaria fuit, ac proinde à solo Ioanne narratur: adductio verò Iesu ad Herodem Regem, prorsus extra iuris ordinem fuit, quia illa causa ad eum non erat delata nisi ex Pilati consensu, & idcirco à solo Luca describitur. Omnes tamē Euāgelistæ causam delationis coram Caipha ac Pilato proposuerunt, quod iudiciū illud erat ordinariū: nam Caiphæ Pontificis tantū erat examinare, ac discutere causā, vt apud nos Episcopi faciūt, & Inquisitionis sanctæ officii; Pilati verò erat ferre sententiā mortis in causa criminali. Et adductio quidē Iesu ad Annā, fuit in gratiā generi sui Caiphæ, cuius ministri voluerunt Annæ socero gratificari: ad Herodē deductus fuit prop-

ter Pilatum volentem Herodem honorare, quo cū gerebat similitates, vt e ratione sibi illum reconciliaret. Annas primus (si tamen is fuit, de quo paullo post agemus) egit cōtra Christum via simplicis interrogationis doctrina, & discipulis, vbi Dño alapa fuit inflicta, Caiphas verò triplici via egisse videtur. Primo quidē falsorū testii, & subornatorum inquisitione, & examine; Deindē via iuramenti, cū dixit; Adiuro te per Deū viuū, vt dicas nobis si tu es Christus Filius Dei. Tertio per quæstiones, & tormēta: quia, vt ait Ioānes Gerson, tota illa nocte quæ captus est Dñs, custoditus fuit à ministris, ac cōtumelijs varijs affectus, vt legitimā causam tormētis expressā proponerent Pilato, iuxta illud Sapiētiæ: Cōtumelia & tormēto interrogemus eū. Quanquā reuera nō videtur Christus tortus ad veritatē exprimendā: quia ille apertē, & clara voce cōfessus est se esse Filiū Dei, & Christū à Deo promissū; tormēta verò adhiberi solēt, vt veritas celata exculpat, vel si illa est expressa, ad socios, & fautores detegēdos: & vbi quis crimē occultū apertē confitetur, nō solet ultra procedi ad quæstiones, & tormenta. Nisi fortē dicamus illū tortū, vt quam expresserat

Aliter Annas Pontifex, aliter Caiphas Christus interrogauit.

Matth. 26.

Ioann. Gerson tractatu de Pass.

Sap. 2.

Tormēta à iudicibus quare adhibeantur de more.

veri-

Quare Christus ad Annā adductus fuerit, & cur ad Herodem.

Tertull. Cur Martyres torquerentur olim.

Illud Sapiētiæ de Melia: Contumelia, & tormēto interrogemus eū; quē sensum habeat. Sap. 2.

Cur Iudæi denuo Christum interrogent, si tu es Christus, dic nobis. Luc. 22. Psal. 11.

Vbi fuerit hac de re Christus interrogatus à Iudæis. Episc. Abuleni in Mat. 15. par. 2.

Consilium Sanedrim apud Iudæos quid. Num. 11.

veritatē, denegaret: quemadmodū Tertullianus in Apologético suo scribit solita fuisse Christianis adhiberi tormēta à Paganis, vt Christū abiurarent, & religionē eius. Nam quā primū quis à Christo & eius fide negādo resiliēbat, mox à torquēdo desistebant. Sed non est probabile, Iudæos ob eam causam Christo adhibuisse tormēta, qui cōfessione illa, quod esset Filius Dei, & Christus, cōtenti fuerunt ad tradendū illū neci. Et quod dicitur in lib. Sapiētiæ: Contumelia, & tormēto interrogemus eū: non est sensus de tormentis præcedentibus ad exculpandā veritatē an esset Filius Dei, & propterea ad mortē damnandus, nec ne (cū illam veritatē iam ipsi ex ore eius habuissent, ac de illa minimē dubitarent, & præcedat illa sententia Sapiētiæ: Filium Dei se nominat, &, Glorietur patrem se habere Deū) quia est sermo de Christo iam ad mortem damnato, & extremo crucis supplicio affecto: quia putabāt Deū minime laturū Filiū suum crucis tormēto perneatum absumi. Præterea verisimile non sit, Iudæos vsos fuisse tormētis in Christū, ac nullū ex quatuor Euāgelistis illud expressisse; cū tamen minutissimas alias descriperint circumstantias, imò nec vllus veterum interpretum, quod legerim.

Post Annam, & Caiphā, antequā ad Pilatum ducatur Christus, conueniunt iterum, vt testatur Lucas, summo mane Seniores plebis, Principes Sacerdotum, & Scribæ, & ducunt illū in consilium suum. Et quia vt ait Spiritus sanctus, in circuitu impij ambulānt, redeunt ad simplicem interrogationem, & dicunt illi: Si tu es Christus, dic nobis, vt videlicet quæ nocte præcedenti dixerat, faceret rata, animo maligno tamen, quod confessum ore proprium damnarent. Nam vt notat Episcopus Abulensis, non est hæc interrogatio facta in domo Caiphæ, vel Pilati, sed in consistorio Sacerdotum, & Scribarum, quod penes Hebræos dicitur Sanedrim, vel Domus iudicum, nec à paucioribus, quā vno & Septuaginta poterat celebrari tēpore Moyfi, & ab his omnibus morte Christus fuit dignus iudicatus. Vnde Rab-

binus quidā diſ⁹ Moyses Benmaimō in librū Iudicum scribit: Iesus Nazare nus visus est esse Messias, & interfectus est per domū iudicij, id est, in iudicio vnius & septuaginta iudicij. Et ipse causa fuit vt destrueretur Ierusalem in gladio. Hæc ille Rabbinus vi veritatis cōpulsus cōfiteretur. At Pilatus, qui postremus causam Christi egit, primò quidē interrogatione, deinde remissione causæ ad ipsos Iudæos, postea ad Herodē regem processit. Et cū his rationibus nihil proficeret, tentauit per viā consuetudinis liberandi maleficū vnū in Pascha, eū de manibus eorū eripere. Deindē cū nec via hæc suffecisset, quod illorum animos placaret, & à cōcepta feritate reuocaret, insisit illū flagellis cædi, purpurāq; in derisionē & coronā spineā deformatū, atq; dehonestatū eum illis ostendī. Sed illi nihil mitiores facti, nec contenti illis oprobrijs, tandem crucis necem postularunt; ille verò metu ne Cæsaris gratiam amitteret, quem innocentem noverat, & suo, & vxoris testimonio iustum pronuntiauerat, neq; conuictū legitimis testimonijs, neq; confessum quicquā quod morte dignū esset, mortis supplicio afficiendum tradidit.

Sed iam ad textū redeamus. Et adduxerunt (inquit) eum ad Annā primū. Solus Ioannes refert Christū missum ad Annam, quod fuerat ab alijs prætermisum, & omittit narrare ea, quæ ab alijs in domo Caiphæ gesta fuisse plenè describuntur. Verbū illud, Adduxerunt, Græcè est, abduxerunt ἀρῆαξαν. Est autem vis propria verbi ἀρῆαξαν, ad-suppliciiū rapere, seu violentè ducere: quemadmodū in Actis dicitur: Herodes autem cū requisisset eū, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, insisit eos duci, vel abduci, scilicet ad supplicium. Iam verò cogita prudens lector, quanta cum crudelitate, & furore, verborumque iniuriosorum iactatione, clamore, atque exultatione pergerent, quod Christum haberent in cauea. Meditare Dominū manibus post terga reuinctis, curuo capite modò tractū, modò impulsū, scelerum nostrorū pœnas luentē. Nō defunt qui meditantur in torrentē

Rabbi Benmaimō quid sentit de Christo.

Pilati interrogatio Iesu facta.

Propriū Ioānis Euāgelistæ.

Abduci Græcè quid.

Act. 12.

Plex quorundam meditationes de Iesu capto, & compreheso.

Psal. 109.

Chryf. hom. 85. in Mat. tom. 2.

Ioan. 12.

Euthym. in Ioan. 18. cap.

Quare Christus adductus fuerit ad Annam primū.

Ioan. 16.

II. ratio.

III. & IIII. ratio.

Cedron fuisse præcipitem datum, indeque aquis, & luto sordidatum extractum fuisse, & in illo impletum ad litera: *De torrente in via bibet; propterea exaltauit caput.* Sed hæc consideratio, & Scripturæ interpretatio plus habet pietatis, quã soliditatis, & neruorū. Meditantur alij, quã primum Dñs comprehensus fuit, & vinculis alligatus, vnū aut alterum festinãter cucurriffe ad annuntiandam eius capturam summo Põtifici: qui fortassis honesto aliquo munere pro. tã læti nuntij mercede eum est profecutus. Meditare etiã Iudam pactã iniquitatis mercedẽ accepiffe, & milites Pilati, qui mercede cõducti à Iudæis venerant, vt testatur Chrystostomus, iustū præmium tulisse. Adduxerunt autem eum per portam Auream templo proximam, quæ aliàs dicitur Probatica, vel ouium porta, per quam paucis antè diebus fuerat ingressus cum tanto triumpho, & honore palmarum, & regia illa acclamatione: *Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel:* quod augere tormenta, ac merorem Domini poterat. In his meditationibus nihil esse existimo aut à ratione, aut à pietate alienum.

Duxerunt autem illum ad Annam primū. Vbi in primis Euthymius ait: *Præ voluptate de hac re gloriabantur, tanquam de trophæo constituto: & abduxerunt eum primū ad Annam, vt qui à Caiapha eius anni Pontifice quasi pater honorabatur propter affinitatem.* Hæc ille. Pascebant ergo Iudæi oculos Annæ optato illo spectaculo, tanquã præda diu desiderata, & magno labore, & industria capta. Vnde Christus dixit Apostolis: *Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Mirificè autem exultabant Christi hostes eo comprehenso, & victo. Deindè hoc factū est consilio Caiphæ, ne solus inuidiam apud homines sustineret, si primū ipse, qui consiliū dederat, vt vnus homo moreretur pro populo, primus etiam cõdemnaret. Adhæc factum hoc videtur, vt quò condemnatio Christi à pluribus fieret, eò Christo esset ignominiosior, & iustior videretur apud populū. Præterea domus Annæ, vt testis

est B. August. prior eis in via occurrebat; hinc nonnullus contemptus videbatur esse Annæ, qui primarius fortè erat artifex insidiarū, si domū eius ministri præterijissent ipso insalutato. Augustini verba in Ioannē, hæc sunt: *Secundum Matthaum cum comprehensus esset, ad eum ductus est; sed prius ad Annam secundum Ioannem venerunt cum illo, non quia collega, sed quia socer eius erat. Et credendum est secundum voluntatem Caiphæ id esse factum, vel etiam domus eorum ita fuisse positas, vt nõ deberet Annas à transeuntibus præteriri.* Et Cyrillus in Ioannem addit, quòd Annas erat autor insidiarum, & Iudæ pecuniam pactam persoluit. Et ita duxerunt eum ad Annam primū: nam ministri illi Iudæorum, nocturnique bellatores nihil plus poterant, quã capere, ligare, & adducere: ipsorū non erat interficere. Sic enim principes Sacerdotū decreuerant, vt prius ad ipsos adduceretur, ne quisquã posset caussa ri iniuste fuisse occisum. Ideò primū in speciẽ iusti iudicij eū audire volebant; deindè quicquid ipse ad obiecta crimina respondisset, decreuerant potestati Romanæ tradere ad necẽ: nam mortui non mordent, viuū cum timebant, quia ipsorū malitiã arguebat. Primò ergo Annã, deindè ad Caiphã ductus est, quia hi duo Sacerdotū erant capita, & principatum templi, & rerū spiritualium habebãt. Præterea caussa Domini spiritualis erat, quia concernebat fidẽ, & doctrinã, & ad suã cognitionẽ pertinere iuxta legem arbitrabantur: sic etiam postea actum est cum Paulo coram Principe Sacerdotū Anania, & caussa Stephani, vt Lucas narrat. Nam dixit Princeps Sacerdotū, si hæc ita se haberent, scilicet quòd Iesus esset templū demoliturus, & mutaturus traditiones Moyfi? Et Rursus in Apostolos insurgunt Annas Princeps Sacerdotū, & Caiphas, & Ioannes, & Alexãder, & quotquot erant de genere Sacerdotali. Tales igitur caussæ ad Sacerdotes spectabant, & non ad laicos: ob quã caussam Procõsul Achaia Gallio causã Pauli iudicare noluit, & videbat eam esse spiritualẽ, & nõ ciuile, vt in Actis dicitur. Et cū dicitur q̃

Aug. tract. 113. in Ioã. tom. 9.

Matth. 26.

Cyrril. libr. 11. in Ioan. c. 38. fo. 1.

V. ratio.

Act. 23. Supr. 7.

Act. 4.

Infr. 18.

Quorsū Euãgelista dixerit quòd Annas esset gener Caiphæ. Act. 8. 4. Reg.

Prouerbiū Supremas dignitates Ecclesiæ vendere, aut comparare, quantū flagitiū sit

Cardinales quare creentur.

Emptionem, venditionem quæ magistratum, Reip. maximã perniciẽ afferre.

Aurea planè vox Iustiani Imperatoris. Aelius Lamprid. in vit. Seueri multo postmed.

C. de legib. L. Digna vox, &c.

B. Thomas tomo 8.

Annas erat gener Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius, quãdam infamiæ nota illis duobus inuritur, quòd honorem, & dignitatem sacerdotalem pecunia à Romanis annuatim redemissent, tanquam veri Simoniaci, & Giezitæ, & omnium Simonia lepra infectorum veri parentes. Ideò nihil veræ pietatis habebant, sed lucro, & gloriæ vacabant tantum, & expilandis prætextu religionis populis incumbebãt; & vt dici solet: *Vendere iure potest: emerat ille prius.* Horrendum proinde flagitiū est, Ecclesiasticas dignitates, aut supremos honores Cardinalatus quouis prætextu vèdere, aut cõparare. Nam Cardinales ad opera summè spiritualia præstanda creantur, nempe ad eligendum ex ipsorum numero, & grege Pontificem, & cum eo ad gubernandam simul vniuersalem Ecclesiam: quo munere quid spiritualius esse queat, nõ video. Imò, quòd minus est, ne venditio quidem Magistratum, & laicæ iustitiæ non nisi cum magno Reipublicæ detrimento, & scandalo fieri potest quòd vel Ethnici ipsi solo lumine naturæ præditi agnouerūt. Scribit enim Ælius Lampridius de Severo Imperatore: *Honores iuris gladij nunquam vendi passus est, dicens: Neceffe est vt qui emit, vendat: Ego non patiar mercatores possid. Erubescio enim punire illum hominem, qui emit, & vendit.* Sic ille, de quo verè dici potest illud: *Digna vox maiestate regnantis, alligatum legibus se Principem profiteri.* Nam quis non videat optimos quosq;, ac doctos viros à magistratu ineundo propter defectū pecuniæ repelli, & improbos quosq; ad magistratum gerendū conscendere? Et quam quæso spẽ bene administrandæ Reipublicæ præstare potest, qui tã iniqua ratione ad illam assumi desiderat? aut quis Princeps accepto pretio magistratus venditi, delinquentem condignis supplicijs valeat plectere? Non ignoro B. Thomam in opusculo ad Ducissam Brabatiã aliter statuisse: sed hoc iudico tutius esse. Et casus ille, quem sanctus Doctor assignat, vt Thomistæ dicunt, prorsus metaphisicus

est, & mathematicus. Et cū hæc ita se habeant, luceque meridiana sint clariora; tantus tamen est in quibusdam ardor affectandi primarias illas Ecclesiæ sedes, tantumque de Iudæa imbibebunt spiritu, vt admirentur esse quemquam, qui sentiat Cardinalatū quouis ratione non esse venalem: tanta est iudicij corruptio, vt existiment inueniri neminem, qui ad illas tantas Ecclesiæ dignitates affectandas non vehemẽter aspiceret, & inflammetur.

Sed reuertamur ad Annam, & Caiapham, quos quidam ex Iosepho colligunt, licet non apertè, non fuisse de tribu Leui, qui soli ad Sacerdotium admittebantur, ac proinde ad summū Põtificatum apti non erant. Præterea hîc diligenter est considerandum id quòd Ioannes ait, Iesum ductum ad Annam primū; reliqui verò Euangelistæ Iesum referunt ductum ad Caiapham Pontificem: quomodo ergo hæc inter se concilianda sunt? Respondemus, quòd quia in domo Annæ nihil factum est, quia eum Annas continuo remisit ad Caiphã, idcirco Matthæus, Marcus, & Lucas nihil de Anna meminerunt, & Petri negationes apud Caiapham contigisse, & nullam apud Annam omnes narrant. Nec te moueat, prudẽs Lector, quòd Ioannes, narrata prima negatione Petri, & alapa Iesu illata, subiungit: *Et misit eum Annas ligatum ad Caiapham Pontificem:* quia post illa pauca verba, quibus Ioannes in principio narrat Iesum ductum ad Annam, qui erat socer Caiphæ, & Pontifex anni illius, immediatè in textu Cyrilli Græco, & in suis commentarijs habetur tanquam de textu: *Miserunt ergo eum ligatum ad Caiphã Pontificem. Erat autem Caiphas, qui consiliū dederat Iudæis, & quæ sequuntur.* Et hoc ipsum annotauit ante multos annos Nicolaus de Cussa Cardinalis in libro Excitationum, sermone super illa verba: *Sicut Moyses exaltauit serpente in deserto, &c.* Vbi refert, quòd viderit Romæ in Commentarijs Cyrilli, quòd Ioannis textus sic haberet: *Et adduxerunt eum ad Annam primū, erat enim socer Caiphæ, qui erat Põtifex anni illius. Miserunt autem ligatum ad*

Notantur ambitiosi.

Iose. lib. 18 Antiq. cap. 4. & 8.

Ex sola tribu Leuitica Sacerdotes creabantur, teste Iosepho.

Quomodo verum sit Iesum ductū ad Annam primū, cū ceteri Euangelistæ oppositum testantur videantur.

Hæc verba Et misit eum Annas ligatū ad Caiphã Pontificem t vt Cyrillus legit Alexandrinus, sint de textu, hæc ne

Nicolaus de Cussa lib. 6 Excitat. Ioan. 3. Numer. 21.

Cyri. li. 12
in Ioan. c. 1
init. tom. 1

Cyri. ibid.

Verba propo-
sita de tex-
tu esse proba-
tur multis ar-
gumentis.

Aposiopsis
Græce quid.

Claudius
Guillaudus
Secundum
argumentū.

Confirmatur
exemplo.

Caipham. Erat autem Caiphā, qui con-
siliū dederat Iudais, &c. Atque in hūc
modum hodie quoque Cyrillus Græ-
cus & Latinus habet. Et illa verba: *Mi-
serunt autem eum ligatum ad Caiphā,*
ab aliquo fortē scriba prætermiſſa
sunt, propterea quod de missione Do-
mini ad Caiphā postea rursus subij-
ciatur. Quod verō rursus Euangelista
Ioannes post alapā illatā Iesu scribit:
*Et misit eum Annas ad Caiphā Pontifi-
cem:* ideo repetitum est à Ioanne, ut
ait Cyrillus, ut negationem Petri ter-
tio factam exponeret. Eius hæc sunt
verba: *Quasi currentem equum narrādi
progressum Euangelista utiliter reuocat,
& ad priora rursus narrationem reducit.
Quare sic? Quia negationem Petri tertio
factam exponere voluit. Repetit ergo bre-
uiter, & missum ab Anna Iesum ad Cai-
phā iterum dicit, Petrumq; interroga-
tum exponit.* Hæc ille. Quod si ista
priora verba, quæ Cyrillus textui ad-
dit, de textu non essent, ut reuera non
sunt in nostro Latino codice; tamē ex
hoc quod dicit, Duxerunt eum ad An-
nam primū, & ex nonnullis alijs idē
colligeretur. Primō, quia concisus est
sermo: nam dicendo, Misit eum ad An-
nam primū, per reticentiæ figuram,
quæ Græcis dicitur *Aposiopsis*, sup-
plendum est, Deinde ductus est Cai-
phā, ut quidam vir doctus annota-
uit. Deinde idem probatur ex eo quod
infra dicitur: Pontifex ergo interro-
gavit Iesum de discipulis suis, & de
doctrina eius: & paulō antē dicitur,
quod discipulus ille notus Pontifici,
introiuit cū Iesu in atrium Pontificis:
nullus autem alius erat Pontifex, nisi
Caiphā, qui à tribus Euangelistis di-
citur Princeps Sacerdotum, siue Pon-
tifex, & Græcē tam apud Ioannem,
quā apud alios sepe dicitur *ἀρχιεπίσκοπος*.
Nam cum dico, Papa hoc fecit, vel
dixit, non intelligitur de Papa defun-
cto, aut de eo qui futurus est, sed de eo
qui præsens est. Nam si alius quispiam
à summo Principe Sacerdotum dictus
fuiſſet Princeps Sacerdotum, vel Græ-
cē *ἀρχιεπίσκοπος*, Marcus, vel Lucas tollen-
dæ ambiguitatis gratia debuissent ad-
didisse proprium nomē suo Principi
Sacerdotum: cum verō absolutē dicat

Christum adductum ad Principem Sa-
cerdotum, vel Petrum ingressum in
atrium Principis Sacerdotum, satis
intelligi datur vnum tantum hunc
fuisse singulariter Principem Sacer-
dotum, quem Mathæus & Ioannes
vocant Caiphā. Vnde Annas in hac
narratione non potest esse summus
Pontifex, vel Princeps Sacerdo-
tum: quia ab Anna dicitur missus
ad Caiphā Principem Sacerdotum.
Et Annas non dicitur Pontifex, sed
focer Caiphæ Pontificis illo anno exi-
stentis. Cum ergo subijcit quædam a-
pud Pontificem gesta; sanē hæc gesta
esse apud Caiphā, satis intelligendū
reliquit: ad quem sermone delapsus
cum eius meminisset, narrat quæ apud
illum acciderunt, priusquam dixisset,
Dominum ad ipsum ab Anna perdu-
ctum. Tertio, quia infra post illatam
alapam Domino, subiungit Ioannes:
*Et misit eum Annas ligatum ad Caiphā
Pontificem.* Quod non sic est accipien-
dum, quasi prosequatur Ioannes ordi-
nem rerum gestarum: sed quoniam
nondum dixerat ab Anna ad Caiphā
Dominum perductum, ut intelligere-
mus qui factum sit, ut apud Pontificē
gererentur, quæ memorauit, recapitu-
lando illud, subiicit. Quod Græca
magis indicant, quæ carent illa con-
iunctione Et, & tantum habent; Misit
eum Annas ligatum ad Caiphā Pon-
tificem, siue miserat, Græcē enim ha-
betur *ἀπέστειλεν*: quod magis insinuat
narrationem rei prætermiſſæ, quàm
ordinis persecutionem: reuocat enim
narrationem, ut id quod cœperat de
negatione Petri, perficeret. Ex quibus
habemus, interrogationem factam de
doctrina, & discipulis coram Caiphā,
& negationes omnes Petri in domo
Caiphæ Pontificis factas fuisse. Quar-
to, quia infra dicitur: *Adducunt ergo
Iesum à Caiphā ad prætorium;* ergo à
domo Caiphæ, siue à Caiphā, non à
domo Annæ ducitur. Nec videntur
esse eadem cedes Annæ & Caiphæ, ut
quidam pro concordia Euangelistarū
meditantur, sed vsque in hodiernum
diem diuersæ, atque distinctæ peregrin-
is illorum ædes Hierosolymis osten-
duntur. Gaudeo autem hæc cōciliandi

Tertium ar-
gumentum.

Quartum ar-
gumentum.

rationem

Cornelius
Iansenius.
Ioannes
Bouus.

Quintum ar-
gumentum,
& vltimum.
Quam cōmo-
da sit hæc cō-
ciliandi ratio.

Clem. Rom.
li. 5. Cōstit.
apost. c. 16.

Clemētis Ro-
mani minus
commoda re-
sellitur cōci-
liatio ratiōni-
bus quinque.

rationem Cornelio Iāsenio placuisse,
& Ioanni Boui viro erudito in libro
in vitam Iesu Christi, quā ex quatuor
Euangelistis concinnauit, qui verba
illa: *Et misit eum Annas ligatum ad Cai-
phā,* immediatē attextit post illa ver-
ba; *Et adduxerunt eum ad Annam pri-
mū.* Et asserit vsū Euangelistam
præterito perfecto, nempe *ἀπέστειλεν*, pro
præterito plusquam perfecto. Ut sit
sensus: Miserat enim eum Annas liga-
tum ad Caiphā: quod verbum repe-
tiuit Euangelista, ne putaremus Iesum
ad Pontificem iniussu Annæ ductum
fuisse, sed sciremus Annam rationem
honoris Pontificis Caiphæ habuisse.
Et mittendo illum ligatum, ut erat,
declarauit hac ratione satis se illū non
absoluere, sed tanquam nocentem &
reum transmittere; quod intelligamus
hunc fuisse primū Christi iudicem;
qui tamen ab alijs est prætermiſſus,
quod nil singulare circa Dominū ges-
serit. Quāquam & hæc verba possint
aliū excellentē sensum habere. Nam
cum Christus alapam accepisset; non
modō alteram malam percutienti Do-
minus obuertit, sed totum se illi præ-
buit percutiendum, videlicet cū Chri-
stus alligatus illuc missus esset: itaque
potest illa clausula vtrique sensui faue-
re mirificē. Denique hæc opinio cum
vehementer deseruiat ad cōciliandos
Euangelistas, & in vna domo enarret
omnes Petri negationes accidisse, nē-
pe in domo Caiphæ Pontificis, mag-
nopere se reddit commendabilem,
atque amplectendam. Obserua, Cle-
mentem Romanum libro Constitu-
tionum Apostolicarum tradere, tres
primos Euangelistas docere, Dominū,
ut captus est, adductum esse ad Cai-
phā Pontificem, quod in nocte con-
tigit, & omiſſum à Ioanne, quod esset
ab alijs descriptum: suppleuisse autē
Ioannem, quod postero die deduxerūt
eum ad Annam primū, deinde ad
concilium, atque inde ad Caiphā, &
à Caiphā in prætorium. Sed profectō,
si verum amamus, non videtur Iōānes
loqui de adductione Iesu ad Annam
manē factā, sed de illa quæ noctu ac-
cidit, quia textus aperte ait; Cohors
autem, & tribunus, & ministri Iudæo-

rum comprehenderunt Iesum, & li-
gauerunt eum; & adduxerunt eum ad
Annam primū; significans illā no-
cturnam Iesu ligati adductionē fuisse
priorem in domum Annæ, quàm Cai-
phæ, vel alterius: quia fortē, ut ait Au-
gustinus, domus Annæ prior erat, quā
Caiphæ, vel alterius. Deinde nullus
textus asserit, Iesum manē ductum ad
Annam, nec Ioannes ipse, sed omnes
referunt manē adductum ad conciliū,
vel senatum Sanedrim, cuius capita e-
rant Annas, & Caiphā, & Seniores,
& alij: & inde ductus est in prætoriū.
Adhæc falsum videtur, quod dicitur à
Clemente ibidem, Annam fuisse ge-
nerum Caiphæ; cum Euanglium dicat
fuisse focerum, nisi hic error tribuen-
dus sit scribæ, aut interpreti, & non
ipsi Clementi. Adhæc Ioannes post-
quam narrauit Christum ductum ad
Annam, describit tres Petri negatio-
nes, quæ noctu ante secundum galli-
cantum contigerunt; fuisset autem
præposterum prius narrare adductio-
nem Iesu ad Annam primo manē fa-
ctam, & postea negationes Petri nocte
præcedenti factas recensere. Denique
Marcus manifestē repugnare videtur
Clementi, dicens: *Et confestim, manē
consilium facientes summi Sacerdotes cū
Senioribus, &c.* Vbi verbum, *Cōfestim*
manē, negare videtur alteri priusquā
concilio, Iesum fuisse præsentatum:
quod si prius est præsentatus cōcilio;
ergo non prius Annæ, vel soli Annæ,
sed ipsi simul cum omnibus alijs.

Porro illud dignū est obseruatione,
Dominum decies hinc inde ductum
cum violentia, & manu armata ut ma-
lefactorem morte dignum. Nā primō
in horto ligatus abductus est ad An-
nam; ab eo rursus ad Caiphā; à Cai-
phā, cum manē esset factum, ad conci-
lium Seniorum, & ab illo concilio ad
Pilatum, & à Pilato ad Herodem, &
ab Herode rursus ad Pilatū; septimo
loco milites duxerunt eum in atrium
prætorij, vbi illuserunt ei; octauo Pi-
latus duxit eum foras extra prætoriū
gestantem coronam spineam, & pur-
puream vestem; nono duxit eū extra
prætorium, ad locum qui dicitur Li-
thostrotos. Postremō adduxerūt eum

Aug. tract.
113. in Ioa.
tomo 9.

Marci 15.

Domini Iesu
decem addu-
ctiones ad iu-
dices memo-
rantur.

In

Ioan. 19.

Ioannis Euangelistae modestia.

Ioan. 1. Petrus in aulam pontificiam opera Ioannis inductus, ubi & Christum negavit, quos denotet.

Infra. 20.

Matth. 26.

Supra 14.

Petri olim in aquis ambulantis, propeque submersi dextra nisi Dñi Iesu renente stetit, quid prenotauerit

scripsisse nõ quæ audiuit, sed quæ præsens, & coram vidit de Annæ interrogatione, & alapa Iesu impacta: unde ipse infra ait: *Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius.* Et ne quis fortitudini adscribat, quod introiuit in atrium cum Iesu victo; addit se notum fuisse Pontifici, quasi diceret: Non tam animi constantia intraui, vt defenderem magistrum, aut vt excusarẽ cum coram Pontifice, quã quia notus eram in domo eius. Et ita seipsum extenuat, vt iactantiam, & ignorantiam deuitet, & tamen Petro non se præferat, de quo dicitur quod stabat ad ostium foris: sed Ioãnes dixit ancillæ ostiariæ, & permisit intrare Petrum. Et præstiterat sanè eò nunquam intrasse, & felicius longè olim fuit introductus per Andream fratrem suum ad Iesum, quàm modò fuerit introductus à Ioanne in atrium: & ipse Petrus debebat felicius Ioãnem introducere in sepulchrum. Et quia in aulam Ecclesiasticam opera Ioannis introductus est; notantur illi qui fauore hominum in Ecclesiasticas dignitates admittuntur, non inde exire nisi prius Christo abiurato, quemadmodum neq; Petrus non inde exiuit, nisi ad ancillæ vocem Domino negato. Sed oportebat impleri verbum Christi: *Ter me negabis.* Impletum est illud, quod Christus in typo olim Petro demonstrauit: cum enim discipuli in mari periclitarentur, venit Christus ad eos ambulans supra mare: & cum Petrus sua voce se ingessisset, ambulassetque supra mare, vt veniret ad Iesum, vidit ventum validum, & timuit, & penè submersus esset, nisi manu Domini fuisset retentus. Hoc ipsum & hic contigit: nam verè Dñs ambulabat super aquas Discipulis in mari laborantibus; quia Apostolis propter se scandalum patientibus, ipse arbitrio suo tribulationẽ patiebatur, mox victor mortis futurus. Ambulabat & Petrus super aquas vt veniret ad Iesum; quia pristinæ dilectionis memor nõnnulla sumpta audacia, modica

tamen fide sequebatur longè post Iesum: sed vbi vidit ventum validum venientem, timuit, & timendo negauit: & negando submergebatur, nisi Dñs illi porrexisset manum. Quod verò summus Pontifex haberet ostiariam ancillam, mirum esse non debet, quia etiam Rex Isboseth aliam ancillam ostiariam præfecerat domui suæ, vt dicitur in libris Regum, & propter debilem & negligentem custodiam fuit interfectus. Rhode etiam mulier, vt in Actis refert Lucas, ostium Petro aperuit. Illa enim fortè consuetudo tunc in illa regione inualuerat. Verum infelix est Sacerdos, cuius ædes claudit, & aperit caro in ancilla ostiaria significata: & in horum domibus facilè cõtemnitur, & patitur Iesus. Sed nobis maximè curandum est, vt fortem, & firmam custodiam domui conscientie nostræ adhibeamus, quæ & ingrediẽtes & egredientes diligenter inspiciat, & sciat qui sint admittendi, & qui repellendi. Rectè consulit Sapiens: *Si nõ in timore Domini renueris te constanter, cito subuertetur domus tua;* indicans timorẽ Domini optimum esse, & fortè custodem. Nam qui belli tempore hostem fortem, & exercitatum non timeret, in manifestum se discrimẽ obicit: qui verò semper metuit, tutior est, ac securior. Vnde Propheta fortitudinem vocat timorem: *Posuisti, inquit, fundamentum eius formidinem;* & filius eius: *Beatus homo qui semper est pauidus.* Debet autem maximè timeri imbecilla caro, & tanquã inepta à munere ostiarij abijcienda; & loco eius sanctus hic timor de suis viribus diffidens, & in Domino spem suam totam collocans substituendus: quia nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam, quod per diligentẽ domus sue conscientie custodiam ad æternitatis domum peruenire mereatur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper vinit, & regnat in seculis seculorum. Amen.

2. Reg. 4.

Ibidem.

Act. 12.

Domibus olim custodiendis ancillæ destinabatur apud Iudeos

Ostiaria ancilla quid de notet.

In quibus maximè locis cõtemnitur Iesus.

Quales custodes habere debeamus.

Ecclesi. 27. Optimus & fortis custos quis.

Psal. 88.

Prover. 28 Carnis imbecillitas quare metuenda, & quid pro ea nobis statuendum.

Psal. 126.



TRACTATUS XX.

DE Interrogatione Iesu per Põtificẽ facta, & alapa Iesu impacta per ministrum, in illa verba: *Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo, Ego semper docui in synagoga, & in templo quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sim ipsis: Ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes Pontifici, &c.* Ioan. 18.

Quis ille Põtifex Iesum interrogauerit de discipulis suis, & de doctrina eius



ROXIMO Tractatu præsentationẽ Domini coram Anna in gratiam Pontificis Caiphæ factam explicauimus: iam sequitur interrogatio facta à Pontifice. Et quia, vt superius ostendimus, hic Pontifex non erat Annas, sed Caiphæ; intelligendum est Annam viso Iesu ligato, statim honoris gratia ad Caipham eum misisse; vt textus Cyrilli, & eius Commentarios expressè habent, sicut superius indicauimus. Quod ex eo etiam confirmatur, quia quater dicitur hic Pontifex in singulari, siue *ἀρχιεπίσκοπος* Græcè: quod nomẽ non quadrat nisi actu summum Pontificatum administranti. Nullibi autẽ Annas hoc in loco dicitur Pontifex, sed focer eius qui erat Pontifex. Idem ostendit vis interrogandi: quod non competebar alteri, nisi Pontificatum illo anno gerenti: & Christus potuisset respondere, Non est tuum me interrogare, cum à competente iudice non interrogaretur. Tertio, quia tres alij Euangelistæ referunt, Petrum ingressum in domum Caiphæ Pontificis; ergo Ioannes, cum loquitur hic de Pontifice interrogante, exponendus est per

Cyrrill. lib. 12. in Ioan. c. 1. in. 1. mo 1.

alios tres, qui apertè exprimunt fuisse Caipham: quemadmodum quod alij tres dicunt Petrum ingressum in domum Caiphæ, exponendum est, vt Ioãnes declarat, non simpliciter, sed per alium discipulum (qui creditur fuisse Ioannes) rogantem ancillam ostiariã, vt eum admitteret.

His positis tanquam probabilioribus, & quibus dicta in speciem cõtraria Euangelistarum faciliori negotio conciliantur, & negationes Petri vniuersæ in domo Caiphæ factæ colliguntur: sequitur in textu, quod interrogauit eum de discipulis, & de doctrina: De discipulis quidem, vbi nam essent; cur ipsos elegisset; & quid per eos facere cogitaret; & quod duodecim piscatores contra duodecim Patriarchas, & septuaginta duos discipulos contra 72. seniores tanquam autor nouæ alicuius legis designaret; quodq; si verus Messias fuisset, non deseruissent eum. Hæc autem interrogatio eò tendebat; vt ipsum seditionis suscitandæ alicuius, nouarumq; rerum molientiarum auctorem, & affectati regni cõtra Romanos Principem conuinceret. Secundo interrogauit eum de doctrina, qualis

Pontifex ille quid Iesum interrogauerit de discipulis eius. Luc. 6.

Interrogatio hæc Caiphæ quorsum spectaret.

De Christi doctrina qd Calphas interrogauerit.

Jacob. 5.

Quales debeant esse Christi cultorum mores.

Plinius Iunioris honorificum de Christianis testimonium.

Potestatis spiritualis manus quod sit.

Quare Christus interrogatus de discipulis, & de doctrina, de hac tantum responderit.

Christi documentum.

esset, & vnde eam haberet, quodque ab illa Moyse, & Prophetarum dissentiens esse videretur; item quod occulta esset, & angulos quæreret. Hæreticus ergo tu es, dicebat, atque seductor, qui noua quædam citra nostram auctoritatem instituta tradidisti: vt de baptismo, & de infirmis oleo vngendis: cumque non sis ex tribu Leuitica, auctoritatem tibi docendi vsurpasti. Non ergo obijcitur Iesu quod sit aut raptor, aut adulter, aut homicida; sed tantum quod docuerit, aut discipulos assumpserit, & quod silentio non fuerit contentus, sed arguerit mundum, & opera eius. Tales debent esse Christi cultorum mores, vt de nullo vitio reprehendi, aut conuinci valeant. Vnde Plinius Iunior ad Traianum scribit de Christianis, quod non se Sacramento in scelus aliquod obstringerent, furta, latrocinia, aut adulteria non committerent, nec fidem fallerent, nec depositum appellati abnegarent; sed tantum quod soliti essent stato die ante lucem conuenire, carmèq; Christo quasi Deo dicere. Perpende præterea, non fuisse malum quod Christum interrogaret de discipulis, & de doctrina: quia potestatis spiritualis manus est curare, ne aliena doceantur, vel ab alienis legitima potestate carentibus. Boni ergo speciem obtendebat Pôrifex, sed mala suberat mens: quia sciebat, vel scire poterat, ac debebat Iesum à Deo esse missum, ac vera tantum docuisse.

Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo, &c. De duobus fuerat Christus interrogatus, ad alterum tantum respondet, id est, ad doctrinam: silet de discipulis: vel quia illa interrogatio pendebat ex articulo de doctrina; quia qualis doctrina, tales & discipuli, vt discipuli esse præsumuntur; vel quia de discipulis parum boni nouerat, quia vnus tradiderat, alter erat negaturus, omnes verò eum deseruerat: docens non statim reueladas aliorum infirmitates, ac defectus. De doctrina autem respondet vbi, & coram quibus docuerit, non autem quid docuerit, quia sciebat Pontificem maligno animo interrogauisse. Et quia multitudini testium certior fides haberi so-

let, quam singulari personæ, maxime cum de re eius agitur; propterea inquit: Ego palam locutus sum mundo, Ego semper docui in synagoga, & in templo quò omnes Iudæi conueniunt. Et in occulto locutus sum nihil. Ex duobus namque assignat facilitatem, qua possit certior fieri de eius doctrina, scilicet ex vniuersitate auditorum, quia palam totius mundi hominibus locutum se asseruit: & de singularitate locorū, vbi docebat, scilicet templo, & synagoga, vbi non nisi grauiā, & probata docere fas erat: nam ed omnes Iudæi conueniebant. Per Iudæos, intelligit Principes, & insigniores Iudæorum: ita enim illa voce per antonomasiam Euangelista vocat Iudæorum primores; quemadmodum alibi ait: Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas: & rursus: Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, &c. Et post resurrectionem Apostoli manebant in cœnaculo clausis foribus propter metum Iudæorum. Illi dicto: Et in occulto locutus sum nihil, obstare videtur exemplum Samaritanæ: nisi ipsa permissione eius publicè prædicasset: Venite, inquit, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumq; feci. Dominus verò loquitur communiter, ac vt plurimum. Quod ergo attinet ad doctrinam, Christus non tacuit, ne ipsum eius pœnitere videretur, sed eam confirmat, constanterque veritatem nos asseuerare docet propterea ait: Ego palam locutus sum mundo. Quia omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius; Et, Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Quicquid ergo Christus docuit, voluit esse publicum, & omnibus notum, ne quis excusationem aliquam posset obtinere. ¶ In synagoga, & in templo. Imò & in nauibus, & montibus, & cæpis prædicabat: hinc Salomon: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua. Expresit ergo vbi, & coram quibus sit locutus, non autem qualem doctrinam: sed in eo prouocat ad auditores suos, quod est signum fidentis in ve-

Per Iudæos Christi auditores quos intelligat Euangelista.

Ioann. 1.

Infra 9.

Infra 20.

Vt sit verum illud: In occulto locutus sum nihil.

Ioan. 4.

Malefici ingenium.

Ioan. 3.

Matth. 10.

Quam publica Christi doctrina semp fuerit, eiusq; prædicatio.

Prouer. 1.

ritate

Signū bonæ doctrinæ.

Hæretici doctrinam, quomodo tueantur suam.

Quare Christus in occulto locutus sit nihil.

Esa. 45.

Christus cur sic Calphæ respndit: Quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt.

Mos iudiciorum.

Calphæ ignauia superbia.

Luc. 23.

Iosu. 7.

Vnde Principum seu Ecclesiasticorū, seu laicorum adeo rarè vbi Dei auditores non interrogas? aut quid damnas

ritate dictorum: quod falsi Doctores non facerent propria eos absterrente conscientia, quæ eis dicat doctrinam eorum lucem ferre non posse. Hæretici interrogati non solent ad suos vel libros, vel auditores confugere, sed propria verfugia volunt errata sua defendere: nec libris; nec auditoribus simplicioribus (qui statim rem, vt se habet, euomunt) satisfiunt. Discipuli ergo mei sunt, quotquot esse voluerunt, Ego neminem excepi, omnes docui, quatum in me fuit, omnes doctos volui. ¶ Et in occulto locutus sum nihil. Quod scilicet occultos mihi aliquos discipulos facerem, quibus seditionem in populo fererem, aut secreta spargerem venena, vt Hæretici. Vnde per Esaiam ait: Non in abscondito locutus sum, in loco terra tenebroso.

Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt. Taxat malam interrogationem, & minime iuridicè factam. Cum enim æquitas legum, etiam profanarū postulet, nemini manum iniiciendam, nisi prius vehemens criminis suspicio aliquem grauet: ad hæc cum de re publica ageretur, præteritis quos ad manum habere poterat testibus multis; interrogabat eum, iqui tanquam reus astabat, cū in iudicio reo de se loquēti fides non habeatur. Taxat & ignauia, quod publicam doctrinā non audisset is, cuius erat prospicere quid doceretur. Magnates enim sæpè, siue per superbiam, siue per alias occupationes auocati rarè verbo Dei audiendo vacat: sic & Herodes etsi Christi audiēdi desiderio teneretur, tamen ad illum videndum exire designabatur. Significat ergo Dominus: Quid me interrogas quasi seductorem hominē? tanquā si diceret; Ille de causa necessario interrogatur, cuius cum de facto cōstet, facti tamen modus nescitur. Sic necessario Iosue requirebat ab Achan quid fecisset: deprehensus enim erat per sortem quod peccasset; quid verò peccasset, ignorabatur. Ego autem, cuius causa ante nunc tota in doctrinā cōstituitur; palam locutus sum, hæresim non docui, sed veritatem: nec enim hæc res in angulo gesta est; nec lucē odit: cur auditores non interrogas? aut quid damnas

verbum non auditū? Solent enim magni Prælati, & Principes huius seculi raro accedere ad conciones Sactorum virorum, ne aliquo verbo à concionatore notentur, aut ne oriatur vlla suspensio de præfidentia, & loco dignitate. Ad hæc quid me reum interrogas? quem indignum iudicas cui credatur? Si malum est docuisse; malè agunt omnes legis interpretes. Si verò malè docui, hoc oportebat te non ex propria suspicione, & inuidia, nec ex calumniatoribus, sed ex auditoribus discere. Et quia non permittitur in legitimo iudicio, vt quisquā sibi testis sit, ideo more, & lege iudicij ad auditores meos appello. Quid ergo me interrogas? Quasi dicat; Iudex non debet quærere quæ nescit, sed ea, de quibus præcedit accusatio, vel infamia, vel saltè ea, de quibus iudicia probabilia extiterunt.

Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Cunctos meos auditores testes facio; illorum me testimonio committo: dicant si quid eis non bene à me dictum videatur; mihi enim id nunc dicenti non crederes, sed potius putares me fingere, vt liberarer: quare incorruptos hos tuos testes interroga. Et adeo auditores non timeo, vt etiam tuta esse scia ab aduersarijs, quæ docui. Ideo non dixit, interroga discipulos meos, amicos meos, vel cōsanguineos meos; sed generaliter omnes auditores: tanta est veritatis confidentia, vt sola possit dicere: Neminem timeo: nulla alia doctrina, vel Platonis, vel Aristotelis ad eò perfecta est, vt hoc dicere valeat. Et dicendo: Ecce hi sciunt quæ dixerim ego, duas assignat rationes, propter quas eis, ad quorum relationem transmittet se, fides esset habenda: alteram, quod ipsi ab eo immediatè talem doctrinam audissent, & ita non erat auditus ex auditu; alteram verò, quoniā sciunt quæ dixi. Nam plures audiunt; qui tamen nesciunt ea quæ audierunt: hi verò & audierunt à me, & omnia planè sciunt quæ locutus sum. Quia verò ipse interrogabat, vt aliquid explicaretur ad calumniam struendam; quod opus est iniqui iudicis: Christus ad publicum testimonium etiā inimicorū, quo nullū potest esse certius, & inno-

Bonus, & prudens iudex, quæ nam debet interrogare.

Quanta veritatis confidentia.

Quorūm id est: Ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

Opus iniqui iudicis.

Chrysof. ho mil. 82. in Ioann. ante mad. tomo 1. Maximu veritatis argumentum. Christi libertas in respondendo.

Caietani sensus refellitur coru verboru Dni, Quid me interrogas?

Alter Caietani sensus eiusdem sententiae rejicitur.

Illud Pauli ad Christum: Quid me vis facere, quomodo accipendum.

centi salubrius, confugit: Quare Chrysostrus in Ioannem hoc ponderas, ait, quod non respondit arroganter Pontifici, sed fretus veritate: Id enim, inquit, veritatis maximum est argumentum, cum quis inimicos in testimonium adducit. Sic ille. Quia ergo Pontifex male interrogabar, dignus fuit hac severiuscula Christi responsione: qui in reprehendendo errare non poterat. Sic etiam percutientem se reprehendit ministrum. Quonia ergo decreuerat mori, liberè, & cum maiestate respondit, ne quis metu, & fracto animo respondisse posset existimare; cum liber, & nondum captus liberè, & intrepidè Principes sæpè reprehendisset. Nam hypocritæ digni erant reprehensione, & non erant palpadi; vix enim sic intelligit. Caietanus in Tetraculo quodam exponit: Quid me interrogas? Dominum petere causam talis interrogationis, vt posset respondere. Id est: Si mihi constaret cur me interrogas, ego tibi responderè. Sed certè huic sensui aduersantur verba, quæ sequuntur: Interroga eos qui audierunt. Arguit enim Pontificem per priora verba de mala, & captiosa inquisitione, & contra morem iudicum: quia cū res est publica, non rogatur primò criminis reus, sed illi, qui scire publicè potuerunt. Vnde dixit: Interroga eos qui audierunt: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Non ergo querit causam, vt possit respondere; sed arguit superfluam, & malignam inquisitionem. Deinde impium est asserere Christum dubitasse: quia Dominus sciebat illam Pontificis interrogationem illegitimam esse, & malitiosam. Vnde frustra expectaret scire causam aliquam iustam sære interrogationis, cū sciret eos invidia vri, & calumnijs agere.

Secundò exponit Caietanus: Quid me interrogas? id est, Quid est illud quod me interrogas? sicut Paulus dicens, Quid me vis facere? rem præceptam rogabat; id est, Aperi articulum, quæ nam me scire vis? Sed huic sensui occurrit ratio literæ diuersa: magna enim est differentia inter verba Pauli, in quibus Quid, non est aduerbiu, sed manifestè rem præcipiendam petit, &

inter Domini sermonem, in quo quid, tantum valet, quantum, ad quid, vel quare, vel cur, vt omnes interpretantur. Deinde iam perspicua erat res, de qua querebatur per multos sermones, id est, de eius doctrina, & discipulis. Tertio, quia Dominus interrogari amplius nolebat, neque respondere ad ea, quæ Pontifex interrogauerat, tum ex superioribus, dicendo: Ego palam locutus sum mundo, &c. tum ex sequentibus, cū inquit: Interroga eos, qui audierunt, admonens, vt more legitimi iudicis ageret. Quarto, non est verum, quod si de aliquo interrogasset, Christum responsurum fuisse: hoc enim dum absoluit Christum ab arrogatis calumnia, facit eum ignorantem, quasi nesciret illud, super quo legitime interrogari posset; cum iniqui essent omnes illi cœtus, & per inuidiam eos agere Pilatus ipse cognouisset, & Iosephus in lib. Antiqu. hoc sit testatus. Quintò obijcitur, quod seruus percussit Dominum ob illud dictum, dicens: Sic respondens Pontifici? quod non fuisset ad sensus duos primos. Est ergo sensus, quod calumniator Pontifex volebat capere Dominum in sermone: hinc de doctrina, & discipulis interrogat. Vt si quid laudis propriæ doctrinæ adferret, eum continuo superbiè accusaret: Si nouum quid quod contra Moysen, & Dei instituta videretur docere, ea ratione eum reum læsæ maiestatis, & soluentem Sabbatum accusaret. Dominus autem cum videret eum dolo interrogare, & quod formam iudicij non seruaret, reiecit tanquam illegitimè interrogantem: quod enim patens, & publicum erat, & aliunde sciri poterat, non sine iniustæ caluniæ suspicionem cœpit ab ipso reo extorquere.

Obijcit Caietanus, superfluu videri hoc quod dixit Iesus, Quid me interrogas; cum iam dixisset, doctrinam suam esse publicam. Sed certè non fuit superfluum, quia his verbis interior Pontificis calumnia magis exprimitur, & detegitur: quasi dicat; Cū sit publica doctrina mea, ita vt non sit iusta causa me interrogandi, quid est quod me interrogas, nisi quod mala mens, & malus animus te agitat? Deinde obijcit Caietanus, quod non videtur Dns seruasse

II. ratio contra sensum Caietani.

Tertia.

Quarta.

Ioseph. lib. 18. Antiqu. cap. 6. Quinta.

Veræ sententia eorū verborum Domini traditur.

Caietani obiectiones non nullæ soluntur, pro suo sensu.

II. obiectio.

Dominum Iesum, ita vt dictum est, Caiphas respondedo, nequaquam vt Caietanus contendit, immo destitit respondisse. Cyrill. lib. 11. in Ioann. c. 46. tom. 1.

Act. 23.

II. ratio.

Quò id responsum Domini spectaret tantummodo.

Sap. 6. Rom. 13. 2. Cor. 10. III. & postrema.

Caiphas minister impius ille cur dedit alapam Iesu, quinque ob causas.

De ministerio ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Hic minister Iudæorum agrè tulit se allegatum fuisse in testem, & sibi tantu honoris habitum esse, vt esset aut discipulus, aut doctrinæ eius testis. Nam dixerat: Dns, Ecce hi sciunt qua dixerim ego: dicendo enim, Hic videtur eum cum alijs presentibus demonstrasse. Hinc infelix dū gratificari vult Pontifici, se ipsum falsi, ac maligni testis vitio cōdemnauit. Dedit igitur alapam. In primis, vt ostenderet se doctrinæ eius non velle esse testem. Deinde,

mansuetudinem arguendo superiorè, cum Dns ipse se gereret pro subdito. Respondemus negando, modestiam non seruasse: id enim fecit Dns, qui errare non poterat. Deinde Annas eius non erat legitimus iudex anni illius: imò si fuisset Caiphas secundum sententiam Cyrilli, cum in ea re contra Dnm non se, vt Pontificem, & iudicem gereret, sed vt vulpem subdolam, & canem mordacem, & venenatum serpentem, debuit à Domino libero responso officij sui admoneri. Idem modestissimis verbis cōfutus est à Dño pro veritate, sicut olim Paulus alapa percussus dixit ad Ananiam Pontificem: Percutiet te Deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum Legem; & contra Legem iubes me percuti? Quod dixit contra iudicem non se vt iudicem gerentem; qui tamè cognouit Pontificem, tum ex loco, in quo sedebat p. tribunali, tum à signo vestiū, quibus erat distinctus. Ad hæc verba Dni exactè pensata nullam iniuriam præ se ferunt, sed puram annuntiant veritatem, propter quæ potius cōfundi, & respiscere debuit iniquus Pontifex, & illud in primis scire, quod omnis potestas à Deo est, in ædificationem data, & non in destructionem; & quod non sint dñi oīiū, sed pastores. Postremò ex Dni alapa percussus, singularis in responso eius apparet mansuetudo: Si male, inquit, locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c. Vbi ritū, & formam boni iudicij exegit. Sicut enim non erat examinandus in re præsertim publica; ante accusationem, ita nec ante testimoniu malæ locutionis redditū, à seruo vel ad nutum iudicis percutiendus.

Hæc autem cū dixisset, vnus assistens ministrorū dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Hic minister Iudæorum agrè tulit se allegatum fuisse in testem, & sibi tantu honoris habitum esse, vt esset aut discipulus, aut doctrinæ eius testis. Nam dixerat: Dns, Ecce hi sciunt qua dixerim ego: dicendo enim, Hic videtur eum cum alijs presentibus demonstrasse. Hinc infelix dū gratificari vult Pontifici, se ipsum falsi, ac maligni testis vitio cōdemnauit. Dedit igitur alapam. In primis, vt ostenderet se doctrinæ eius non velle esse testem. Deinde,

vt docent Cyrill. & Theophyl. vt se ostenderet non fuisse ex illis ministris, qui olim missi ad capiendū Dnm, & reuersi dixerunt, Nūquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Tertio, hoc fecit, ne quis alius auderet testimoniu pro eo ferre. Quarto, vt gratiam Pontificis venaretur, & re gratam præstaret dño suo: qui vel præcepit, vel nutu indicauit, vt percuteret, vt olim Ananias iussit percuti Paulū; vel si non præcepit, nec inuit, fuit causa ministri, vt percuteret: nec minus gratum officiu præstitit, quàm, si ex præcepto percussisset; & vt hinc adducas quàm procliuis esset Pontifex ad irrogandam iniuriam, & quale fuerit eius iudiciū. Iniquum enim est iudicium, vbi quilibet ante sententiā potestatem habet in reū. Deinde iniquus est iudex, qui videns reum ante datam sententiā affligi, tacet, & non prohibet, vel saltè non reprehendit, vt partes suæ erāt: at multò magis, si videat innocetem, & iustū ligatū affligi. In iudicio enim permittitur reo liberè, pro se loqui, habetq; etiā apud Gētes, iudiciorū æquitas, vt facinorosus iam cōprehensus, & vincus nullā iniuria, aut pœna afficiatur, nisi sententiā secundū Leges à iudicibus iuratis lata: Adhæc apparet iniquitas ministri, qui apertè testatur iniquitatem dñi sui. Secundū enim iudicē populi, sic & ministri eius, & in alio loco; Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Sed vae talibus ministris, de quibus ita ait Propheta; Quoniam Deus dissipabit ossa eorū, qui hominibus placet: & Paulus: Si hominibus placere: Christi seruus non essem. Placere ergo in malo hominib; graue peccatū est; at in bono placere, sanctū & laudabile. Vnde Paulus dicebat; Ego per omnia omnibus placeo: Et iterū; Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonū, ad ædificationem. Fuit autē hæc alapæ impactio, grauissima, ac atrocissima contumelia, quia illata fuit homini iusto, & innocenti, imò Filio Dei, & vt Ioannes pōderat, alligato, & ante causæ cognitionem. Hinc Chrysostr. super hæc verba: Quid hoc impudētius? Exhorrescat cœlū, cōtremiscat terra de Christi patientia, & seruorū

Cyrl. A. Alexan. Theophyl. Ioan. 7.

Act. 23.

Iniquum iudicium quòdo, iudex infans.

Ecclesiasticus 10.

Prou. 29. Psal. 52. Gal. 1.

1. Cor. 10. Rom. 15.

Chrysof. ho mil. 81. in Ioann. ante med. tom. 3.

Idem tract. 113. in 10. post med. 10 mo 9.

Ioan. 1.

Patiētia vincitur mūdus, teste Augusti no.

V. ratio, reprehēsi a Domino serui patientis maxillam.

Cypria. lib. 1. episto. 3.

VI. & postrema.

Christum qui percutiant in maxillam, at que adeo in totum corp⁹ suum.

Quid est: Si malē locutus sum, &c.

cavit, nec maledicta regessit, sed blandē, & mansuetē monuit seruum, vt respisceret. Hinc Augustinus in Ioanē, ita inquit: *Quid ista responsione verius, mansuetius, iustius? Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne vellemus eum qui percussit, aut caelesti igne consumi, aut terra debiscēte sorberi, aut correptum demonio volitari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna, vel etiā grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mūdus; nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus? Hæc egregiē sanctus ille Pater, qui etiā egregiē notauit, cū esset Dominus alligatus, non opus erat, vt alteram malam percutienti obuerteret, cū iam totum corpus, & se ipsum integrū tradidisset, & in manu iudicum esset. Supererat ergo, vt tantū corripere hominem, ne in errore versari eum sineret. Præterea non se ipsum, sed suam responsionem defendit, ne fateri videretur se malē Pontifici respondisse, si tacuisset, & alteram malam obuertisset. Quod Cyprianus Martyr considerauit: ob id enim ait Dominum Iesum respondisse; ne si taceret, aut aliam genam obuertisset, videretur confiteri se non ea qua decebat reuerentia ad Pontificem respondisse. Postremò hac sancta obiurgatiuncula, blandaq; serui reprehensione, voluit nos erudire de reprehensione, quā intus facit in conscientia peccatorum obiurgans eos, & cū eis expostulās: Cur me cedis superbe, auare, lasciuē, inuide, percussor, detractor, nisi vt Satanæ voluntatem expleas, tūq; exitium sempiternū accerās? aut, Cur me cedis, qui tāta pro te ne me cederes, sed à peccatis abstineres, sustinui, tantaq; in te beneficia cōtuli? Præterea quid me cedis scenerator, fornicator, vindictæ appetens, quasi malē docuerim prohibendo hæc peccata? Impone finem percussioibus tuis, ne in æternum percutiaris. Has enim, & similes obiurgationes veritas facit, etiā si à nobis aliquādo minimē acceptetur.*

Iam expendamus verba: *Si malē locutus sum*, Non ait, si mala, sed, si malē, id est, malo animo, prauaq; ratione, testimonium perhibe de hoc prauo mo-

do, pro quo in me iniurius extitisti, meq; turpiter dehonestasti. Non est enim malum, vel superbum constanter loqui pro veritate, & in illa gloriari, & illam obijcere iudici ad patrociniū. Testimoniū perhibe de malo, Id est, Tuū non est mox vindicare, sed testari, & ostēdere qd malē sim locutus; maximē cū tu nō sis iudex, sed ante iudicem cōstitas. Si verò bene locutus sum, nō solum nō sum dignus vituperatione, sed laude, & cōmendatione. Potest & hic esse sensus: Si malē locutus sum; id est, si dum prædicabam, falsa docui, & cōtraria diuinæ Legi, testimoniū perhibe de malo: nam in hoc quoq; testimonium produxi, cū omnes, qui me audierunt, adduxi: & ne me cadas, ne alioqui testimonium tuū sit suspectū, vt qui a tanta iniuria cœperis. Id est, Adhuc tibi parco, & do alapam infligam pro non infligta, vt testimonium tuū valere possit contra me, si testeris me in aliquo malē docuisse: quod si ita est, puniri volo. Si verò bene docui, pro bono opere docendi non me reor percuti, sed laudari. Si ergo doctrina mea bona fuit, & legi consona, quid me cedis, nisi vt prodas tuā insignem malitiam, & studiū hominibus placendi; quia non potes testimonio tuo mihi nocere? Neq; dicit Domin⁹, Quid me cecidisti, sed, quid me cedis? quia videbat paratū cadere iterū. Nec Dominus dixit, Iterū ne me cadas, sed admonuit, vt videret quā causam percutiendi haberet, ne percutiēdo peccaret, & putando quod noceret Christo, noceret sibi ipsi. In quo Dñs voluit pati, & simul docere illos, à quibus patimur, & corripere nos offendētes, & ad sanitatē reducere eos quibus possumus modis, vt alij eorum exēplo erudiantur. Perpende Dñm nondum damnatum respondisse, & corripuisse percutientem: qd & fecit, cū ad ipsum capiendum venerunt: nam illos constanter reprehendit, vt seruaret cū illis charitatem. Vbi verò damnatus à Principibus fuit, & tota familia Iudeorum in illum insurgere, ac eum percutere voluit; nihil respondit: nec enim erat locus correptioni, omnes enim dānauerant. Itaq; & in domo Pontificis, &

Quid etiam: Testimoniū perhibe de malo.

Sensus alter.

Expenduntur ea verba: Si autem bene, quid me cedis?

Documentū.

Christi in corrigendo sapientia.

Christi ad patendum animus paratus.

Annæ, & Caiphæ imprudentia, stultitia, malignitas in Christum.

Mos Euangelistarum.

Ioan. 12. Matth. 26. Mar. 14.

Vbi Petrus Christum negauerit, apud Annam, an verò apud Caipham.

in domo Pilati absq; voce, & mutus ad flagella, & opprobria fuit: alienis em loqueretur, nō fratribus. Fratres enim Iudæi damnauerant; Gentiles verò omnino pro alieno habebant: ideo taciturna quadam patientia, aut potius patientissima quadā taciturnitate pro se ipso respondit.

Et misit eum Annas ligatū ad Caiphā Pontificem. Hoc addit, non quod postquā alapam percussus Iesus, sit missus ad Pontificem, sed qd alligatus ad Pontificem missus esset. Itaq; etsi Iesus percutienti se responderit, non tamen se illi subduxit, quin si addere alias alapas vellet, non posset. Et vt superius admonuimus, aliqui ex Græco legūt: *Miserat enim eum Annas, &c.* Pensanda est etiam Annæ, & Caiphæ imprudentia, qui reum ante se allatum solui nō fecerant, & qui nescientes quid mali fecisset, ligatum eum habebant tāquā scelestum. Et nūc primum interrogat de doctrina, quando prius illā ex alijs cognoscere debuit: quo cognito poterat postea interrogare, an talia docuisset, vt tueretur seipsum, & quomodo intelligeret dicta sua. Præterea hoc nec in sacris literis, nec in Euangelio nouū est, vt postea enarretur, qd antea factū fuerat: quemadmodū cernere licet in cœna illa, qua Maria Iesum vnxit ante sex dies Paschæ, quā tamē vnctionem Matthæus, & Marcus tāquā ante duos dies Paschæ factam recensere videtur. Est etiam hoc & historicis Gentilium, & Poëtis proprium. Cū igitur hîc Pontificem appelleret Caiphā, Annam autem non Pontificē, sed sacerdotem eius, cumq; alij Euangelistæ inuicem consentiant: non est dubitandum, sermone esse de Pontifice Caipha. Præterea qd subdit Ioannes: Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se, quæ verba posuit supra Euangelista, priusquā de alapam mentionem faceret, quasi hæc secundam Petri negationē descripturus, sed sermonem interrupit, & alapam percussioem interiecit: nunc repetit eadem verba, vt intelligamus loco mutatum non fuisse, & hunc locum, vbi Petrus calefaciebat se, eundem illū esse, de quo supra dixerat: & sic intelligamus nō apud Annam, sed apud Cai-

pham illā negationem accidisse: quæ admodū etiam alij Euangelistæ commemorarunt eum ad ignem sedentem fuisse, in domo tantū Caiphæ: quidā tamen opinantur, vnā & eandem domum fuisse Annæ & Caiphæ, & commune arriū vtriusq;. Vnde Euthymius scribit: *Tres quidē Euangelistæ tres Petri negationes in Caipha domo factas esse dicunt; Ioannes autem in domo Annæ sacerdotis, nec tamen ob hoc inter eos est distinctio. Siquidem amborum vna domus erat, idemq; arrium, habens in se duo habitacula à se inuicē separata.* Hæc ille. Addit Caiphanus ideo dictū fuisse qd misit eū ligatum ad Caiphā, & non ait, ad domum Caiphæ. Sed certè hæc firma non sunt, nec qd volūt, euincūt. Nam in primis diuinant illorū duorū ædes, vnā, & eandem domū extitisse, cū aperte constet fuisse diuersas: nā in hodiernū diem vsq; peregrinis Ierosolymā visitantibus diuerso situ cōstitutas illas domos ostendūt. Ad hæc probabile valde est ædes pontificias fuisse singulares propè templū, & distinctas à cæteris domibus priuatorū. Ad hæc Clemens in Constitut. Apostolicis eas vt distinctas fuisse recēset. Et infirmum est argumentū: Duxerūt eum ad Caiphā, eo quod nō dixerit ad domum Caiphæ, putare quod vna & eadem vtriusq; esset domus. Nā qd Lucas ait: *Surgēs omnis multitudo eorū, duxerunt illū ad Pilatum, & Pilatus remisit eū ad Herodem, & rursus Herodes remisit ad Pilatum;* non significatur eandem ædium vno in loco, eodemq; constitutio, sed diuersarum: nec enim Pilatus Gentilis, ac Præses habitaret simul cum Iudæis, aut cum Rege Herode, vt per se planum est. Quare standū est his, quæ superius tanquā probabiliora statuimus: & Domini Iesu patientia, & mansuetudo nobis ante oculos habēda, quod aduersa, & iniurias quascunq; constanti, & libenti animo perferamus. Nam in patientia nostra possidebimus animas nostras, & possidebimus cum mitibus & mansuetis terrā uiuentium, auxilium nobis præbente Dño nostro Iesu Christo, cui omnis est gloria, honor, & imperium deferendum in perpetuis seculis. Amen.

Altero opinio, Calctant scilicet, & quorundam altorum. Euthym. in Mattha. c. 65.

Annæ & Caiphæ non vnā eandem domū fuisse, sed diuersas.

Prima ratio.

Secunda.

Tertia. Clem. lib. 5 Constit. Apost. c. 16. Facile argumentum diluitur. Luc. 23.

Vtilis omnes pro Christo iniurias perferendi ratio.

Luc. 21. Matth. 5.



TRACTATUS XXI.

DE Discussione causſæ Domini Ieſu, & adiuratione, qua adiuratus eſt à Caipha, atq; condemnationis eiufdem ſententia, in illa verba: At illi tenentes Ieſum, dixerunt ad Caipham Principem Sacerdotum, ubi Scribæ, & Seniores conuenerant. Principes Sacerdotum, & omne concilium querebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autē uenerunt duo falſi teſtes, &c. Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22.

QUAE Præcedenti Tractatu diximus, in eadem domo Pontificis Caiphæ, vt probauimus, geſta ſunt: Ioannes enim Euangelista cū legiſſet quæ apud alios tres habebantur, acta fuiſſe in domo Caiphæ, illud tantum ſuppleuit quod omiſerant, nempe adductionem Domini ad Annam, & Caiphæ interrogationem de doctrina, & diſcipulis, & reſponſo Chriſti, & alapam illi impactam, correptionemque miniſtro Pontificis à Domino exhibitam, hæc enim omnia ſingularis Ioannes enarrat: iam diſſerenda ſunt quæ habentur apud tres alios Euangelistas in diſcuſſione cauſæ Domini geſta. Superius ex Clemente Romano produxiſſimus, Chriſtum illa nocte uinctū ductum fuiſſe ad Pontificem Caiphā: ubi cum ad primum uſque diluculum ei inſultaffent, tunc duxerunt ad Annam, qui Caiphæ gener erat. Quibus in uerbis tradit, Ieſum nocte adductū ad Caipham, mane autem primo ad Annam. Anſelmus uero libro de Paſſione, oppoſitum refert, nempe quod illa nocte; qua captus eſt Ieſus, ductus

eſt ad Annā: ubi alapa percuffus, ſputis, atque alijs iniurijs laceſſitus tota nocte fuit; mane autem factō duxerūt eum ad Caipham. Sed utrumq; perinde infirmum eſſe uidetur, vt ex parte ſuperius oſtendimus contra ſententiam Clementis. Quod autem noctu fuerit ductus ad Caipham, aperte teſtantur tres priores Euangelistæ contra Anſelmum. Præterea tres illas Petri negationes ante ſecundum galli cārum in domo Caiphæ accidiffe, illis ipsis narrantibus compertum eſt. Veritas ergo Euangelica plana atq; perſpicua eſſe uidetur, Ieſum dici primo illa nocte adductum ad Annam: & deinde ad Caipham; ubi & interrogatū fuiſſe de doctrina, & diſcipulis eius, & alapam accepiffe à miniſtro, tantum probabilius, & ueritati Euangelicæ magis conſonum indicauiſſimus: ubi & adiuratus eſt Dominus à Caipha, & ab eo cum ſuis ſimul condemnatus, & hic manſit tota illa nocte. Mane autem factō, iterum adduxerūt eum in ſuum conſilium, quem ruruſus examinatum, atque damnatum, adduxerunt ad Pontium Pilatum: hunc

Vbi Petrus ter Chriſtum abnegauerit.

Vbi Petrus ter Chriſtum abnegauerit.

enim

Vbi acciderint hæc quæ propoſita ſunt, apud Annam, an apud Caipham.

Quid hæc Clementis Romani, quid ite Anſelmus Euangelicæ contraria narratione tradiderint.

Clem. Rom. lib. 5. Conſtit. apoſt. c. 16.

B. Anſelm.

enim eſſe putamus uerum ordinē hiftoriæ paſſionis, quod ad hæc attinet. Ait igitur textus Matthæi, quod tenentes Ieſum, duxerunt eum ad Caipham Principem Sacerdotum, ubi Scribæ, & Seniores conuenerant. Marcus addit, Vbi omnes Sacerdotes conuenerant; non autem Annas, cum eſſet ſenior, & nox intempeſta. Et ſequitur in Matthæo: Petrus autem ſequebatur eum à longe, uſque in atrium Principis Sacerdotum. Et ingreſſus intro (ueluti per tenebras ignotus, nec niſi opera Ioannis ancillam allocuti, vt eum admitteret) ſedebat cum miniſtris (Marcus addit, ad ignem, & caleſciebat ſe) vt uideret finem. Non ut conſpiceretur, aut imitaretur Chriſtum: ſinis autem hic, quem uidere deſiderabat, teſte Hieronymo, erat, quod amore diſcipuli, vel ſtudio curioſitatis humanæ ſcire cupiebat, quid indicaret de Domino Pontifex, an eum neci traderet, an eum flagellis caelum dimitteret. Dominus etiam uoluit ſuos diſcipulos aſſiſtere, vt teſtes eſſent oculati crudelitatis miniſtrorū, & iniquitatis Pontificis: diſcerentque ex Chriſto quanta cum patientia, & charitate eſſet crux ab eis portanda. Quod autem Petrus caleſceret ad ignem cū miniſtris: id accidit, quia nox, & frigus erat: & licet eſſet æquinoctium Vernale, ubi tamen dies ſunt calidiſſimi, noctes ſolent eſſe frigidiores. Et intus in fide magiſtri Petrus frigebat; idē humana adminicula querebat, diſſimulabatq; ſe eſſe Chriſti diſcipulum. Satis autem friget, qui ſpiritu Dei deſtitutus paratus eſt negare. Et quid poterat Petrus tali miniſtrorum ſocietate comitatus addiſcere, niſi vt abiuraret Chriſtum? Atque hæc de ſequela Petri, & alterius diſcipuli, quæ ordine hiftoriæ præcedunt adduſionem Ieſu ad Caipham, hoc loco à nobis ſunt ediſſerta, ne uerba Matthæi in plura capita feceremus. Sequitur in Matthæo: Principes autem Sacerdotum, & omne Conciliū querebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent. Et non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Perpende obſecro, quod genus iudicij, aut quæ forma cōcilij ſapientum,

Quid illud de Petro ſedente cū miniſtris, ut uideret finem.

Hierony. in 26. Matth. tom. 9.

Petrus & Ioannes cur eſſent in domo Pontificis.

Quare Petrus ſedebat ad ignem.

Quid ſocietas impiorum tantū doceat nos.

Caiphæ, miniſtrorumq; eius qualis forma iudicij contra Chriſtum.

& religioſorum, in quo omnium conſenſu falſi teſtes, qui contra animam innocentis deponant, perquiruntur. Rectè in pſalmo dictum eſt: In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt. Iam Chriſtus captus erat, ligatus, & alapa percuffus, & adhuc ignoratur quare ſit accuſandus. Sic ſolent impij dānare quæ non nouerunt: ſic Saul interemit Achimelech, & Ioachim Rex Prophetam Vriam: tales ſunt & illi iudices, qui reum morte pleſtunt prius, ac deinde cauſam inquirunt, & cognoscunt. Quoniam igitur uerum teſtimonium in Ieſum proferre non poterant, falſum quærun, vt eum neci traderent per Pilatum Præſidem. Eſt autē falſus teſtis, & Deo, & ueritati ipſi, iudici, atque adeo innocenti, in quem teſtificatur, & ſibi ipſi iniurius: debetq; omnia, alia damna, & famam reſtituere, quod eſt ualde difficile, & acerbū nimis. Quam multi hodie quærun falſos teſtes aduerſus Ieſum. Nā dū quærimus qui teſtentur Ieſum hoc, aut illud dixiſſe, quod non dixit, vel non dixiſſe quod dixit, ut Hæretici omnes faciunt, & carnales, qui Scripturas ad ſua ſomnia & uota pro libidine detorquent ſua, quid niſi falſos teſtes quærun contra Ieſum? Ac ſubdit, quod non inueniebant, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Conuenerant quidem multi, qui fallere uellent, ſed, ut ait Marcus, conuenientia teſtimonia non erant, quia uidelicet ſibi ipsis contradicebant, & diſſidebant: perinde atque illi ſeniores, qui falſum contra Suſannā dixerunt teſtimoniū; Vel, non erant conuenientia, ſiue ut Græcè dicitur, ſufficiencia, quæ necē Chriſto inſtigendam euincerent, vt quærebant. Obſerua ergo plures falſos teſtes inueniri, ſed non falſum teſtimonium: teſtis enim, perſonam teſtificantem ſignificat; teſtimonium uero, de poſitionem, ſeu teſtificationem. Complures ergo falſos teſtes ſubornabant contra Dominum: ſed cum ad deponendum teſtimonia accedebant, contingebat eis quod Prophetæ Baalam, qui cum maledicere populo Dei nitebatur, ei egregiè benedicebat.

Pſal. 30.

1. Reg. 22. Jerem. 26.

Iniqui iudices quibus ſimiles ſiant.

Falſus teſtis quā ſit pernicioſus.

Mores Hæreticorum, ingeniumque.

Falſum teſtimonium horde quærant aduerſus Ieſum.

Dan. 13.

Teſtis, & teſtimoniū diſſerunt.

Quales falſi teſtes Caiphæ aduerſus Dominum. Num. 24.

Ita

Ita istis euēnit, qui animo, & verbis cōpositis, & fictis accedebant, quibus eū tanquam blasphemum, legis transgressorem, Sabbati violatorē, maleficum, dæmonum consortem, & Cæsaris aduersarium proderent, atque comproarent; at verò cum os aperirēt ad deponendum, nihil aliud, quàm eius mirabilem doctrinam, vitæ sanctimoniam, & signa stupenda pronuntiabāt. Hinc itaq; fiebat, vt etſi multi falsi testes cōparerent, nullum tamen eorū testimonium esset cōueniens: quod mysterio, siue virtuti Christi tribuendum est. Voluit enim Christus ostendere, suam innocentiam vllō testimonio, vel falso lædi non posse: voluit nulli videri iure occisus. Si enim Caiphæ Christū innocentem, probatum tamen nocentem iudicare potuisset, iure apparere damnatus potuisset. Isti falsi testes figurati sunt in illis duobus falsis testibus contra Naboth vitum iustum subornatis, vt illi vineam eriperent, fingētibz Naboth blasphemasse; & in illis senioribus, qui Susannam pudicam foeminam de adulterio criminati sunt. Prædictum quoq; fuerat per Prophetas de illis: *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me; & iterum, Insurrexerunt in me testes iniqui, & mērita est iniquitas sibi; & Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.* Hinc apparet summa Christi innocentia, in quem nec falsi testes deponere potuerunt. Quoniam verò nec peccator, nec iustus, nec Christus ipse via falsorum testimoniorū volunt puniri: ideo Christus Dominus voluit neci tradi propter vera testimonia asserentia ipsum se facere Regem, & Filium Dei, vt sentētia postea omninō appareret iniusta, nō ob falsos testes, sed ob veros, ob quos non morte, sed laude, & honore dignus erat. Quia Christus sicut erat verus Rex, & Filius Dei, ita talem se esse prædicabat: quod an esset verū, nec ne, nō erat testium examinare, sed iudicis habentis Dei Spiritum. Et ita per testes in facto veraces, sed falsos, atque corruptos mente, animoque, & per iniusta iudicia in Christum pronuntiatum est.

Nouissimè autem venerunt duo falsi

testes: & dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reedificare illud. Quod ita à Marco explicatur: Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicētes, Quoniam nos audiimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manu factū, & post triduum aliud non manu factum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Horum duorum falsum testimonium Euangelistæ operæpretium esse enarrare duxerunt: siue quod vanam, & ridiculam contineret falsitatem, & ex hoc vno reliqua qualia essent, colligeremus; siue quod illud, mysterium mortis Christi, de quo nunc agitur, complectitur. Cautum erat in Lege, ne vnus testimoniū contra quēpiam reciperetur: *Non stabit, inquit, vnus testis contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum:* contra regulam tamen Legis innocentē per falsos testes condemnare nitūtur, Legi repugnantes, quæ iubet: *Non suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium.* Et infra: *Insontem, & iustum non occides.* Erant igitur falsi testes, quia verba Christi, & sensum deprauare conabantur. Ideo merito subiungit Marcus, quod non esset illorum conueniens testimonium. Primum, quia immutabāt eius verba, Dominus enim dixerat: *Soluam templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud:* Isti verò dicebant, *Nos audiimus eum dicentē, Possum destruere templum hoc manu factū, & post triduum reedificare illud.* Vides quanta sit in verbis dissonantia? Cæterum maior est secundò in significatione: Christus enim intellexit de templo corporis sui, vt testatur Euangelista, & ipsi illud non ignorarunt, cum ad Pilatum dicerent post Christi mortem: *Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuēs: Post tres dies resurgam.* At hi de templo Dei manu facto mendacissimi, & falsi testes intellexisse se indicant: cum enim verba alicuius rei accusati duplicem facere possunt apud vulgus sensum, tunc vt verè accusetur, & damnetur, debent in vtrōq; sensu esse malè prolata. Si enim

Ioan. 2.

Horum duorum falsum testimonium cur expresse- rint Euangelistæ.

Deuter. 19.

Matth. 18.

Exo. 23.

Quomodo constet falsos esse testes huiusmodi, cum tamē vera dicerent.

Ioan. 2.

II. ratio.

Matth. 27.

in vno

In legē committit, qui verba legis amplexus, cōtra legis nititur voluntatē. Tertia ratio. Reg. 16.

Falsi contra Dñm testes quosnā aptè representant

Quarta ratio

Ioan. 2.

Matth. 26.

Cur Caiphæ Iesum ad respondendum adegerit.

Caiphæ insignis nequitia

Beda in Marc cap. 14. tom. 5.

in vno sensu vera sunt, in quo reus visus est ea dixisse, falso accusatur in alio sensu. Hinc C. de leg. 1. Nō dubiū, eleganter dicitur: *Non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem.* Et ff. de legib. 1. Contra: *In fraudē legis facit, qui saluis verbis legis, sententiā eius circumuenit.* Tertio, eo etiā dato qd Christus loqueretur de corpore Salomonis tēplo: non tamen ad mortē condemnari debebat: solius enim Dei est actū interiore malū punire, homines vero, qui solū vidēt ea quæ patent, externā quidē actionē prauam possunt punire. At ista tēpli destructio, & reedificatio ostendebat tantum hominem superbū esse, iactantem, at morte minimè dignū: ideo ipsi nullius ponderis futurū putabant apud Pilatum tale testimonium. Istis falsis testibus similes sunt Hæretici, qui etſi multi sunt, si seorsū de fide sua interrogentur, ab se inuicē discrepant. Et quid ni, cū a semetipsis diuellantur, & à regulis suis variēt, vt testis est Tertull. lib. de præscript. Hæretic. Adde, quod vt verba Christi peruertebant in sensum alienū, nēpe quæ dixerat de corporis sui tēplo, ad materiale detorquebant, ita Scripturæ verba, aut sensum peruertunt. Dixit enim Christus de corpore suo: Hoc est corpus meū: illi per metonymiā, vel alias importunas figuras dicūt; Hoc significat corpus meū, vel: Hoc est symbolum corporis mei. ¶ *Et surgens Princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur?* Vidēs Sacerdos, quod nec propter hoc testimonium contra Dñm quicquam agere poterat, quod videlicet iustitię vmbra nullam præ se ferret, propter eā impatiētia actus, vt exponit Glossa, cum vehemēti clamore interrogare cœpit, vt saltem ex ore eius quicquā extorquere posset, quod iniustitiā suā operiret, & causam Dñi læderet. Et agnosce malitiā: Testimonia, quæ apud ipsos erant inualida, & parum conueniētia, quasi essēt solida, & vrgētia, in Christū obijciunt. Hinc Beda ait: *Quanto plus Iesus tacebat ad indignos responsione sua falsos testes, & Sacerdotes impios, tanto magis Pontifex furore superatus eum ad*

respondēdū pronocat, vt ex qualibet occasione, sermonis locū inueniat accusandi. Iesus autem tacebat. Et merito: nā talis erat testium depositio, & tam debilis, vt nihil euinceret, neque aliud à Christo promereretur respōsum, sed à iudice tantum inquisitionē, qua falsos testes deprehensos cōdigna plecteret pœna. Atque ita Daniel contra falsos testes Susannæ egit, & innocentē Susannā tutatus est, & seniores falsos testes condigna talionis pœna condēnauit. Ipsi autē nō Danielis serui Dei, sed seniorū diaboli seruorū imitatores esse maluerunt. Iesus ergo tacebat, quia per tales testes qui in specie veraces & mente deprauati essent, mori volebat. Et merito: quia iste iudex persimilis suis testibus videbatur: & indignus erat Christi responsio, cū mēritus esset in eo quod dixit, *Aduersū te, cū nihil aduersū Iesum dixissent.* In illo etiam verbo, *Testificantur,* mendaciū ptulit: non enim testificari, sed calūniati fuerant. Est enim testificari, autoritate testificantis personæ veritatem aliās nō probabilē cōprobare: at illi falsi testes nulla prorsus autoritate facti erāt. Taceret, vt impleat prophetiā illam: *Posui ori meo custodiā, cū consisteret peccator aduersū me: Obmutui, & humiliatus sū, & filii à bonis, dū videlicet innocentie gloriā nō quæsiuit: & illā Esaia: *Quasi agnus corā rōdente se, obmutescet, & nō aperiet os suū: & David: *Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabātur. Ego autē tanquā surdus nō audiebā, & sicut mutus nō aperies os suū. Et factus sū sicut homo nō audiēs, & nō habēs in ore suo redargutiones.* Tacuit enim, qd sciret illa testimonia apud eos nō haberi vt cōueniētia, & firma. Pulchrè Aug. *Aperta,* inquit, *mēdacia nō sūt respōsione digna.* Nouerat Ies⁹, quicquid dixisset, fore ad calūniā rapiendū: & quanquā ibi esset species quædā iudicij, re ipsa tamē impiorum latronū erat cōciliabulū. Et vbi nulla iustitia, ibi nullus defensionis locus. Obserua etiā, quod cū quis corā alijs infamia traducitur (maximè si persona publica existat) qui nesciunt crimē obiectū falsum esse, obligatur quis famā suā tueri, quam qui negligit, crudelis**

Cur falsò accusatus Iesus apud Pontificē Caiphæ, tacuerit.

Daniel. 13. & seq.

Caiphæ mendacia contra Christum.

Quid sit testificari.

Psal. 38.

Siluerit à bonis quomodo Christus. Esaia 53. Actor. 8. Psal. 37.

August. Aperta mendacia non sunt responsione digna, ait Augustinus. Vbi nullā iustitia, ibi nullus defensionis locus. Qui negligit famam, crudelis est.

V est.

est: si autem omnes astates intelligerent per calumniam illud obijci, superuacua neū esset repugnare, & se innocentem ostendere. At hic Princeps Sacerdotū, & omne cociliū quarebant falsū testimoniū in Iesum, & omnia hęc obiecta cognouerāt esse falsa, ideo consultum fuit tacere. Per hęc igitur falsa testimonia, o bonē Iesu, quibus oppressus fuisti, dignare me liberare à veris testimonijs, quæ iustitia Dei habet cōtra me, & a falsis hominū testimonijs, sicut eripuisti Susannā de falso crimine, & B. Athanasii ab Arrianis accusatū de brachio Arsenij p̄ciso, & de vi mulieri illata, quę ab Hæreticis subornata ingressa erat in Synodū: vnde & cū risu explosa est. Cauēat etiā magistrat⁹, ne falsos testes in eorū fauorē testificātes impunitos relinquāt; quia est inæqualitas diuersis lācibus ponderare; cum tamen iustitia vno tantū cū pondere depingatur in dextera, & cū gladio in sinistra. Sed nos gladiū eius dexterae apponimus ad feriendū, & p̄odus collocamus in sinistra: quia magis volumus punire, quā merita causæ p̄derare. Estque præbere ansam multis falsis testificandi, cū sciant se nocere posse, ac non ob id puniri. Aduertant etiam iudices, siue scribæ, aut notarij qui de positionē testiū accipiunt, vt integrè scribant quæ dicuntur, neq; tam quæ nocere, quā quæ etiā iuuare reum possint: alioquin si consulto omittant ea, quæ quavis ratione reū iuuare possēt, ipsi falsi testes fiunt, & illis est imputandū quicquid reo acciderit. Neq; valet, si quis dicat dari reis defensiones, in quibus possunt pro se testes p̄ducere. Sed primò esset idē testis bis producendus in eadē causa, modò quidē contra reum, deinde in fauorē eius: vnde fidē sibi ipsi derogaret, vel fortasse noller testari pro eo, cōtra quē dixit. Adhęc maiore vim habet dictū in actis cōtra eum factis, si quid dicat reū releuans, quàm si illud producat, dum se tuetur. Quod si notarij in hoc grauiter peccāt; sciant tamen iudices, qui ex actis notariorū sententiā ferūt, si hęc sciūt, & non magnis pœnis inhibent, grauissimè peccare, & omnium damnorū, atque omnium pœnarum, quę iniuste

reō irrogantur, debitores constitui.
Et Princeps Sacerdotū ait illi, Adiurante per Deum viuū, vt dicas nobis si tu es Christus Filius Dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Marcus addit clari⁹, Filius Dei benedicti? Iesus autē dixit illi: Ego sum.
 Cū Caiphas falsis testimonijs nihil p̄ficeret, neq; verbū aliquid à Christo extorquere posset; nā Iesus perspecta cordis eius malignitate tacebat, cōuertit se ad eū adiurandū, vt veritus autoritatē pontificiā, & nomen Dei, verbū aliquid habere posset, & vtrāuis questionis partē eligeret, accusationis p̄beret ansā. Si enim se Christū & Filiū Dei confiteretur, accusaretur & cōtra Romanos, regni affectator, & contra Deum, diuinæ dignitatis vsurpator: si verò negaret se esse, accusaretur, vt qui illos titulos pri⁹ sibi falso assūpisset, & seditiosè ante aliquot dies acclamari fecisset: *Benedict⁹ qui venit in nomine Dñi, Rex Israel.* nolens (etiā cū admonit⁹ esset) turbā ab ea cōpescere acclamatione. Et duo priores Euangelistæ quia huius adiurationis meminerūt, Ioannes solus (cū vidisset hęc historiā plenè ab alijs tractatā) eius nō meminuit, sicut nec Lucas. Est autē adiurare Latinū, siue exorcizare Græcū, potestate superioris aliquid ad quippiā dicendū vel agendū cōpellere; & ita adiuratio semper à maiori, qui amatur, ac timetur, ad minorem depromitur. Hinc Caiphas dubitans ne Filius Dei esset, per Deū viuū, hoc est, per Patrē Filiū adiurabat, vt saltē intuitu paterni honoris, siue amoris, seipsū quis esset explicaret. Et quomodocunq; Caiphas adiuraret illū, constat admittere, Deū verū & viuū posse habere filium naturalem. Nec absoluitur Caiphas per illā sententiā: *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes:* quia ex hoc loco eadē esset aduersus omnes exactio. Quēadmodū autem in concilio collecto cū dixit: *Expedi vobis vt vnus moriatur homo pro populo,* non à semetipso hoc dixit, sed cū esset Pōtifex anni illius, prophetauit: ita & nunc fortassis à semetipso non loquitur, sed cū sit Pontifex, verum fatetur, quia Deus Filius habet, quem adiurādo non intelligit, & asserit esse Christum. Obserua igitur

Caiphas cur Christum ad iurauerit per Deum viuū, vt se Christū esse responderet.

Ioan. 12.

Adiurare seu exorcizare quid sit.

Ioan. 11.

insidio-

Daniel. 13.

Magistratib⁹ quid cauēdū

Diuersis lācibus ponderare inæqualitas est.

Iudicib⁹ siue notarijs quid animaduertēdum atq; obseruandum diligentē.

Obiectio refellitur.

Iudices qui peccent grauissimè.

Caipha interrogatio captiosa & hypocrítica.

Impiorū qualia consilia, teste Salomone.

Prouer. 12. Ierem. 5.

Quare Caiphas Dñm adiurauerit, non ab eo exegerit iuramentum, vt iudices.

Iudæi cur Deum viuū appellarent.

Psal. 134.

Qualem Deū adorent Christiani secundū Iudæos magistros.

Generatiois diuinæ & humanæ seu naturalis delictum.

Quēadmodū iurare Iudæi mos esset.

insidiosum Caiphæ problema. Adiuratur enim vt dicat si ipse est Christus, & Filius Dei viuū: & hoc in virtute Dei viuū, vt quocunq; se Iesus veritat, capiatur. Nam si taceret, Dei autoritatem, atque summi Sacerdotis contemnere videretur: si negaret se Messiam ac Filiū Dei, veritatē negaret, sibi que contradiceret, qui toties Filiū Dei se esse confessus esset. si autem confiteretur, tanquam reum blasphemie condemnare posset. Atque ita captiosa erat interrogatio, & adiuratio, & prætextu pietatis fiebat tantum, & nomine Dei viuientis benedicti. Rectè ergo Salomon ait: *Consilia impiorum fraudulenta. Verba impiorum insidiantur sanguini:* & Ieremias; *Inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros.* Et consulto malignus Pontifex noluit agere per viam exigendi iuramentum, quæ vi solent iudices, cū aliæ sufficientes probationes in iure deficiunt: tūc enim stari solet iuramento rei: quia videbat se illa ratione nihil posse promouere negotium suum, & magis per adiurationem promouere. Iudæi Deū vocabant viuū, ad differentiam idolorum, quæ Deos mortuos appellabāt, nec vitam alijs dare poterant: *Oculos, inquit, habent, & non vident: aures habent, & non audiunt:* neque enim est spiritus in ore ipsorum. Et vsque in hodiernū diem insultant nobis Iudæi, quod Deum mortuum adoramus. Sed ignorant cæci Christum Deum esse, & à mortuis gloriosum post tridū surrexisse. Est autem omni viuenti naturale gignere sibi simile in specie, ac Deo in natura eadem indiuidua: & impartibili: & ita moris erat Iudæis iurare, Chai Iehoua, id est, Viuū Deus. Dominus igitur non permisit falsos testes inueniri, quales Iudæi volebāt, & per quos fieret iudicium; sed ipse Caiphas petiit à Christo testimonium verum & idoneum ad mortem infligendam. Et Iesus verè testatur de se quod sit Filius Dei, & Messias. Et vt Deus illis non defuit, ita neo illi suo muneri deesse debebant, sed malitia obcæcati volunt occidere hæredē, vt

accipiant hæreditatem. Et si autē Christus non cogereur respondere adiurationi Caiphæ, quia eius legitimus iudex nō erat, sed potius Christi Caiphæ esset iudex, imò viuorū omnium, & mortuorū: nihilominus ob reuerentiā diuini nominis respondere voluit, & sic veritatē confitetur, vt & ipse iactantia notā non incurrat, & eos de obstita nata metis suæ cæcitate confuteret: quoniam cum legem scire deberet, facile poterant Messiam filiū Dei in lege præmissum agnoscere, si voluissent, atque eum agnitū venerari, & populū omnē ad salutis viā inducere. Deniq; respondit non obligatus adiurationi respondere, ne si non respōdisset, obligati ad respondendū, respōdere negligerent: amputauit ergo occasionē his qui illā querūt. Ita fecit, cū interrogat⁹ an tributū solueret, asseruit se nihil debere, vt qui filius Regis esset: sed ne scandalum gigneret, vel alij eius exemplo soluere nollent, Petro mandat, vt pro vtroque soluat didrachmum. Si ergo respondet, nō obligatus respondere, id fecit, vt se pro nobis sponte tradere ostenderet. Nam nisi cōfiteretur, morti minimè adiudicaretur: siquidem Iudæi hypocritæ nihil sine prætextu & colore iustitiæ faciebant, ac ob id sine testibus, aut propria confessione nunquam damnassent. Fuit ergo hæc confessio charitatem Domini immensam explicans.
Dicit illi Iesus, Tu dixisti, siue vt Marcus ait: *Ego sum.* Vtrumque enim dixisse est verisimile, vt tradit Euthymius; et si primū reuera secundū contineat, omnino fieret inexcusabiles. Noluit negare quæ expediebat oēs scire Sciēs autē illos nō modò nō credituros, imò contēptuos ob corporis imbecillitatē, & inde mortis occasionem captaturos, aperte confessus est veritatem, illam propriæ vitæ præhabendam ostendens, si ita causa posset. Ait igitur, *Ego sum, & me esse, nisi ex cæcati essetis, possetis cognoscere ex testimonijs Scripturarum,* quæ de ipse loquantur, ex prædicatione Ioannis Baptistæ, ex voce Patris mei de cælo lapsa; denique ex operibus meis vsque in præsentem horam factis, quæ omnem

Matth. 21. Quare Christus Caiphæ se adiuranti responderit, cum tacere potuisset.

Aster. 10.

Iudæorum hypocrisis.

Cur Christus Caiphæ respondit, esse se Filiū Dei. Euthym. 6. 65. in Mat.

Vnde Iudæi agnoscere potuerint Iesum esse Messiam, & Filiū Dei. Matth. 3. Infra 17.

create virtutis facultatē excedunt. Sed quoniam fidei luce reduci ad veritatē hanc tam apertam recusatis, seueritate extremi iudicij (velitis, nolitis) ad eā trahendi estis, cum eum totius mundi iudicē videre, & agnoscere cōpellemini. Propterea subiunxit: *Veruntamen dico vobis, amodo videbitis Filiū hominis sedentē a dextris virtutis Dei, & veniēte in nubibus cæli.* Hæc Christi responsio apta erat sui fidē facere, si circumstantiæ pensentur: quomodo enim posset imbecillis homo, & quasi reus ligat⁹, præ sente toto concilio, & non ignorata morte quæ illi imminebat, tanta cum autoritate & maiestate loqui, qui mitissimus alioquin erat ad omnes iniurias, nisi in eo lateret diuina maiestas? Solent enim qui falso & inaniter iacta re se solent, eū ante iudices sistuntur, pallefcere, turbari, animoq; deijci, & metus signa indicare: at Christus tanta cum maiestate & grauitate loquitur, quāta ex throno loquitur iudex. Cum ergo ait; *Ego sum*, diuinitatē suam confitetur: cū dicit; *Filiū hominis*, humanitatē. Vnde apud Danielē, & in Apoc. dicitur: *Ecce cū nubibus cæli quasi Filius hominis veniebat.* Expende verbū: *Veruntamen dico vobis*: quasi diceret: Quia ob id me vt Messia recusatis, quod in me illā maiestatē, quā sperabatis, non conspiciatis; volo tamen vestræ vos deceptionis admonere. Non est hic aduētus ille, quem putatis, sed amodo, hoc est, in secūdo aduētū, vel amodo, id est, ex his, quæ modō patior, & vestris sentētijs iudicandū me subijcio, promereor venire iudex vniuersi orbis; & tunc me videbitis veniēte iudicem, & loquentem. Et cū non solū se Christū, & Dei Filiū, sed etiā vniuersi orbis iudicē cōfiteatur; illa particula *Veruntamen*, non est accipienda aduersatiuē, sed pro, Imō, vel, Et sanē: sicut sæpe accipitur in Psalmis particula *Græca αὐτῶν*, Et quia, vt patet ex Marco, & Luca, hoc loco hoc respōdit sic Christus; *Ego sum, & videbitis Filium hominis*, & quæ sequuntur, explicando magis q̄ esset Dei Filius, & Christus. Posset tamē esse ratio aduersatiuę particule, si suppleam⁹ aliquid hoc modo: Ego sū Christus filius Dei, vt tu dixi-

sti, qui etsi homo humilis & imbecill⁹ appareā vobis, aperio tamē vobis me breuī appariturū in forma gloriosi, & vniuersalis iudicis. Cūque esset adiuratus de duobus, an scilicet esset Messias, & Filius Dei: ad illa duo respōdit affirmatiuē, *Ego sū*: tertiuū verō addidit quod esset vcturus cū gloria iudicare, vt saltē eos terrore iudicij ad respicientiā excitaret. B. Hilar. in expos. 2. Psal. illud verbū: *Amodo videbitis Filiū hominis veniēte*, nō de secūdo aduētū, vt alij, interpretatur, sed de resurrectionis gloria. Scribit enim: *Cum ait: Amodo videbitis Filiū hominis sedentē a dextris virtutis Dei: tēpus quo Filius hominis, qui & Christus, & Dei Filius, & confessu Dei dignandus esset, ostendit: vt qui antē Dei Filius, tū quoq; & hominis Filius esset, vt id, quod tū Filius hominis est, ad perfectū Dei Filiū, id est, ad resumendā indulgēdamq; corpori aternitatis suæ gloriā per resurrectionis potentiam gigneretur, quā gloriā a Patre corporeus reposcebat. Qui enim in forma Dei erat, formam serui acceperat: & accepta huic forma serui gloriā Dei, in qua māsit, postulat, dicens: Pater glorifica me apud teipsū, ea claritate quā habui priusquā mundus esset apud te, &c.* Sic ille, quæ etsi vera sint, & aduerbio illo: *amodo* confirmetur, & August. ad Esychiū exponat de nubibus mysticis, de quibus: *Nubibus mādabo ne pluāt super eā imbrē*: quomodo Christus venire in nubib⁹ quotidie non cessabit vsq; in finē seculi? in suis enim adueniēs credētibus agnoscitur Christus: maius tamen pōdus, & vim ad incutiendū terrore habent, si de aduentu ad iudiciū intelligantur. Nam proprie tūc dicitur venire in nubibus cæli: sicut enim in ligno pendens, & existēs in aere pro omnibus mortuus est; ita in aere a terrā exaltatus, mundū sibi subditū iudicabit. Et per illud, *Amodo*, tantū significare voluit Dñs, quod post istud humilitatis suæ tempus visuri essent aliquando in alio maiestatis, & gloriæ statu: Est enim familiare in Scripturis, aduentū Christi prædici tanquam iam iam immineret: eo quod nouissima sit hora, & quoniam mille anni apud Deū, tanquam dies hesternæ: quæ præterijt.

Alter sensus.

B. Hilarius.

Philip. 2.

Ioan. 17.

Aug. epi. 30 paullo ante med. tom. 2 Esaiæ 5.

Vter sensus præstare videatur.

De secundo Christi aduētū Scripturæ quomodo loquantur.

Psal. 89.

Nubes

Quare in nubibus ad iudicandū Dñs venturus sit. Act. 1.

Nubes quod officiu Dño præbuit in cælum ascendenti.

Matth. 16. Cū Dñs a-llis Apostolis interdixit ne se dicerēt Christū; cur id modō ipse tam liberē & aperte profiteatur.

Euthym. c. 65. in Mat.

Concilij apud Caiphā contra Iesum congregati conditiones iniquissimæ.

Cur Caiphā sibi vestimenta conscidit, Christo se Dei Filium respondente. Beda in Matth. 26. tomo 5.

Nubes autem non ad opem, vel sustentationem iudicantis deseruiunt, sed ad quandam tolerabilē visionē iudicandi populi. Nec enim nubes, quæ ipsum ascendētem suscepit, sui corporis fuit opportunum vehiculū, sed quoddam moderamen glorificati corporis, quo Apostoli possent Christi ascēsum propensius intueri. Percontaberis: Quid est quod Christus dum viueret & prædicaret, Apostolis interdiceret ne ipsū dicerent esse Iesum Christum; nunc autem tam aperta voce se Christum & Filium Dei profiteretur? Dicendum est, illud magnis ex causis factum esse: nō ignorās enim, q̄ nequaquā essēt credituri; deponit tamen veritatē, ne postea dicere valerēt: Si postquam adiuratus es, respondisses, vtique credidissimus: vt docet Euthymius. Quando enim iā erat moriendum, apertē de se locutus est, qui aliās cū prædicare vellet, & miracula edere, ne scādalum daret, tacere iusserat, quo auditores accommodatores, & Euangelio audiēdo minus ineptos redderet. Cū autē extremus actus peragendus esset, tacere non debuit, præsertim interrogatus à Pontifice quis esset, ne non dictum aliquādo dici posset ab eo ipso, quis esset; & ne aliquis dicat nos plus illi tribuere, quā ipse sibi. Nunc autem eorum scandalū non euitat: quia iam satis probatū reddiderat hunc articulum quod esset verus Messias, & verus Filius Dei.

Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: *Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis.* Eadē omnino habet Marcus. Perpende in primis: ijdem homines sunt iudices, testes, pars aduersa, & carnifices; vt vndique appareat hulus iudicij intolerabilis iniquitas, & peruerfitas, & nocturno tēpori conueniens; quod tamē tempus iudicij integritati aduersatur quāmaximē. Princeps ergo Sacerdotū, cui inimica erat veritas, & ingrata, eius animū vertit in furiā: fista igitur religione, quo Christi crimen atrocius redderet, vestes conscidit, id est, effodit, quibus induebatur, vt ait Beda. Et licet Euangelista de solo Pon-

tifice hoc referat, verisimile tamen est ministros idem fecisse, qui suos dominos in huiusmodi imitari solēt, de quo Poëta quidā dixit: *Si dixeris astuo; sudat.* Volebant autem hac ceremonia vestes dirūpendi, dolorem cordis, & contritionē, quæ zelo diuinæ maiestatis cor eorū rūpebatur, indicare, vt fecit Ezechias Rex auditis Rapsaces blasphemijs, & Apostoli Paulus & Barnabas in Lycaonia. Est enim blasphemix crimen horrendū ac deplorandū, sicut gloria Dei ab omnibus maximē est opitanda, & procuranda. Significabat etiā illa scissio vestium, vt docēt Origenes & Leo Pōtifex, ac Beda, & quodāmodo prophetabat, sciendū esse Sacerdotiū Iudæorū, cū tunica Christi incōsutilis integra permanserit in signū stabilitatis æterni Christi Sacerdotij. Scidit ergo vestem, in signū quod Pontificatus à Iudæis scindebatur, teste Samuele, qui cū orā chlamydis per Saulem videret discissam, dixit: *Scidit Dñs regnum Israel a te hodie*: ita hic. Vnde Leo Papa serm. de Pass. reatē ait: *Caiphā autem ad exaggerandam auditū sermonis inuidiam, scidit vestimenta sua; & nesciens quid hac significaret insania, sacerdotali se honore priuauit. Vbi est Caiphā, Rationale pectoris tui? vbi est continentia cingulū? vbi Superhumeralia virtutum? mystico illo, sacratōq; amictu ipse te spoliās, & proprijs manibus Pontificalia indumenta discerpis, oblitus præcepti illius, quod legeras de Principe Sacerdotum: De capite suo cidarin non deponet, & vestimenta sua non disrumperet. Tu verō, à quo iam alienabatur hac dignitas, ipse tibi es executor opprobrij, & ad manifestādum finem veteris instituti, pertinet eadem diruptio sacerdotij. Sic ille. Et Hieronymus hoc loco: *Quem de folio sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad scindēdas vestes prouocat. Scidit autē vestimenta sua, vt ostendat Iudæos sacerdotij gloriā perdidisse, & vacuam sedem habere Pontificis.* Sic ille. Et subiungit: *Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus?* Quā diceret, nulla est indigentia testium, vbi rei est aperta confessio, & vt dici solet, nulla maior probatio, quā propria oris confessio; præsertim sine tormentis adhibitis.*

Iuuen. Sat. 3. ante med

Scissio vestium apud Iudæos quid significet.

4. Reg. 19. & Esaiæ 37 Act. 14.

Orig. tract. 30. in Mat. ante med. tomo 1.

Leo Papa serm. 6. de pass. initio serm. Beda, vbi supra.

Ioan. 19. 1. Reg. 15. Leo Papa ibidem.

In Caiphā inuectiua mag. Leonis.

Leuit. 21.

Hieronym. tomo 9.

Caiphe in
Christu odia

1. Ioan. 4.

Piorum Prin
cipum prop
rium quid.

Blasphemie
scelus graui
simum.

Chryf. hom
85. in Mat.
tomo 2.

Caiphe infi
guis malitia.

Hebr. 7. &
sapè infra.

Leuit. 24.

Et cum scissionis vestium signo Pontifex declarasset indignationem suam; tamen e contrario verbis satis significauit suum ob extortam confessionem, propter quam illum accusare possent, gaudium, cum dixit: Quid adhuc egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiam. Hec enim vox est gaudentis, se post longam expectationem compotem voti sui effectum. Dixit igitur: *Blasphemauit*, imò tu potius miser blasphemus, qui Domino Iesu auferre contendis dignitatem Messiae, ac Diuinitatem: omnis enim spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est. Et cum piorum Principum sit proprium reorum extenuare, non aggravare delicta, ne vitam illorum petere, & appetere videantur: hic tamen impius in blasphemiam, quod est atrocissimum delictum, verbum Christi sanctissimum, & veritate plenum conuertit. *Quid vobis videtur?* Ab eis petit consilium, qui Iesu sanguinem non minus quam ipse, sitiebant, quos certo nouerat mortis sententiam in eum proluturos esse. Notat Chrysostomus insignem Caiphe malitiam, qui primò blasphemie sententiam in Dominum intorsit ut iudex; deinde consilium aliorum querit. O excæcatam, & peruersam malitiam: non pudet eum & iudicem esse, & accusatorem, & testem. Et primò quemadmodum peccauit adiurando Dominum, deinde etiam sciendo vestes, quia ficto pro gloria Dei zelo, & non vero dolore, sed magno cum gaudio id fecit: ita etiam sermone suo ad præsentem deliquit. Quia cum iudicis munus sit audire & probare crimine de supplicij merito pronuntiare; hic contra accusatoris partes agens, dixit; Blasphemauit: quid egemus testibus? Et iudicis partes adstantibus detulit, dicens: *Quid vobis videtur?* Pondera verò illud, qua ratione Iesum tractent Pontifices: dum enim veteris Testamenti summus Sacerdos Iesum damnat, designatus in supremum noui Testamenti Pontificem eundem abiurabat.

At illi respondentes, dixerunt; Reus est mortis. Videtur iuxta legem tulisse sententiam, quæ ait; Qui blasphemauerit

rit nomen Domini, morte moriatur: at verò quia non super rei veritate nitentur, sed super Pontificis impio mendacio, quo summam Dei glorificationem blasphemiam appellauit, iniquissimè, & contra propriam conscientiam pronuntiarunt. Debebant enim prius probare non esse Filium Dei, ac Messiam, cum oppositum Iesus probasset & signis & scripturis. Et fortè tunc libenter eum lapidassent, ut blasphemum, nisi quòd optabant eum morte turpissima crucis extinguere. Debebant etiam, audita distinctione duplicis aduentus Messiae Iesu interrogare (quem sciebant signa fecisse, & in disputando ora eorum sapè obturasse) vnde distinctio illa duplicis aduentus in Scriptura authentica haberetur, & Dominus facillè ostendisset, & Scripturis demonstrasset; sed irrumpunt ad damnandum doctorem veritatis. Eligitque Dominus damnari à Pontificibus, & doctoribus legis, & Senioribus, non velut quid confessus, aut de crimine conuictus; sed velut coram ipsis crimen læsæ maiestatis committens, ut ea ratione grauiorem, & magis ignominiosam mortem sustineret. Nullum quippe mortis genus tetrius, turpiusve inueniri potest, quàm quòd quis ut blasphemus, & Dei capitalissimus hostis interficiatur: & hoc, quod summum erat, Christus quo nos ad se alliceret, & charitate inuitaret, pro nobis ferre cogitauit. Et istis assessoribus, & consularijs Pontificis huius similes sunt plerumque Principum ministri, qui facillimè voluntatem eorum vel nutum tantum cognitam, siue in fauorè, siue in perniciem rei statim sectantur. Ideo meritò in ferendis sententijs ille ordo seruatur, ut primo loco dicant iuniores, ne autoritate, & pòdere antiquiorum, sapientiorumque in eorum partem inflectantur; quemadmodum habetur in cap. primo libr. Esther, ubi numeratis septè sapientibus qui ex more Regi assidebant, postremus prior locutus est. Si Caiphas dixisset: Declara nobis quomodo sessurus es ad dexteram Patris, quomodo venturus iudex in nubibus cœli; id Dñs libenter explicasset: at scidit vestes, & dixit:

Cur Christu
tanquã blas
phemu Iudei
nequaquam
lapidauerint
Sap. 2.

Cur Christus
à Principib⁹
Sacerdotum,
& Seniorib⁹,
quàm alijs,
maluerit cõ
demnationis
subire senten
tiam.

Isti Caiphe
ministri & cõ
sultores, im
pij nimiru,
quos referat.

In sententijs
ferendis quis
ordo seruatur
in iudicio.

Blasph-

Ioan. 7.
Cur Christus
eos, qui se
reum mor
tis cõdamã
runt, minime
reprehende
rit.

Quare ab ini
qua mortis
sententia, à
Caipha in eũ
lata non ap
pellauerit
Christus.
Act. 25.
Ioan. 13.

Quare Chri
stus reus mor
tis pronun
tatus non se
quavis ratio
ne defende
rit?
Ioan. 10.
Supr. 8.
Luc. 4.

Blasphemauit, & statim vox auditorum sequitur, *Reus est mortis*. Dices; Quare Christus non reprehendit hanc sententiam ut iniustam, sicut venientes ad se capiendum reprehenderat? Sed illi ex ignorantia peccauerant, isti ex mera malitia. Deinde frustra obiurgaret malitiosos de peccato occulto, de quo ipsi satis à conscientia redarguebantur; & non erat opus eos tunc reprehendere, quia imparati valde erant ad suscipiendam correctionem. Secundo sciscitaberis; quare non appellauerit ab hac iniqua sententia ad Deum, vel saltem ad alios iudices magis instructos, & minus perturbationum affectibus occupatos, quemadmodum Paulus appellauit ad Cæsarem? Respondemus: executionem sententiæ tunc fuisse ceptam, & iam venerat hora eius, & non erat omnino contra omnem voluntatem suam pati pro nobis. Tertio percontabere; Quare saltem non se defendit, aut delituit, aut se inuisum reddidit, ut fecit alijs? Respondeo, ne videretur hoc facere amore vitæ, vel timore mortis, sed seruat defensionem iustitiæ suæ post executionem sententiæ, quãdo pro eò in cruce positocrea

turæ vniuersæ eius innocentiam sunt contestata, & quando post resurrectionem per vniuersum orbem tanquã Filius Dei sit prædicandus, quando iudices lumine Spiritus sancti illustrati poterunt melius videre, quem pupugerunt. Quid autem miramur iudicem vnum in magnis, aut paruis criminibus posse delinquere, & sententiã iniquam pronuntiare; cum omne Iudæorum concilium ex inuidia diaboli grauissimè, & turpissimè deliquisse noverimus? Tu verò, pie lector, patientiam, & mansuetudinẽ Domini meditare, qui solus erat innocens inter tot impios, & improbos constitutus, tanquã agnus inter lupos voracissimos. Deinde meditare Iesum deuorantem omnia opprobria, & quæcunque contumeliarum genera, quòd nos Patri suo conciliatos redderet, & placatos, atque à morte æterna, iustaque ad illam sententia sua, & condemnatione nos liberaret: cui propterea cum Patre, & Spiritu sancto immortales gratiæ, laudes, honos, & imperium ab omni creatura ratione prædita reddatur in seculis sempiternis.

Amen.

Matth. 27

Apocal. 1.
Vnde concilij
Iudæorũ
vniuersi con
tra Dominũ
tam iniqua
sententia.

Quæ virtu
tes Domini
Iesu hoc lo
co ad imitan
dam nobis
proposita.



TRACTATUS XXII.

De illusionibus, & contumelijs, quibus Iesus tota illa nocte in domo Caiphæ affectus fuit, in illa verba: *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt: dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Matt. 26. Mar. 14. & Luc. 22.



ANTE QVAM hæc contumeliarum genera Christo Domino illata explicemus, non nihil est de adiuratione dicendũ, & quatenus illa mo-

do vti liceat, & quos liceat adiurare. Adiurare igitur est, iurando quempiam ad opus aliquod inducere; sicut adiurare est aliquem iuramento abigere, & repellere, ut in baptismo adiura-

Adiurare
quid sit, &
quid Abiura
re.

mus

Iuratio, & adiuratio differunt.

Genes. 24.

Adiuratio quam late patet.

Deū quomodo adiuramus, ut & Christum Dominum.

Licite qui adiuratur homines, qui illicite.

mus dæmones, renuntiantes illorum pompis, & operibus; & Hæreticus dū conuertitur, hæresim abiurat, dum eā deserit, & detestatur. Differt etiam iuratio ab adiuratione: quia iuramento nos ipsos constringimus ad aliquid necessarium faciendum; adiuratione: verò alios nobis inferiores adigimus. Et in omni adiuratione propria, quæ fit erga inferiorem, est veluti captio iuramenti: vnde Abraham dixit seruo Heliezer: *Pone manum tuam subter femur meum, ut adiurem te per Deū cæli, & terræ;* qui postea dicitur Abraham iuramentū postulati obtulisse, ita etiā capitur Gene. 5. & Iosu. 2. si quis diligenter expendat. Tamen reuera distinguuntur: adiuratus enim, & non respondens, nō est periurus, sed inobediens: cōtrā iurans alteri, & promissum nō seruās, periur⁹ est, nō inobediēs. Adiuratio igitur legitima, sicut & iuratio, ad virtutē religionis pertinet; ideo quādo vtraque est illicita, vitium est religioni contrarium. Et si autem frequenter adiuratio capiatur pro illa quæ fit dæmonibus, qui in Energumenis existentes, exorcismis expelluntur: latius tamen extenditur illa vox. Nā & adiurare possumus Deum, & Christum, & homines, & dæmones, & belluas ipsas, atque tempestates nobis nocētes. Adiuramus enim Deum, dum per merita Filij sui eum obsecramus ut Ecclesia in omnibus Orationibus facere solent, cum dicit, *Per Dominum nostrum Iesum Christum;* vel cum per eius gloriā, & bonitatis suæ ac misericordiæ viscera deprecamur. Adiuramus Christum, dum per natiuitatem suam, aut crucem, & passionem exaudiri petimus. Egestate etiam compulsi obsecrant per viscera Christi, per merita Deiparæ Virginis ab hominibus postulant. Et quod attinet ad homines, si illi sint aut pares nobis, aut superiores, deprecando tantū possumus adiurare; inferiores verò nobis etiam compellere ad iuramentum. Sed illicite adiurantur, qui non sunt subditi compellendo, quemadmodum Caiphas Christum adiurauit, qui eius non erat superior, & quia superuacanea est adiu-

ratio, cum iam Christus dixisset, & vita, & signis comprobasset se Deum esse, & quia adiurabat non ut crederet, sed ut calumniaretur. Dæmones non licet adiurare deprecando: quia cum sint hostes Dei, & nostri capitales inimici, non sunt deprecandi, sed compellendi, iuxta illud Apostoli: *Nolo vos socios fieri dæmoniorum.* Nec etiam licet compellere ut nobis præstent auxilium, vel aliquid reuelent: quia hoc esset tacite eos deprecari: sed bene licet compellere, ut, ad gloriam Dei, recedant, & exeant, nec amplius noceant. Bestiolas autem, ut locustas, mures, qui fruges, aut alia fata depopulantur, non licet per se eas adiurare, ita ut adiuratio ad eas dirigatur, cum eius intelligendæ capaces minimè sint: nec enim licet adiurare nisi illas creaturas, quæ possunt iurare. Et quia imperare rebus anima, & sensu carentibus, proprium est Dei, non hominis: nam solus Deus vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, & stellæ vocatæ dixerunt; Adsumus, & illi dicebant, *Qua lis est hic, quia venti & mare obediunt ei?* Vnde & ficus maledicta statim exaruit; Homo verò tantum imperat ratio ne præditis, siue seruis, siue amicis, siue filiis. Licet tamen exorcizare dirigendo adiurationem ad dæmonē, non deprecando, sed compellendo. ut tollat illud quod nobis nocet, quia posset tempestatem, quam alius excauit, tollere: si eo sit potentior: quia motus animalium, vel nubium, est motus dæmonis, ut principalis agētis; quemadmodum motus sagittæ, & sagittæ est, & sagittantis. Melius tamen est has bestias adiurare confugiendo ad Deū permittentem illa dæmonum, & creaturarum opera, ut ipse pro sua virtute deprimat dæmones, & bestias nocentes repellat. Abusus igitur est minimè ferendus, ad eos, qui non intelligunt, adiurationem dirigere; litem facere, & contestari procuratores; & aduocatos vtrique parti assignare, denique ad excommunicationem procedere: nam hæc omnia impostorum sunt officia, & incantatorum: qui essent meritò à potestate tam Ecclesiastica, quā seculari coercendi, atque puniendi.

Dæmones ut sint adiurandi.

1. Cor. 10.

Agris nocentes bestiolas quatenus liceat adiurare.

Quæ sola creaturæ adiurari queat.

Rom. 4.

Baruch. 3, Matth. 8.

Melior eorū bestiarū adiuratio.

Adiurationes quæ in tolerabiles fidelium.

Quod

Orig. tract. 35. in Mat. ante med. tom. 2.

Matth. 10.

Supr. 5.

B. Thom. 2. 2. q. 90. art. 1. 2. & alibi.

Duplex genus adiurationis. Quo sensu Origenes dixerit dæmones non esse adiurando.

Origenis negantis hominem ab alio aditari posse, quæ sententia fuerit, secundum B. Thomam.

Iudæi subditos adijungere potius, quam ab eis iuramentum exigere solebant.

Quod Origenes dixit in hæc verba Caiphæ Dominum adiurantis: *Quæret aliquis, si conuenit vel dæmones adiurare: & qui respicit ad multos qui talia facere ausi sunt, dicit non sine ratione fieri hoc. Qui autem aspicit Iesum imperantē dæmonibus, sed etiam potestatem dantem discipulis suis super omnia dæmonia, & ut infirmitates sanarent, dicit quoniam non est secundū potestatem datam à Salvatore adiurare dæmonia; Iudaicum est enim. Et paulo ante: Existimo autē quoniam non oportet ut vir, qui vult secundū Euangelium viuere, adiuret alterū. Simile est enim quod dicit in Euangelio Dominus ipse: Ego autem dico non iurare omnino; & non adiurare omnino. Si enim adiurare non licet, quantum ad Euangelicum Christi mandatum; verum est quia nec adiurare alterum licet. Propterea manifestum est quoniam Princeps Sacerdotum illicite Iesum adiurauit, quamuis videatur per Deum viuum adiurasse.* Respondet B. Thomas ad primum de adiurandis dæmonibus, duplex esse genus adiurationis: alterum quo malefici, & incantatores vtuntur, dum precibus, & ceremonijs dæmones ad sua vota alliciunt: & hos meritò damnat Origenes, quod beneuolentiam, & arctam cum dæmonibus consuetudinē exigat. Alterum genus compulsoriū est, quo per virtutem diuini nominis, Christiani Exorcistæ, posthabita omni superstitione dæmones adiurant, & ex obsessis corporibus nolentes expellunt: & his exorcismis Ecclesia vtitur cum Catechumenis ante baptismum. Ad secundum verò de hominum adiuratione, respondemus, Origenē loqui de ea, qua quis non sibi subditum cogendo adiurat. Adiuratio autem Principis Sacerdotum iniqua fuit; tum ex defectu potestatis, quia non erat eius legitimus Princeps, ut eū posset adiurando cogere. Erat enim frequens consuetudo apud Iudæos subditos adiurandi potius, quam ut ab eis iuramentum exigere. Quod si vrgeas, licet per adiurationem necessitatem imponere alicui non subdito: quia dū quis ab alio iuramentum petit, & recipit, seruandi videlicet fidem contractus, videtur illū adiurando neces-

saria obligatione deuincire. Sic Abraham seruum adiurauit, ne filio suo uxorem extra cognationem suam caperet; ut nullum videatur discrimen in hoc inter seruum & liberum. Respondet deo, non negari posse, quem libet ab alio iuramento constringi posse, cum vel à Rege ipso obligatorium iuramentum accipitur. Cæterum cum iuramentum ab aliquo capitur, ipse idem, à quo capitur, actione propria se obligat, siue seruus sit, siue liber, siue Princeps, ac Dominus. At adiuratio non est actio eius qui adiuratur, sed adiurantis. Vnde Pontifex dixit Christo: *Adiuro te per Deum viuum; & Num. 3. dum de lege Zelotypiæ est sermo; adiurabat Sacerdos mulierem, ut diceret, si dormiuit vir alienus cū ea; adiurauit quoque Saul populum: Maledictus vir qui comederit panem, &c.* Abraham verò seruum adiurando per Dominum cæli, & terræ, compulit ut iuraret: quia dicitur inferius: *Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc.* Fuit ergo simul, & adiuratio, & captio iuramenti. Et hæc breuiter dicta sint de adiuratione, ut intelligamus quatenus liceat, & in quos possit exerceri. Redeamus ad Textum: *Tunc expuerunt in faciem eius.* Istis contumelijs Marcus alteram addit de velata facie Domini: *Et cæperunt, inquit, quidam conspuere eum, & velare faciem eius.* Lucas verò hæc ita describit: *Et viri qui tenebant Iesum (non solum ergo Iesus astabat vinctus in concilio, sed etiam multorum ministrorum manibus detinebatur) illudebant ei, cadentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius. Et interrogabant eum, dicentes, Prophetiza quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Ex his igitur colligimus, Christū passum fuisse illa nocte illusiones, spūta, velationem faciei, colaphos, alapas, interrogationem, *Prophetiza, quis est qui te percussit?* Et multas blasphemias: impletaque est Scriptura, quæ habet: *Applicabis & vitalum eorum tabernaculo testimonij.* Imponēturque Aaron, & filij eius nranus super caput

Gen. 24. Non subditi etiam qua ratione possint adiurari.

Num. 5.

1. Reg. 10.

Gen. 24.

Quæ, quæque Christi illa nocte passus sit in domo Caiphæ Pontificis. Exo. 29. Leuit. 1.

illius.

Vitulus in lege mactatus quid præfigat.
Coloss. 2.
 Scribarum, ac Phariseorum, in Christum impudentia conspuentium.
Psal. 44.
Psal. 76.
1. Pet. 1.
 Quanta hæc eius ignominia: eiusdem figuræ, prædicta, ac figuræ.
Num. 12.
Esaï. 53. Supr. 50.
Psal. 68.
 Iudeorum in Christum furor ac sauitia.

illis. Et mactabit eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. Nam profecto Christus vitulus erat pro gloria Domini mactatus. Imponunt igitur capiti sacro manus sacrilegas, percutientes caput illud, in quo habitabat diuinitas corporaliter. Et primò quidem ipsi Sacerdotes, Scribæ, & Pharisei proiecerunt spata quasi in vilissimū, & abominabilem hominem, ac si ditorum Christi vilitas sputorum vilitate pensanda esset, ac damnanda. Fuitque summum dedecus cõspuere in faciem eius, qui dicitur speciosus forma præ filiis hominum, & *Ostende faciem tuam, & salui erimus,* & quam beantem spectantes in cælo desiderant Angeli prospicere. Erat autem conspuatio pro maxima ignominia habita, vt patet ex Numero rû volumine, vbi dicitur: Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Fuitque hæc conspuatio ab Esaia prædicta, cum ait: *Non est species ei, neque decor;* & iterum: *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* Præfigurata etiam in Viro Matris fororis Moyse, de quo legitur in Glossa Exodi 34. quod cum nollet consentire populo Hebræorū vitulum aureum colere volenti, ipsum sputorum multitudine suffocauerunt. Euenit igitur hæc contumelia, vt ex Matthæo, & Luca colligimus, multæ; deinde viro ingenuo, & nobili ipsa morte grauior: ideo Dominus dicebat: *Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.* Tertio vide animi malignitatem, & odium, quod sauebant in Iesum: Quod enim saturarent animos suos, decreuerant inter se, vt quicquid pœnarum ei citra mortem infligere possent, non omitterent: eo consilio, vt si Pilatus eum absolueret, ac dimitteret, superuincere omnino non valerent. Et licet in totum Christi corpus sauerent, caput tamen, ac faciem præcipue offendebant. Cumque demones per totam vitam eum viderent tam insigni sanctitate pollentem; nunc totam inferorum rabiem, & ferociam armarunt, vt quibus artibus, & machi-

nis possent sanctitatis quam videbant in Christo arcem expugnarent, & vel ad tantillam iracundiam illum prouocarent: tanta enim hominum crudelitas in innocentem sauiens, totius inferni erat sauitia. Sed Christus diuina potius quam humana patientia munitus, omnia illa deuicit, pacatus, quietus, ac placidus perseverans. Meditare ergo animū Redemptoris magno spiritu iniurias perferentem, animo infra quo illas amplectentem, in magno pretio eas habentem: & quod hætenus desiderauerat, iam possidere incipiebat, & quia opus nostræ redemptionis iam peragebat. Quarto perpende, quod postquã ipsi saturati sunt Sacerdotes, tradiderunt illū ministris custodiendū tota nocte: qui cum innumeris, & grauissimis affecerunt iniurijs, vt Lucas dicit: *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Vbi nota, iniurias in Christū vt pote Deū esse veras blasphemias. Neque expressit quæ essent illæ aliæ contumelias: quia verisimile est & numero fuisse multas, & grauitate fuisse atroces, & valde enormes. Vt vel hinc colligas, vt notauit Euthymius, Euangelistas omni fide, & acceptione dignos existere, qui vt veritatem seruent historiarum, tam tetra, & vilia tormenta de suo magistro conscribere non erubuerunt. Nihil ergo prædicti Sacerdotes, aut eorum ministri, omiserunt, aut cõscientia, vel pietate ducti, aut animi nobilitate, aut humanitate suasi, aut pudore, vel timore Dei reuocati. Hinc impletum est illud Iobis: *Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam: satiati sunt panis meis;* & illud in libro Threnorum: *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs;* necnon illud Esaia: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me, vel vt habent Hebræi codices, Ab ignominijs, & sputo.* Prædixerat Erithræa Sibylla has Christi contumelias lib. 8. oraculorum suorum, & Lactantius lib. 4. c. 18. *In iniquorum manus infidelium postea veniet, & alapas manibus incestis,*

Iesu patientia in credibilis miq̃ue fortitudo.

Iesu apud ministros contumelia, probra.

Ea cur blasphemias nominantur.

Euthym. in Matth. c. 6.

Euangelistarum fidem quid augeat, & autoritatem.

Iob. 16.

Thren. 3.

Esaï. 50. Sibyllina de contumelijs Christi vaticinia.

Lactant.

Ad virosa genas præbebit spata pudentes: Verberibusq; sacrum tradet profcindere tergum.
 Et lib. oraculorum.
Impinget colaphos, vitiosaq; spata sceleris
Israel labijs.
 Sic illuditur non ab alienigenis Philisthæis, sed a suo, Deiq̃ue populo verus ille noster Samson. Quod si Petri mortis adiudicatum seruabant quatuor quaterniones militum, vt in Actis dicitur, & ita a sexdecim viris custodiebantur rei mortis; multo magis hoc seruatum fuisse in Iesu probabile est, quem plus timebant, quam Herodes Petrum. Quare interminantes pœnã mortis Sacerdotes custodibus, ne eum relinquerent, abierunt cubitum. Dominusque remansit tota nocte in carcere quasi in cauea in loco tenebroso & foetido alligatus catenis cum custodibus intus cum eo vigilantibus, ne euaderet: qui iustum maritimum omnium contumeliarum, & blasphemiarum genere refertum illi accinere per totam noctem non cessarunt. Adhibuerunt etiã custodes ad portas externas, quod omnia tuta remaneret. Prima igitur iniuria fuit, conspuatio; de qua superior diximus: Secunda, quod faciem eius velarent, desideratam tamen a cunctis patribus, & Angelis: ac teste Chrysostomo, tam gratiosa, & benigna Domini facies erat, vt hostes, quamuis crudeles essent, & eum odio prosequerentur, non possent tamẽ eam cerentes in eum sauire, sed emolliti commiserantur: ideo consilium eorum fuit faciem eius velare, quod atrocius eum cæderent, colaphos, & alapas impingerent; barbam vellerent, puluerẽ in faciem eius iactarent, & excrearent in eum. Dicebant; *Propheta, quis est qui te percussit,* vt notarent eum tanquam pseudopphetam, & populi seductorem, & qui ignoraret eos, qui eum percutiebant. Sed certè hæc velatio signabat quod non erant digni videre illam sine confusione vel salutari ad pœnitentiam, vt illi, qui videntes in quem pupugerunt, conuersi sunt, vel erubescenda ad exitium, vt illi, de quibus Propheta: Videant, & confun-

Judic. 16. Act. 12. Morti olim adiudicati a 16. viris de more custodiebantur apud Iudeos.

Militum prætoris aduersus Christum custodia, vigilia.

Quibus contumelijs Dominus fuerit affectus in domo Caiphæ.

Chry. hom. 86. in Mat. initio. Cur milites Christi faciem velauerint.

Hæc velatio faciei denotauit quatuor.

Luc. 23. Esaï. 26.

dantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Deinde significat, doctrinam patientiæ, & charitatis, quam Christus prædicauit, non omnibus esse patefactam, sed adhuc obscuram esse quibusdam: nam ita quoque Moyses velato vultu docuerat. Tertio denotat Christum nolle videre nostra peccata, nec se percutientes. Nam quamuis oculo diuinitatis omnium corda penetraret percutientium, & videret quæ ipsi non videbant; tamen ex quo diuinitas humanitatis integumento velari voluit, ostendit se ad reatum peccata hominū videre noluisse, & ob hoc ipsum regi oculos suos permisisse. Quarto Christus vt Deus verus, synceri, & spiritualis amoris (qui dicitur charitas) autor oculis vitta textis, vt depingi solet amor, docet, & amorem Dei patientem omnia, & patientiam ex amore non videntem aliorum peccata. Quod si amor humanus tantam vim habet, vt amati vitia non videat; quanto magis ille diuinus, & immensus amor? Quod si Cupido, siue Amor sensus curram visum habet, vt propterea cæcus a Poëtis depingatur; at diuinus quàm longissimè videt, & propterea fit vt peccata nostra non videat; nam visa sua infinita bonitate & misericordia, cæcatur, ne nos pro meritis plectat. Tertia iniuria erat, quod colaphis eum cæderent, & alapas in faciem darent, Hæc duæ actiones duobus verbis Græcè exprimitur: dicitur enim, *κολαφισα, καὶ ἰσχυρισα*, id est, ad literam, colaphizarunt, & alapizarunt, quas voces periphrastice interpretes exposuit. Differt autem colaphus ab alapa; quæ vox est Latina, sicut colaphus Græca, quod colaphus manu clausa, seu pugno infligatur; alapa verò manu extensa, & aperta. Secundum Euthymium verò, Colaphus, colli est percussio, siue capitis, vt vult Origenes; alapa verò faciei, vt habet Textus. Ad quod Origenes allegat Esaïam iuxta 70. dicentem: *Dorsum meum præbui ad flagella, & maxillas meas ad palmas.* Solent autem huiuscemodi iniuriæ grauisimæ censerī apud viros ingenuos, nec nisi morte vindicari solent. Illudunt igitur Dei

Exod. 34. 2. Cor. 3.

Proprium diuinitatis.

Effectus amoris diuini.

Cupido a Poëtis curpingitur cæcus.

De colaphis & alapis Domini Iesu.

Colaphus, & alapa differunt.

Euthym.

Origenes ibid. Esaï. 50.

Alapæ iniuria quanta sit, & qua pœna multetur.

Luc. 4.

Christi man-
suetudo ac
patientia.
Sapi. 5.
Ibidem.

Matth. 21.
Velamé cor-
dis Iudæorū,
2. Cor. 3.

Quid hac tā
ta inluriarū
tolerātia nobis
Christus
significauit.

Origenes

Christum qui
illudant, &
conspuant.

Species, &
imago san-
ctissimæ Tri-
nitatis quæ-
nam illa.

sapientiam, & quem dudum admira-
bantur in verbis gratiæ, quæ procedē-
bāt de ore ipsius, & stupebant in mag-
nitudine Dei: qui in iudicio futuro,
imò post tres dies illufurus est eos cū
omni creatura: nam vt Salomon ait;
*Armabit creaturam ad vitionem inimi-
corum: Et, Pugnabit cum illo orbis terra-
rum contra insensatos.* Conspuitur crea-
tor à verme, nec mandat ignem, aut
vrfos: cæditur palmis, qui dedit cædē-
tibus manum, & qui eorum plagas cu-
rauerat, & cuius ingressum nuper ra-
mis palmarum, & oliuarum exornaue-
rant. Et verifimile est faciem eius tot
ictibus intumuisse, & liuidam effe-
ctū fuisse. Velabant faciem, qui vsque in
hodiernum diem velum habent super
cor eorum ad ignorationem Mefsie,
& salutis æternæ. Irrifione vocant Pro-
phetam omnia videntem, & spiritum
longè videndi omnibus Prophetis dā-
tem: conuitiofe Christum vocant, tan-
quam qui inaniter nomen illud sibi
vendicasset. Quarto, his iniurijs mag-
na ex charitate susceptis, docuit Chri-
stus quid nostrum promereretur pec-
catū, qui nos ipsos filios Dei facimus,
& exaltamus super id omne, quod à
Deo habemus: & Christum pro nobis
illas pati voluit contumelias, vt pro
nostro mendacio, & ambitione apud
Deum satisfaceret. Hinc Origenes in
Matthæum ait: *Opus erat in eo, quod fa-
ctis ista docebat, dorsum suum exhibens
ad flagella, & maxillas ad palmas, & fa-
ciem non auertens à confusione sputamē-
torū, vt nos, sicut arbitror, qui digni fue-
ramus omnes has infamias pati, erueret
ipse pro nobis faciens eas. Non enim mor-
tuus est pro nobis, vt non moriamur, sed
vt pro nobis non moriamur: & alapis ca-
sus est pro nobis, & exputus est, vt ne nos
qui digni fueramus omnibus his, propter
nostra peccata patiamur ea, sed vt pro-
iustitia patientes ea gratanter excipia-
mus.* Hactenus ille. Postremo docet
nos Christus, ne Christo amplius
aut in se, aut in membris illudamus,
& ne conspuamus eius faciem blas-
phemijs, aut indignè pereipiendo
Eucharistiam: & conscientiam no-
stram, quæ est facies, & imago sanctif-

simæ Trinitatis, scædis cogitationibus
polluimus, colaphis cædimus, qui
ore quidem Christum confitemur, fa-
ctis autem negamus. Colaphus à po-
steriori parte datur, alapa ab interio-
ri. Velatur facies eius ab his, qui non
credunt eum cognoscere, & videre eo-
rum mala opera, aut cogitationes per-
uersas; eum tamen de eo dictum sit:
*Ipsè sciebat quid esset in homine; Et, Do-
minus scit cogitationes hominum, quo-
niam vana sunt.* Habetur pseudopro-
pheta ab his, qui non firmiter credūt
sancto Evangelic, nec his quæ prædi-
xit de consummatione seculi, aut de
die iudicij, aut de resurrectione vni-
uersali, de futuris gehennæ supplicijs,
& sempiternis iustorum præmijs.
Caucamus etiam has easdem iniu-
rias Christo in proximos replicare.
Nam illudimus, eum eorum defectus
cernimus, & patefacimus, cospuimus,
cū nostris verbis eorum famam de-
nigramus: alapis, & colaphis cædi-
mus, dum apertè, & fraudulenter in
eos insurgimus: velamus faciem, quā
do non nisi velo inuidiæ tecti eorum
opera iudicamus. Magnum igitur, &
latum campum cognoscendi malitiā
nostram, & diuinā patientiam, ex hoc
loco colligimus, præclarum item per-
ferendarum cōtumeliarum exemplū,
ad quod si nostra omnia quæ patimur,
conferamus, statim nobis nostra sor-
descent, & prorsus nulla apparebunt.
Precamur igitur te, o bone Iesu, vt me-
rito tuæ inuidiæ, & singularis patien-
tiæ, quam illa nocte erga Principes Sa-
cerdotum, & ministros Iudæorum te
grauissimè offendentes ostendisti, no-
bis vt spiritum, & vires porrigas, quò
iniurias omnes, & contumelias pro-
tuo nomine illustrando, & virtute am-
plectenda, atque colēda æquo animo,
ac forti sustineamus; vt ita in patien-
tia nostra animas nostras possidentes,
te quoque cum Patre, & Spiritu san-
cto in æternum possidere; immorta-
lesque laudes tuas, & gratiarum actio-
nes in sempiternis seculis cele-
brare valeamus.
Amen.
(?)

Tit. 1.

Faciem Chri-
sti quinam
velent.

Ioan. 2.

Psal. 93.

Falsus pro-
pheta à qui-
bus Christus
habeatur.

Matth. 13.

Infr. 24. &
seq.

Ioan. 5.

Matth. 13.

Quacunque
ille passus est,
iniuriæ, & cō-
tumeliæ Chri-
sto à nobis
quando reuo-
uentur.

Luc. 21.



TRACTATUS XXIII.

De triplici Petri negatione, in illa verba: *Petrus ve-
rò sedebat foris, in atrio; Et accessit ad eum una
ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galileo eras? At ille
negauit coram omnibus, dicens, &c.* Matth. 26.
Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

DVM nocte illa hæc in Con-
cilio Principum Sacerdotū,
& seniorum gererentur, dū
Caiphas Dominū adiuraret,
& alij dignū morte iudicaret, & mi-
nistri illuderent, Petrus interea ter Do-
minum abiurauit. Has autem nega-
tiones Matthæus, & Marcus per reca-
pitationem post contumelias Domi-
no illatas collocauerunt; Lucas verò
ante omnes contumelias Christo irro-
gatas per anticipationis figurā descri-
psit. At Ioannes primā negationē ante
interrogationē Pontificis de doctrina,
ac discipulis suis, quā solus ipse retu-
lit, enarrat: reliquas duas postea subiū-
xit, omittens illas cōtumelias, & iniu-
rias, quas alij diligenter perscripserant:
Secundā verò negationē paullo post
primā factā, & terciā post vnius horæ
morulam, vt Lucas testatur, cōstituit.
Vniuersæ itaq; negationes, interea dū
Dñs in Concilio illo nocturno exami-
naretur, trāsactæ sunt. Initio tamē eius
temporis videtur Petrus cœpisse Dñm
negasse: nā ante secundū galli cantū
iam omnes cōpletæ erant: negationes
autē illæ diutius protractæ sunt, atq;
per totā ferè noctē ad matutinū vsq;
tempus productæ. Hæc ad monuimus,
ne quisquā miretur, si quæ in domo Pō-
tificis tota illa nocte gesta sunt, priori
loco exposuerimus, & ea, quæ ad Petrū
spectant, etsi anteriora fuerint, postero-
ri loco edisseramus: nā id cōsulto feci-
mus, vt tres illas negationes simul ex-
planaremus, atq; tractaremus. Et quo-
niā multa noua, & à cōmuni Patrū sen-

Quemadmo-
dum Euangē-
listæ in tria
Petri nega-
tione descri-
benda con-
sentiunt.

su aliena à quibusdā nostro seculo cir-
ca Petri negationes inuecta sunt: pro-
pterea cogimur fufius hæc disserere, &
non sine aliquo ordine quæ sequūtur,
quæstiones tractare. Primò enim quæ-
ritur, an necessariò Petrus negauerit
propter verbū Christi, an liberè: & an
Ioannes, qui introduxit Petrū in atrium
Pontificis, negationū Petri fuerit parti-
ceps. Secundo loco proponendæ sunt
difficultates hinc inde ex ratione loco-
rū, & situū, temporū, interrogantiū, &
respōdentis Petri. Tertiò, examinādus
est numerus negationū, an tres tantū
extiterint, an nouē, vt quidā statuūt, an
septē, vel saltē quinq; vt Caiet. sensit.
Quartò ponderanda sunt singula ne-
gationū verba. Quintò tractandum,
qua de causa tam turpiter labi, & ca-
dere permiffus sit Petrus. Sextò disse-
rendum, quomodo, quando, & quare
Petrus surrexerit, cū scriptum sit:
*Qui negauerit me coram hominibus, ne-
gabo & ego eum coram Patre meo, qui
in cælis est.* Postremo loco, quare Pe-
trus respiscens non redijt ad atrium
Pontificis, vt publicè Iesum confitere-
tur, quemadmodū Marcellinus Papa
fecisse legitur, & redijisse ad Impera-
torem Diocletianum. Ad primū respō-
demus breuiter, quia pluries à nobis
discussum est, Petrū quidē simpliciter
potuisse post Christi dictū nō negare,
quia nō nisi liberarò bitrio peccatū per-
petrari, & omitti potest, & eatenus est
volūtariū: qđ si nō sit volūtariū, aut
nō integrè volūtariū; in tantū nō sit
peccatū. Ideò metus, vis, ignorantia,

Septem du-
bitationes
proponūtur
diluendæ.

Caietan. in
Ioannem.

Matth. 10.

An ideò Pe-
trus negauit,
quæ Christi
prædixit
eum negaturum.

Quæ sit ratio
peccandi.

Peccati grauitatem quæ imminuant.

Hierony. in Matth. 26. tom. 9.

Orig. tract. 35. in Mat. multo ante med. to. 2.

Necessitate quæ dicitur consequenti, nequaquã cedere ad peccandum.

II. ratio.

III. ratio.

Smile.

Omnis ratio temporis ab infinito Dei intellectu ab est quam longissime.

& carnis fragilitas, quæ tollunt de voluntario, tollunt etiam de ratione peccati, & illud imminunt. At posita Christi prædicatione, & præscientia, procul dubio peccaret: quia aliàs Filius Dei esset mendax: vt argumentantur Hierony. & Origenes: Hieron. quidem in Matth. his verbis reprehendens illos, qui dicunt Petrum non negasse Deum, sed hominem: Si enim iste, inquit, non negauit, ergo mentitus Dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Origenes verò in eundem Euangelistam sic scribit: Postquam cum affirmatione iuramenti pronuntiauit, non erat possibile vt non denegaret. Si enim iuramentum erat Christi amen, mentitus fuisset, dicens, Amen dico tibi, si verum dixisset Petrus quia non te negabo. Hæc illi doctissimi Patres. Sed ista necessitas, quæ consequentiæ dicitur, nec cogit, nec compellit ad peccandum: quia si est præuisum peccatum futurum, atque prædictum; præuisum & prædictum est quod liberè, ac voluntariè sit euenturum, ac ob id non necessariò. Deinde, cum Deus omnia Angelorù, & hominum peccata, antequam etiam crearentur, præuiderit; si talis præuisio necessitatem inferret, iam peccata non essent peccata, quia necessariò euenirent, & non liberè, & ita ab omni peccato ratio adimeretur peccati. Adhæc, sicut peccata præterita sunt verè peccata, & liberè facta, etsi modò non sit possibile illa peccata facta nõ esse: ita de futuris nobis, quæ oculo Dei iam sunt præterita, & quia ex oculo Dei præsentia, seu præsentia desumitur ista necessitas: sicut oculus noster non imponit necessitatem peccato quoad video ab altero fieri, ita nec visio Dei. Præteritum namque, præsens nõ stru, & futurum longè absunt ab illo intellectu diuino infinito, cui nihil præterijt, etsi videat rem vnã respectu alterius esse præterita: nihil etiã sibi futurum est, etsi agnoscat vnũ alterius respectu esse futurum. Præsens verò nostrum, quod influxu quodam, & cursu consistit, Deo non competit, cui tantum momentum æternitatis immobiliter stans cõgruit, & in quod incidunt om-

nes temporis nostri differentia. Præterea cù Deus præuiderit nõ minus omnia opera sua, vt mundi creatione Angelorù glorificatione, incarnatione, passione, & similia; si præuisio eius vllã necessitatem inferret, omnes Dei actus, quas extra se exercet, necessariò euenirent, & nõ liberè, atq; ita seipsum præuiderit liberè priuaret: atq; ita hoc posito quod Dñs prædixerit ter Petrum negaturum; nõ poterat non negare; & tamen non poterat nisi liberè negare.

Ridiculũ porro est, quod quidã argumentantur, Ioannem fuisse occasio nẽ primæ negationis Petri: quia si nõ introduxisset illũ in atrium Pontificis, Petrus nõ negasset Christũ. Quia actus sumunt bonitatem, vel malitiã à fine; Ioannes autem nõ versabat in animo imbecillitatem, & inconstantia Petri, quodq; subito ad vocem vnus ancillæ ostiariæ negaturus esset Dñm. Erat etiã Christi vaticinium implendũ, sed culpa Petri, non Ioannis, aut ancillæ causa: nã forsitan si ancilla illa admisisset Petrum sine opera Ioannis in atrium, adhuc negando sine culpa Ioannis peccasset. Præterea, si ancilla illa foras prodijisset, vbi stabat Petrus, & simili interrogatione pulsasset eũ, non minus negasset dominũ suum. Nisi dixeris ingressum Petri in domum nequissimi Pontificis, Petro fuisse fatalẽ: quod nemo sanus dixerit. Nã & Ioannes ingressus est, nec illi fatalis fuit. Et hæc de primo.

Ad secundũ, proponendæ sunt difficultates, quæ perplexas atq; intricatas reddunt has Petri de Christo negationes, propter diuersitatẽ loci, & temporis, & variũ sitũ Petri; propter interrogantes etiã, & responsa eius. Nã in primis tres Euangelistæ Dñm docent ductũ in domũ Caiphæ summi Sacerdotis, negationesq; Petri in eius domo factas enarrant; Ioannes verò qui negationibus videtur interfuisse, ac ob id maiori dignus fide videri posset; in domo Annæ negationes omnes accidisse cõstituere videtur. Et confirmatur autoritate Augustini in Ioannem dicentis: Cum dixisset Euangelista, quod eum ligatum miserit Annas ad Caiphã, reuersus est ad locum narrationis, vbi

III. ratio.

Quam inepte colligant qui Ioannem afferunt primæ Petri negationis occasionem extitisse. Actus bonitatem suam, vel malitiã vnde desumant.

Proponuntur difficultates hinc inde ex ratione locorum, & situũ, temporũ, interrogantiũ, & respondentis Petri. I. dubiũ circa locum.

I. opinio.

Aug. tract. 113. in Ioã. in fin. to. 9.

reliquerat Petrum, vt explicaret quod in domo Anna de trina eius negatione contigerat. Erat autem, inquit, Simon Petrus stans & calefaciens se. Hic recapitulat quod ante iam dixerat; deinde quæ secuta sunt, iungit Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum. Iam semel negauerat ad ancilla vocem, & ecce iterum eodem timore perterritus negauit. Deinde vt tertia negatio perficeretur, & verbum Domini prædicentis impleteretur: Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius absceidit Petrus auriculã, Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit. Ecce medici completa est prædictio, agroti conuicta præsumptio: non enim factum est quod iste dixerat: Animam meam pro te ponam; sed factum est quod ille prædixerat: Ter me negabis. Sic ille, Hierony. verò, atq; Beda quos alij multi sequuntur, scribunt, eas in domo Annæ cõpisse, in domo verò Caiphæ cõsummatas fuisse. Vnde ceteros Euangelistas aiunt, negationũ finẽ attendisse; Ioannẽ verò, earũ principũ.

Ioan. 13. II. opinio. Hieroy. Beda in Mat. tom. 5.

II. dubium circa tẽpus.

III. dubium circa interrogantes.

III. dubiũ circa respondentes.

Secunda confurgit difficultas circa tempus: Quia Ioannes cum Matthæo, & Luca scribit, gallum post trinam negationem cantasse, Marcus verò statim post primam. Tertia difficultas est circa interrogantes: quia etsi in prima negatione tres priores Euangelistæ ponant ancillam interrogantem, & solus Ioannes addit ostiariam: tamen in secunda ponunt Matthæus, & Marcus ancillam aliam rogantem; at Lucas hominem alium, Ioannes verò ait: Dixerunt ergo ei. In tertia etiam ponit Matthæus multitudinem interrogantium, in quo non videtur differre Marcus à Matthæo, dicens astantes rogasse; at Lucas ait, Alius quidam, Ioannes verò, Seruus Pontificis cognatus Malchi. Quarta difficultas est in responsionibus Petri; quia in prima refert Matthæus respondisse Petrum, Nescio quid dicis: Marcus, Neque scio, neque noui quid dicas: Lucas, Mulier, non noui illum: Ioannes, Non sum, scilicet ex discipulis hominis istius. In secunda, cum iuramento negauit, ait Matth. Quia non noui homi-

nem; Marcus verò simpliciter dicit, iterum negauit; Lucas, Ob homo, non sum, ex discipulis, scilicet eius. In tertia verò refert Matthæus, sic respondisse Petrum: Cœpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem: Marcus, Cœpit anathematizare, & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis: Lucas, Homo nescio quid dicis; Ioannes, Iterum ergo negauit Petrus, scilicet se fuisse in horto cũ illo. Quinta difficultas est circa situm Petri: Quia prima apud Matthæũ fit Petro sedente foris in atrio; apud Marcum, Cũ esset Petrus in atrio deorsum; penes Lucam, Accenso igne in medio atrij, & circumsidentibus illis: erat Petrus in medio eorum; at Ioannes habet; Stabant serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se, erat autem cum eis & Petrus, stans, & calefaciens se. In secunda negatione ait Matth. Exeunte illo ianuam; Marcus, Rursus cum vidisset illum ancilla; Lucas, Et post pusillum alius videns eum; Ioannes, Stabant autem serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. In tertia ait Matthæus, Post pusillum; Marcus, Post pusillum rursus; Lucas, Et interuallo facto quasi hora vnus; Ioannes verò, Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, &c. Ecce minutissimæ omnes difficultates Textus propositæ, vt opus sit non Delio aliquo naratore, sed spiritu Dei ad tot in speciem dissentientes sententias recte conciliandas.

Ad tertium, Caietanus has difficultates, aut partem illarum considerans, & putans aliter non posse solui, atq; explicari melius hunc nodum, tandẽ asseruit in facto Petrum iuxta suauem literæ contextũ septies, aut ad minus quinquies negasse, ter ad vocem ancillarũ, & bis ad vocem virorũ: & friuolũ esse, & puerile; quod in contrarium obijcitur dictum Domini: Ter me negabis: Quia qui septies, inquit, vel quinquies negat, ter negat. Et probat: quia tres illæ, quas narrat Ioannes, gestæ sunt in domo Annæ; aliæ verò subsecutæ sunt in domo Caiphæ. Deinde insinuat ex diuerso ignis

V. dubium circa sitũ Petri.

Petrus quoties Dominũ negauerit se cundum Caietanum, eiusque sectatores.

Euthym. c. 65. in Mat. apertis Euthymij verbis in præsentem Matthæi locum scriptis superius allegauit. Et confirmatur ex eo, quod non dixit Ioannes: Ductus est ad domum Annæ, vel ad domum Caiphæ; sed, ad Annam, & ad Caiphâ. Hanc solutionem superius discussimus, quantum veritas contineret: & ut cunque sit, prior mihi magis arridet. Hanc tamen posteriorem libentius acceptarem, quâ assererem Petrum septies negasse.

An gallus post primam, an verò statim post trinam negationem cantauerit. Secunda difficultas de galli cantu post primam negationem apud Marcum, & post trinam negationem apud alios, auferri potest per verba Augustini lib. de consensu Euangelistarum, ubi ait: *Sed quia ante primum galli cantum cepta est hæc trina negatio, attenderunt illi tres* (scilicet Matthæus, Lucas, & Ioannes) *non quando eam completurus esset Petrus, sed quanta futura esset, & quando ceptura, id est, quia trina, & quia ante galli cantum: quanquam in animo eius, & ante primum galli cantum tota posset intelligi.* Et clarius infra: *Multo minus igitur mouere debet, quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus ante galli cantum cepta, et si non ante primum galli cantum peracta est: Tanquam si alicui diceretur, Hac nocte antequam gallus cantet, ad me scribes epistolam: & quæ sequuntur. Sed de hac re quoniam fusi in alijs tractatibus locuti sumus, hæc hoc loco sint satis.*

Aug. ibid. c. 2. post med. tom. 4. Tertia difficultas circa interrogationes, atq; responsiones factas facile resoluitur. Nam in prima nulla est difficultas, quæ ab omnibus ponitur ab ancilla facta, etsi Ioannes asserat illum fuisse ostiariam, post cuius interrogationem primus gallus cantauit, & Petrus negauit. Sed in secunda negatione recenset Ioannes quosdam interrogando Petrum; at hi quidam, erat ancilla alia, de qua dixit Marcus, & prior ancilla; ait enim Græcè Καί πάλιν ἠρώσθη αὐτὴν ἡ ἀντιφάση λέγειν: Et ancilla videns ipsum, iterum cepit, dicere. Ex quibus verbis apparet quod fuerit illa eadem quæ prius. Ad hæc cum illis erat alter ille, de quo scripsit Lucas, & pluribus interrogatibus vel simul, vel diuisim, dum vna omnibus responsio datur, non est nisi vna negatio: atq; ita Euthym.

Quemadmodum interrogationes ad Petrum factæ inter se consentiant. Tertia difficultas circa interrogationes, atq; responsiones factas facile resoluitur. Nam in prima nulla est difficultas, quæ ab omnibus ponitur ab ancilla facta, etsi Ioannes asserat illum fuisse ostiariam, post cuius interrogationem primus gallus cantauit, & Petrus negauit. Sed in secunda negatione recenset Ioannes quosdam interrogando Petrum; at hi quidam, erat ancilla alia, de qua dixit Marcus, & prior ancilla; ait enim Græcè Καί πάλιν ἠρώσθη αὐτὴν ἡ ἀντιφάση λέγειν: Et ancilla videns ipsum, iterum cepit, dicere. Ex quibus verbis apparet quod fuerit illa eadem quæ prius. Ad hæc cum illis erat alter ille, de quo scripsit Lucas, & pluribus interrogatibus vel simul, vel diuisim, dum vna omnibus responsio datur, non est nisi vna negatio: atq; ita Euthym.

Euthym. Tertia difficultas circa interrogationes, atq; responsiones factas facile resoluitur. Nam in prima nulla est difficultas, quæ ab omnibus ponitur ab ancilla facta, etsi Ioannes asserat illum fuisse ostiariam, post cuius interrogationem primus gallus cantauit, & Petrus negauit. Sed in secunda negatione recenset Ioannes quosdam interrogando Petrum; at hi quidam, erat ancilla alia, de qua dixit Marcus, & prior ancilla; ait enim Græcè Καί πάλιν ἠρώσθη αὐτὴν ἡ ἀντιφάση λέγειν: Et ancilla videns ipsum, iterum cepit, dicere. Ex quibus verbis apparet quod fuerit illa eadem quæ prius. Ad hæc cum illis erat alter ille, de quo scripsit Lucas, & pluribus interrogatibus vel simul, vel diuisim, dum vna omnibus responsio datur, non est nisi vna negatio: atq; ita Euthym.

hanc secundæ negationis dissonantiâ conciliat. Tertia interrogatio facta est ab astantibus, seu multitudine secundum Matthæum, & Marcum; in quibus erat & ille alius apud Lucam, & hic est qui à Ioanne dicitur seruus Pontificis cognatus Malchi. Atque ita hæc sibi inuicem consentire facile ostenduntur.

Quarta difficultas de Petri responsis illa regula non ægrè componitur, quod nihil contrarium sibi ipsis docent Euangelistæ, si, quod vnus subtrahit, alter exprimit, vel quod vnus concisus dixit, alius latius declarauerit. Nam in prima iuxta Matthæum, interrogatio fuit: *Et tu cum Iesu Galilæus eras*, quia sæpè visus erat Petrus cum Christo: & Ioannes similiter in secunda persona: *Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?* Alij duo in tertia persona interrogant: Marcus enim ait; *Quia hic ex illis est*, & Lucas; *Verè & hic cum illo erat.* Responsio fuit Petri, apud Matthæum quidem, *Nescio quid dicis*: apud Marcum, *Neque scio, neque noui quid dicas*: apud Lucam, *Mulier, non noui illum*: apud Ioannem, *Non sum*, scilicet ex discipulis hominis istius. Sed hæc omnia eodem tendunt, & idem varijs modis describitur: Et fortè non vnum aliud quod, sed duo ex illis, vel tria simul dixit, & non est nisi vna negatio. In secunda verò negatione Matthæus habet: *Et hic erat cum Iesu Nazareno*; Marcus, *Quia hic ex illis est*: alij duo in secunda persona idem efferunt. Ait enim Lucas, *Et tu de illis es*; & Ioannes: *Nunquid & tu ex discipulis eius es?* Quæ profecto inter se non differunt, in eo omnino sunt eadem, & vna interrogatio, sicut etiam vna responsio. Nam apud Matthæum cum iuramento negauit, *Quia non noui hominē*: nā qui in tertia persona dixerunt, *Hic ex illis est*; ad alios loquebantur astantes, postea Petro in secunda persona dixerunt, *Et tu de illis es*: Marcus simpliciter dicit, *Iterum negauit*: nec exprimit quibus verbis, quia debent suppleri priora, quibus dixerat; *Neque scio, neque noui quid dicas*. Lucas verò, & Ioannes eo modo respondisse tradunt, dicēdo, *O homo non sum*. In tertia

Qua ratione Petri responsiones inuicem conciliantur.

verò Matthæus: *Verè & tu ex illis es; nam & loquela tua manifestum te facit.* Consentit Marcus: *Verè ex illis es; nā & Galilæus.* Lucas: *Verè & hic cum illo erat; nam & Galilæus est.* Ioannes: *Nōne ego te vidi in horto cum illo?* Certè tres priores sibi inuicem consentiunt in hac interrogatione: tantum Ioanēs addit, quod visus fuerit in horto cum illo, quod prioribus non dissentit. Ex vestitu ergo, aut potius ex loquela cognouerunt Galilæum: non quod alia lingua loquerentur Galilæi, & alia Iudæi; sed quod etiam in eodē idiomate singuli habent linguæ proprietates, & pronuntiationis modos, & accentus, quibus dignosci poterant inter se, vt in omnibus accidit idiomatibus. Felix autē ille, cuius loquela dederat ipsum discipulum esse Iesu, & Galilæum, id est, transmigratū, è mundana scilicet & carnali ad cœlestem & spirituales conuersationem: ex abundantia enim cordis os loquitur. Iam vide responsum Petri apud Matthæum: *Cepit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem.* Marcus: *Ille autem cepit anathematizare, & iurare; quia nescio hominem istum, quem dicitis.* Lucas: *Homo, nescio quid dicis.* Ioannes: *Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit.* In his ergo omnibus nulla est repugnantia, sed maior in vno expressio, quam in alio. Et non repugnant diuersa responsa Petri, quæ à diuersis narrantur, vnam fuisse responsionem diuersis interrogatibus simul exhibitam.

Petrus ex loquela quare agnitus fuerit.

Gallus quid

Matth. 12.

Euangeliste, vt in situ Petri negantis describendo concordent.

Euthymius

Græcè est, *ἰς τὸν πυλῶνα*. Exiit autem non extra, sed intra vestibulum, id est, priorem partem atrij: nam Marcus vocat *πρόθυρον*. Alij verò explicant: *Exeunte autem illo ianuam*, id est, parante se ad exitum: quia prope ignem erat, qui erat in medio aulae, vt ait Lucas, & timens ne perciperetur, voluit exire. Sed ne fugere, aut fuga sua fateri se Christi discipulum videretur, regressus intro est. Vnde post tertiam negationem dicitur, quod egressus foras fleuit amarè. Et dicendo, ingressum illum in vestibulum, vidit eum alia, & interpres addidit explanationis gratia, ancilla, quia Græcè non habetur locus alter, & altera ancilla insinuatur à priori. Quanquam Marcus dicat esse eandem, quæ prius, vt superius notauimus, cum potuerit vna & altera interrogationem formante, Petrus vnū responsum reddere; imò etiam alijs interrogantibus, vt Lucas insinuat. Ratio igitur Caietani nihil urget, videlicet quod Ioannes referat: Stabant autem serui & ministri ad prunas, & Lucas, quod accensus est ignis in medio atrij: quia, inquit, apud Ioannem congestæ prunæ, apud Lucam accensus est ignis: ibi prunæ, hic flamma. Quasi verò prunæ aliud quicquid sint quam accensus ignis, & quasi prunæ excludant flammam, cum dicat Poëta: *Et cinis obducta celabat lumina pruna.* Atque ita remanet expeditum terris, quod tres tantum fuerint Petri negationes, & nouitas confutata, & argumenta eius dissoluta, & omnia quæ dissidere videbantur, conciliata. Ne quid tamen dissimulare videar, quidā nouus scriptor frater Petrus Iruzoquus nomine, Doctor Parisiensis, & Dominicanæ familiæ, qui seriem hystoriæ totius Euangelij confirmatam in lucem edidit, multum laborat in tuenda sententia Caietani de septem negationibus Petri, & vt magis illam corroboraret, addidit de suo, quod quia Christus ter protulit illam prædicationem de Petro: *Ter me negabis*, cum sint tres prophetiæ distincte diuersis ex causis pronuntiatæ, exigitur vt ter trina sit negatio Petri: adeo vt veritas Euangelistarum id exposcat, vt

Caietanus

Virgilius in Moreto

Petri Iruzoqui de negationibus Petri nouè incredibilis opinio.

Petrus nonies negauerit Christum: ter quidem in domo Annæ, Petro stante ad ignem, vt Ioannes refert; ter verò apud Lucam, qui tres negationes Petri narrat ante illusiones Christi factas in domo Caiphæ; rursus apud Matthæum & Marcum, qui ter describunt Petrum negasse Dominum post illusiones nocturno tempore factas. Quis non miretur tam fecundâ doctrinam, nisi militaret contra verbum Domini, & communem sensum Ecclesiæ, & Patrum, & beato Petro summè iniuriosa existeret; & tam debilibus niteretur fundamentis? Nam si ex eo quòd ter prænuñtiauit Petro Dñs quòd ter esset negaturus, firmè sequitur nonies Petrum negasse; simili ratione consequeretur, ex eo quòd Dominus ter, aut quater suam mortem prædixit, ac resurrectionem, vt Matth. 16. 17. 20. & 26. quòd ter, aut quater fuerit interfectus, aut suscitatus. Iam & illud vanum, quòd ob negationes narratas ante illusiones Christo factas, vel post illas, inde colligat diuersas extitisse; cum non ignoret, Scripturam & occupationis, & recapitulationis figuris vti frequenter consueuisse. Proinde ruunt vniuersa, quæ hic bonus Pater ad statuendas has nouem negationes iecit fundamenta. Nam reliqua, quæ de galli cantu, ac prunis accensis, & de situ Petri stantis, aut sedentis à Caietano mutuatus est, non indigent noua confutatione, cum superius à nobis fuerint confutata. Illud quoque vanum, quòd ait in domo Caiphæ Christum non semel tantum, sed etiam iterum derisum, & alapis cæsum: primò, postquam summus Pontifex illum interrogauit, & tanquam blasphemum cœpit cum suis conspuere, & alapis cedere, vt Matthæus & Marcus docent; deinde verò antequam manè concilio congregato decretum esset à tota synagoga vt duceretur ad Præsidem post vltimas Petri negationes. Sed profecto hæc doctrina falsa est, quia eum eadem illusiones enarrentur à tribus illis Euangelistis, & nihil dicat Lucas quòd fuerint factæ ante auroram, aut paulò antè, sequitur esse illas eadem numero, quas describunt duo priores

Euangelistæ; ac proinde sine vilo firmo textu, & ratione solida dicitur. Sed me piget, ac pudet hanc tam fecundam doctrinam fusiori sermone persequi.

Ad quartum igitur accedendum est, & verba negationum, & interrogationum ponderanda. Circa primam dicitur apud Matthæum, quòd Petrus sedebat foris in atrio, postquam intromissus est ab ostiaria, in medio eorū, vt est in Luca, quòd magis se tegeter, ac dissimularet. Et addidit Marcus, In atrio deorsum; vt ex illis duobus verbis, Foris & Deorsum, intelligamus, atrium ipsum, quòd erat subdiale, fuisse foris, si conferatur ad ædes intimas Pontificis; quamuis esset intus, si conferatur ad eos, qui extra domum Pontificis erant. Ex illo verbo, Deorsum, intelligimus, Christum in superiorè partem eorū, vbi habitabat Pōtifex, adductum fuisse, vt ita Petrus esset deorsum. Et verè deorsum est qui Christum negat, & Petrus Christum negauit deorsum, quem latro fursum est confessus, vt docet Augustinus. Et principium negationum fuit, quòd aulam impij Pontificis sit ingressus, & impiorum se maculauerit contubernio; à quibus si cum alijs Apostolis abstinuisset, non tam grauitè, nec tam turpiter præ illis lapsus fuisset. Considera verò hoc loco, totam familiam eorundem esse morum, & vt dici solet, similes habere labra lactucas. Quales enim domini, tales & serui; dominus dominum superius, ministri discipulum deorsum persequuntur

Tunc venit ad illum vna ex ancillis summi Sacerdotis, vt ait Marcus. Quo verbo significatur plures ancillas habuisse, sed hæc ostiaria erat, vt Ioannes explicauit. Et vt Lucas ait, vidit eum ancilla quædam sedentem ad lumen, & ex vultu tristiori, ac pallido, ac indicati estus animi sui, cognouit illum esse ex discipulis Domini. Et videretur significare Euangelistam, quòd inter sedentes ad ignem cum Petro erat multus sermo de Domino Iesu, & de eius discipulis qui delitescabant: & ancilla penitus illum intuita, agnouit illum ab aulicis alienum, & peregrinum, &

Negationū verba, & interrogationū expēduntur singula.

Verè deorsū est qui Christum negat. *Luc. 23. Aug. serm. 1 in Paras. de cruce, & latrone, ante medium. tomo 10.*

Prouerbiū.

Quales ferè Principum ministri.

Ancilla vnde Petrum agnouerit esse de discipulis Christi.

sunt

Prædicti auctoris opinio refellitur.

Eiusdem de varijs Domini illusionibus ac diuersis infirmum argumentum diluitur.

Semel duntaxat in domo Caiphæ (quòd, ille idem auctor negat) Christum fuisse delusum.

Petri negationes vnde sumperunt exordium.

Primi peccati origo forma fuit.

Nihil magis fugere & cauere Ecclesiæ pastores debent ac fornicarum consortia.

Ambr. l. 10 in Luc. cap. 13. initio tomo 5.

Marci 16.

Præ exempli vis. *Matth. 16.*

Bern. lib. 4 Consider. ante med. Curia bonos nō facit, sed recipit, teste Beruardo.

Luc. 22. Diabolus sic loqui licet prouidētia & solertia. Genes. 3. Matth. 16. Petri fragilitas quorum itidem fragilitatē notet.

sive per commiserationem, siue vt alij probabilius putant, per contemptum, dixit: *Et hic cum illo erat,* vel sub conditione, vt ait Ioannes: *Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?* Et perpēde, quòd à muliercularum aggressu cœperant Petri negationes. A muliere enim primi peccati cœpit origo, quòd humanum genus à statu primæ gratiæ & innocentie deiecit. Illud quoque diuina prouidentia significatum nobis esse voluit pastoribus, omnibusque Ecclesiasticis, à nullo magis sibi metuendum, quàm à mulieribus, nihil magis vitandum, quàm illarū consortium, & voluptatis quæ per illam significatur, vsus. Vnde Ambrosius in Lucam interrogat: *Quid sibi vult, inquit, quòd prima eum prodit ancilla, cum viri vtique magis eum potuerint recognoscere; nisi vt & iste sexus peccasse in nocem Domini videretur, vt & iste sexus redimeretur per Domini passionem? Et ideo mulier resurrectionis accepit prima mysterium, & mandata custodit, vt & veterem prauaricationis aboleret errorem.* Sic ille. Deinde aduerte quid prauorum hominum colloquia possint. Petrus enim inter discipulos fatetur Christum Filium Dei esse viuentis; in colloquio autem militum, & aulicorum ter negat Christum; quia illi perfectè negant Dominum corde, ore, atque opere. Nam vt Bernardus ad Eugenium scribit: *Curia bonos facilius recipere, quàm facere consuevit.* Quòd si ad illam spectes ancillam, nubecula fuit eius interrogatio; si ad conciliū malignantium, propter quòd Petrus timuit, ventus validus fuit. Et sic cribrator ille Apostolorum Satanæ sibi prouidet, vt tentationis artificium à foemina inciperet: qui sexus olim etiam in paradiso primo parenti extitit deceptionis ianua. Et quā facile illa columna, quæ à soliditate fidei dicta erat petra, & Petrus, ad vnus auræ impulsu contremuit? Negauit enim non coram milite, vel Pontifice, aut concilio, sed coram ancilla vilissima, aut contemptissima mulierum. Et quòd Petrus est, omnes sumus, qui solemus de viribus superbiere; & tamen in diuino iudicio velut

cera à facie ignis colliquefcimus, vel sicut puluis quem proicit ventus à facie terræ, deficiamus.

Circa secundam negationem ponderandum, quòd in prima simpliciter negauit in præsentia ancillæ, fuit tamè mendacium, et si simplex, mortiferum tamen: in secunda cum iuramento, & coram quibusdam, vbi mendacium cum periurio fuit admixtum, & iureiurando dixit se non esse de Christi schola; anathematizauit etiam seipsum vel in solita vtens detestatione, qua seipsum morti aut diabolo torquendum deuouerit, si Christum nouisset. In tertia ergo peius adhuc negauit, quia cœpit iurare, & anathematizare seipsum, si nouisset illum. Fuit igitur mendacium cum periurio, & execratione: nā anathematizare est, maledictioni se obligare, & pœnæ, si ita sit, vt imponitur: vt, verbi gratia, si ego à Deo maledictus; vel, possim malè, & repente mori, vel, possit Satanæ me possidere, & quo velit, ducere. Nam iam Petro in tertia hac negatione certum iminebat exitium & periculum à cognato percussu Malchi; ideo Petrus constrictus cœpit execrari seipsum, & omnia mala sibi imprecari, si hominè nouisset. Fuit itaque prima, leuior à muliercula inermi; secunda, à viris, & multis, & armatis, & Pontificis ministris; tertia, grauissima ab astantibus, siue à multitudine, inter quos vnus cognatus Malchi vrgebat eum. Ita creuerunt negationes, & rationes magis negandi: quemadmodum etiam progressus quidam fuit in asserendo quòd nunquam negaret. Cum ergo iam non solum multitudine premeretur, vt in secunda negatione, sed horti commemoratione, in quo Malchum percussit, vrgeretur, magis, vt par erat, sibi metuens, non iam iureiurando, vt prius, iurauit, sed etiam cum anathematizatione, hoc est, detestatione, & deuotione sui ipsius negat.

Tertio circa illud verbum in secunda: *Quia non noui hominem;* & in tertia, *quòd non nouisset hominem,* colligunt quidam Patres, eum nō negasse quòd nouisset illum Deum, sed eū noscere non esse tantum hominem. Hæc enim

Psal. 1.

In secunda Petri negatione quid animaduertendum.

Matth. 5.

Anathematizare quid.

Gradus negationum Petri.

An Petrus Christum Deum esse negauerit, an hominè, vel simul vtrumque.

sunt

Ambrosius.

sunt verba Ambrosij in Lucam: Prima vox negantis est Petri; qua tamen non negare Dominum, sed a proditione se separasse mulieris videtur. Quid tamen negauerit, considera. Ex illis utique se esse, qui cum Iesu Galilaeo erant, vel, ut Marcus posuit, cum Iesu Nazareno. Nunquid negauit cum Dei fuisse se Filio? Hoc est dicere: Nescio Galilaum; nescio Nazarenum, quem Dei filium noui. Habeat homines locorum vocabula, Dei Filium patria non potest nuncupare, cuius maiestatem locus nullus includit. Et infra: Et aliud, exemplum scilicet, accipe: Interrogatus Petrus: Et tu ex illis es, qui cum Iesu Galilaeo erant? verbum aternitatis refugit: non enim erant, qui esse ceperunt: hoc est dicere: Ille solus erat, qui in principio erat. Denique ait: Non sum ego. Illius est enim esse, qui semper est. Vnde & Moyses ait: Qui est, misit me. Et infra: Hoc idem & in tertia voce duo, de quibus proposuimus Euangelista cum iuramento eum respondisse posuerunt, quia nesciret hominem. Et benenegauit hominem, quem sciebat Deum. Adde quoque beatum Hilarium, qui in Matthaeum ait: Sciebat (scilicet Christus) exterrendos, fugandos, negaturos (videlicet discipulos) sed quia spiritus blasphemia nec hic nec in aeternum remittitur, metuit ne se Deum abnegent, quem casum, & consputum, & crucifixum essent contemplaturi. Qua ratio seruata in Petro est, qui cum negaturus esset, ita negauit: Non noui hominem. Idem inferius exponens illud verbum; Non noui hominem, scribit: Diligenter contuendum est qua conditione Petrus negauerit: quamquam de hoc superius tractatum est. Nam primo ait, non se intelligere quid diceret; sequenti, non se ei adhaesisse; tertio vero se hominem non nosse. Et vere prope iam sine piaculo hominem negabat, quem Dei Filium prius agnouerat: tamen quia ex infirmitate carnis vel ambiguus extitisset, amarissime fleuit, recolens trepidationis istius culpam, se nec admonitum potuisse vitare. Haec illi pij Patres, propensiores in imminuenda culpa Petri, quam fuerit Caietanus in illa augenda, & amplianda. Verum istam sententiam egregie confutant alij Catholici Ecclesiae Patres, inter quos B.

Qui semper est, illius est esse.

Exod. 3.

B. Hilarius Can. 31. in Matth. circa med.

Matth. 12.

Idem Can. 32. ante med.

Matth. 16.

Refellitur haec opinio.

B. Hieron.

Hieronymus pulchre hoc loco scribit: Scio quosdam pij affectus erga Apostolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, ut dicerent Petrum non Deum negasse, sed hominem, & esse sensum: Nescio hominem, quia scio Deum. Hoc quia friuolum sit, prudens lector intelligit, si defendunt Apostolum, ut Deum mendacium reum faciant. Si enim iste non negauit, ergo mentitus Dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat, me negabis, non hominem. Sic Hieronymus. Audi iam Augustinum, hoc ipsum dogma alia ratione confutantem: An Apostolus Petrus, inquit, sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur, Christum non negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit, sicut alij Euangelista contestantur expressius? Quasi vero qui hominem Christum negat, non Christum neget, & hoc in eo negat, quod factus est propter nos, ne periret quod fecerat nos. Ergo qui ita consistetur, Christum Deum, ut hominem neget, non pro illo mortuus est Christus, quia secundum hominem mortuus est Christus. Qui negat hominem Christum, non reconciliabitur per mediatorem Deo: vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Et infra: Non accusemus Christum, cum defendimus Petrum: peccatum agnoscat infirmitas, nam mendacium non habet veritas. Agnouit plane peccatum suum infirmitas Petri, prorsus agnouit & quantum malum Christo negando commiserit, plorando monstrauit: Ipse suos redarguit defensores, & vnde eos conuincat, producit lacrymas testes. Haec Ecclesiae lumen Augustinus, magna cum ratione, in defensores Petri, & tacitos Domini accusatores eleganter produxit. Quarto expendit, beatum Hilarium in Psalmum LII. ita excusare Petri negationem, ut eum fidei firmitatem non amisisse dicat: Neganti quidem, clauis tamen regni caelorum non ademittitur, quia cum per trepidationem obrepisset negatio, voluntati tamen usque ad martyrium confitendi fides firma non deerat. Hoc ipsum sentire videtur B. Ambrosius super Lucam, & Leo Papa in sermone de Passione, vbi alloquens Petrum, ait: Vidit in te Dominus non fidem fideam,

Aug. tract. 66. in Ioan. circa med. tomo 9.

1. Tim. 2.

B. Hilarius

B. Ambros. Leo Papa serm. 9. de Pass. in fine

Prudentius Romanus.

Amb. serm. 48. de fide Petri. in init. to. 3. prope finem. Quam fidem Christi Petrus negauerit secundum Amb.

Marci ult.

Luca 24.

Luca 22.

Aug. tract. 123. sub init. tom. 9. Negatur Christus duobus modis.

non dilectionem auersam, sed constantiam fuisse turbatam. Sicille. Et Prudentis in libro Cathemorinon; Fleuit negator denique Ex ore prolapsus nefas, Cum mens maneret innocens, Animusque serualet fidem. Hoc ipsum video multos amplexatos fuisse. Nec obstat Ambrosij verbum sermone de fide Petri Apostoli: nam tractans illud: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, ait: Fidelior factus est, postquam fidem se perdidisse destenit; atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. Sed profecto Ambrosius eo loco fidem accipit pro fidelitate quam amico Christo non seruauit, vel pro fidei confessione, ad quam eo tempore faciendam Christi lege tenebatur. Praeterea quod dicitur in Marco, Christum exprobrasse incredulitatem Apostolorum, & duritiam cordis: non tangit beatum Petrum: quia apud Lucam de eo refertur, quod cum mulieres Apostolis ea, quae a Domino audierant, annuntiauerunt, nec illi credidissent mulieribus, sed visa fuissent verba earum sicut deliramenta, protinus subiunxit Euangelista: Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: non enim cucurrisset, nisi credidisset. Quae etiam coniunctio aduersatiua Autem demonstrat, Petro videlicet non fuisse visa verba mulierum deliramenta. Pia ergo est haec sententia, quae tradit Petrum fidem non amisisse, quam corde retinebat; nam pro eo Dominus rogaauerat, ut non deficeret fides eius; amisit tamen fidei confessionem, quam praestare debebat. Sed vbi primum respectus est a Domino, ad se rediit, & poenitentiae lacrymis, ac fletu peccatum negationis diluit, & charitatem quam amiserat recuperauit. Quod si omnino fidem amisisset, difficilius tamen ad cor rediisset, & ad poenitentiam. Quinto ponderandum verbum Augustini in Ioannem super illud: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit iste: Non sum: sane in ista, quae iam capta est negatione Apostoli Petri, debemus aduertere, non solum ab eo negari Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Pe-

tro, Discipulum meum te negabis, sed, me negabis: negauit ergo ipsum, cum se negauit esse discipulum. Quid autem aliud isto modo, quam se negauit esse Christianum? Quamuis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine, post Ascensionem quippe eius, in Antiochia primum ceperunt appellari discipuli Christiani; iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iam erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc commune nomen sicut commune etiam fidem ad posteros transmiserunt. Haec ille persciter sane atque vtiliter. Sexto expendit, quid trina illa Petri negatio mystice designet. Prima ancilla, quae Petrum allocuta est, significat titubationem vel cogitationem peccati; altera vero, confessionem; vir autem, operis executionem. Nam primo mala cogitamus, & nisi haec cogitatio comprimatur, progreditur in consensum; ex consensu actus elicitur. Vel trina negatio est, corde, per diffidentiam infirmari; ore, per prouidentiam diuinam abiurationem; & opere, per contrariorum morum protestationem, de qua Paulus ait: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Vt propterea recte dictum sit a Gregorio in Ezechielem: Peccatum, inquit, quod per poenitentiam citius non deletur aut peccatum est, aut causa peccati simul & poena peccati. Et probat illud: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum; & per illud: Qui nocet, noceat adhuc; & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Potest etiam demonstrari in Dauide, qui ex otio manendo domi eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, incidit in adulterium, ex adulterio in homicidium, & hypocrisim. Fuerunt autem haec Petri negationes praefiguratum in Caim negante se scire fratrem suum Abel, & in Chusai amico Dauid, qui Dauidem negauit coram Absalon: Prophetate etiam a Dauide, dicente: Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt; & qui iuxta me erant de longe steterunt; & per Ieremiam: Negauerunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse. Et haec de quarto sint dicta. Ad quintum, cur videlicet permisit Deus Petrum cadere, & tam tur-

Act. 11.

Christi discipuli quando primum Christiani ceperunt appellari

Quid trina Petri negatio designet

Quid etiam prima ancilla, & secunda, & vir Petri allocuti significant.

Tit. 1. Peccatum quod peccati causa simul est, & poena peccati.

Greg. hom. 11. in Ezechielem post med. tom. 1. Psal. 68. Quibus illud constat exemplis.

Apoc. vlt. Dauis triplex peccatum

2. Reg. 11. Vbi fuerint praefigurate haec petri negationes, atque predictae

Genes. 4. 2. Reg. 16. Psal. 37. Ierem. 5.

Alter sensus.

Cur Petrus agnito negationis errore non statim publice se professus se Christi discipulum, velut Pontifex Marcellinus.

Lucia vlt.

tur eius fletus, & agnosceretur, pudore enim suffunditur homo, cum videtur flere, & ideo se tegit. Vel sensus fuit: Prorupit in fletum, vel cepit magna poenitentia. Et hæc de sexto.

Ad septimum, & postremum, cur videlicet non permanserit Petrus in atrio, dixitque aperta voce: Ego mentitus sum in caput meum, negando illum: Ego cognosco illum, & sum ex eius discipulis: Ego sum qui in hortu auriculam Malchi gladio præcidi: volo cum eo, & pro eo mori; quem admodum olim Marcellinus Papa qui similiter Christum coram Diocletiano negauerat, poenitentia ductus redijt ad eum, & apertè confessus est Christum, & martyrij palmam obtinuit. Respondeo: Tunc non erat Petrus vocatus ad aliud à Christo respiciente ipsum, quàm ad planctum; nõdum erat virtute indutus ex alto ad confitendum coram mundo Christum: nolebat iterum facere periculum virium suarum; iam lapsu ipso modestior, & prudentior factus, expectabat ad hoc maiorem gratiam, ad quam disponebat eius fletus, & poenitentia.

Nolebat prætereà Christus alium sanguinem illa nocte secum profundi, sed torcular calcare solus: satis erat quod postea coram Iudæis, & Gentibus Christum confessorus erat, & inuerso capite pro Christi gloria crucifigendus. Secus Marcellinus, qui ad id vocatus fuit à Domino post negationem. Præbuitque Petrus exemplum Confessoribus qui in tormentis deficiunt, vt saltem poenitentia, & fletu delictum suum abluant, nec se iterum periculo manifesto obijciant, nisi prius grandescant in spiritu Dei, & ad confitendum Christum confirmatiores sint redditi. Porro nobis omnibus salubre documentum præstitit poenitentiam non tardandi, aut procrastinandi, sed vt quàm primùm admoniti de errore fuerimus, ad lacrymas, & resipiscentiam conuertamur, quò gratiam reconciliatiouis apud Deum promereamur, & spem æternæ vitæ concipiamus gratia, & meritis Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto sit sempiterna laus, honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Secundatio

Esaiæ 63.

Documenta Petri duo eo facto fidelibus exhibita.



TRACTATUS XXIII.

De præsentatione Christi ante concilium Seniorum mane facta, in illa verba: *Mane autem facto, consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, & Seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato Præsidi, &c. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. & Ioan. 18.*

Auri veri ac perfecti conditio.

QUÆMADMODUM aurum verum, & germanum eius est ingenij, vt quo magis in ignem detruditur, eò rutilantius, ac defæcatus

reddatur, quia igni non consumitur, sed proficitur potius: ita innocentia Domini Iesu quò magis fuit examinata, ac per diuersos indices, etiam malignos & corruptos, explorata, eò ma-

Quo magis claruerit Christi innocentia.

Cur quater coactum fuerit concilium in necem Dñi Iesu à Principibus Sacerdotum.

Ioan. 11. Matth. 26. Ioan. 18.

An interrogatio Christo facta Matth. 26. in domo Caiphæ, eadē sit cū ea, quæ Lucas cap. 23. commemorat, nec ne.

B. Aug. lib. 3. de Consens. Euāg. 6. 7. tom. 4.

Diuersa sese ostenditur multiplici ratione.

Secunda ratio

Tertia.

Quarta.

Quinta.

gis illustrata est, ac se puram, & verè diuinam exeruit. Postquam ergo in domo Caiphæ nocte præcedenti causa eius fuit discussa, iterum manè sifunt eum ante tribunal, siue conciliū Sacerdotum & Seniorum, vt in eorursus Christi causa agitaretur. Diuina enim prouidentia factum est, vt in necem Christi quater concilium inirent Principes Sacerdotum cum Scribis, & Senioribus: nempe semel, quādo suscitauit Lazarum, vt refert Ioannes Euangelista; deinde biduo ante Pascha, vt habes apud Matthæum; tertio in domo Caiphæ, in quā Christus vinctus noctu adductus est; quarto, manè facta, vt tanti sceleris eorum atrocitas elucesceret, quæ ex hoc penderet, quòd consulto, & deliberato animo tantum scelus perpetrare non erubuerunt.

Percontaberis: Cùm in hoc concilio manè facta, eandem interrogationem, & Christi similem ad eam responsonem factam Lucas commemorat cum ea, quæ nocturno tempore à Pontifice cum Christo facta est, vt narrant Matthæus, & Marcus; num eadem sit, an verò diuersa, vt Euangelistæ sibi inuicem cõsentientes inueniantur? Beatus Augustinus in libris de Consensu Euangelistarum existimat, Matthæum, & Marcum per præoccupationem illud narrasse. Sed profectò contraria sententia probabilior videtur, & diuersas fuisse has interrogationes ratio temporis, & loci, & diuersarum circumstantiarum euincit. Nam illa Pontificis noctu facta est, vt apertè tradunt duo primi Euangelistæ; hæc verò manè ex consensu trium Euangelistarum. Deinde illa facta est in domo Caiphæ, hæc verò in concilio Sanedrin, quò omnes Seniores & Principes Sacerdotum, & Scribæ conuenerant. Adhæc responsio Christi coram concilio, longè fuit diuersa ab illa, quam tradidit coram Caiphæ, etiam si in aliquo conueniat. Prætereà responsum Christi Caiphæ datum subsecutæ sunt illusiones, alapæ & sputa; responsum verò datum coram concilio nulla iniuria, aut illusio subsecuta est, sed tantum quòd vin-

cientes illum tradiderunt Pontio Pilato Præsidi. Ex quo elicimus aliam distinctam circumstantiam. Nam Christus coram Caiphæ vinctus est presentatus, at cùm sifteretur coram concilio, liber, & solutus erat, vt ratio iuris postulabat; nam propterea sequitur, quòd vincientes Iesum, duxerunt illum ad Pilatum. In priori etiam iudicio Caiphæ Dominum adiurauit; at in hoc concilio nulla facta est adiuratio. Sed dices; Quid opus fuit nouo Christi examine, & causæ eius discussione? nõnne satis superque causa eius agitata fuerat coram Pontifice, & Sacerdotibus, atque Senioribus nocte præcedenti? Respondeo id consultò fuisse factum, vt quo Christus à pluribus & sapius est examinatus, & in pluribus tribunalibus dånatus, eò pl⁹ tegant malitiam suam. Deinde, cùm Dominus intempesta nocte captus fuerit, & coram Caiphæ presentatus, & multi ex Senioribus & Principibus Sacerdotum senectute grauarentur, non est probabile omnes nocturno examini interfuisse; vt manifestè constat de Anna: & Marcus cùm dicit: Et adduxerunt Iesum ad summum Sacerdotem: & conuenerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores, intelligendus est, locutus per Synecdochen, quòd videlicet ex illis multi adessent: at manè neminem defuisse probabile est, cùm concilium Seniorum, quò dicitur Sanedrin, fuerit congregatum. Tertio rursus interrogant, quia cùm audissent eum nocturno tempore cõfitemem se esse Christum, si illud sibi rursus vsurparet confidentius, vt pertinacem accusarent coram Pilato; si verò negaret, conuinceretur seipsum condemnare, vt qui sibi esset contrarius. Quarto, sententia noctu pronuntiat non est valida, vt traditur in Authentico de iudiciis: quia nocturnum tempus non est aptum iudicio; & de Mose dicitur quòd sedebat vt iudicaret populū, qui assistebat Moyse à manè vsque ad vesperam, non autè in noctem protrahebat. Quinto, volebant vt Iesus solutus rata faceret, quæ nocte præcedenti ligatus dixerat, quò se formam iuris tenere ostenderent.

Quid opus fuerit nouo examine causæ Dñi Iesu, cùm iā alterū præcessisset.

Secunda causa

Matth. 14.

Tertia.

Quarta.

Sententia quæ prolata nõ est valida

Quinta.

Ita enim est in more positum, ut quæ iudices vi tormentorum à reis exculpunt, postea ab eisdem solutis exquirant, an rata habeant, quæ cõfessi sunt. Et iam Iesus se Christum dixerat, cum irridentes eum, & cædentes dicerent: Prophétiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Sexto, volebant elicere ex eius verbis, quod esset Rex & Messias, siue Christus: ideo interrogat in concilio, Si tu es Christus, dic nobis: non autem si esset Filius Dei, ut Caiphas interrogauit: quia de filiatione Dei Pilatus Gentilis tenens plures Deos, non curaret. Septimò, quia iudicium nõ Æternũ fuerat turbulentũ, ac omni iuris forma spoliatũ, cum ijdem essent & testes, & iudices, & carnifices: & vt errorẽ suum corrigerent, manẽ voluerunt prætexere speciem sedati cuiusdam, & iusti iudicij, quod causam suam apud populum commendabilẽ redderent, & se iustitiæ æquos protectores, ac defensores ostenderent, cum tamen eorũ animi eadem malignitate, odioque, atque inuidia flagrarent aduersus Iesum: vt Matthæus recēset concilium iniisse Principes Sacerdotum, & Seniores populi, vt eum morti traderent. Non poterant ergo apud Deũ causam suã hypocrisis pallio obteatã iustificare. Tertiò aduerte, id, quod in hoc concilio gestum est, leuiter & perfuntoriè à Matthæo & Marco narrari, & tantũ summam eius, ac postea adductionem Christi ad Pilatum. At Lucas latiùs hæc persequitur, quia ponit interrogationem Iudæorum, & responsum Domini Iesu, & secundam condemnationẽ eius, vnde ait: *Et vt factus est dies, conuenerunt Seniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribae, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixerò, non credetis mihi: si autem & interrogauerò, nõ respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autẽ erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait, Vds dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium: ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Quæ omnia*

Sexta.

Septima.

Lucas 22.

Cap. 23.

præferi tractatu explicada nobis sunt. Primò perpende, hanc interrogationẽ non esse factam in tribunali Caiphas, vt notat Episcopus Abulensis in 15. caput Matthæi, sed in concilio, siue consilio, siue Cõsistorio Sanedrini, hoc est, Seniorum, & Scribarum, quod penes Hebræos dicitur Domus iudicij, vbi moris erat causas & iudicia animarum à LXXI. congregari iudicibus, qui cum summo Sacerdote faciunt 72. examinari atque tractari. Hoc iudiciũ constitutum fuit à Deo, vt adiuuarent Moysen in regenda Republica: & in Deuteronomio præcipitur, vt hoc iudicium sit Ierosolymis prope Pontificem, & fortè locus, in quem coibant, erat intra ædes summi Pontificis, aut illi saltẽ coniunctus: eratque locus amplius, & capax ad hæc iudicia habenda destinatus. Quia enim ait Lucas, quod adduxerunt illum in confessum suum, siue concilium, ostendit, locum fuisse distinctum ab eo, in quo nocte præcedenti fuerat examinatus à Caipha. Quia verò apud Ioannem dicitur: *Adducunt ergo Iesum à Caipha in pratorium:* significatur, illum locum non fuisse alienũ, vel certè nõ admodum dilinctum, vt possit dici quod à Caipha adductus sit Iesus ad Pilatum. Hoc iudiciũ paulò post omnino sublatum est. Scribit enim Rabbi quidam Moyses Maimon in librum Iudicum, quod Iesus Nazarenus visus est esse Messias, & interfectus est per Domum iudicij, hoc est, in iudicio vnus & septuaginta iudicum Iudæorum, & ipse causa fuit vt destrueretur Israël in gladio. Iam expẽdamus verba textus. Ait ergo Matthæus: *Mane autem factò,* siue vt Lucas ait: *Et vt factus est dies.* Etenim pernoctassent ad mediam noctem eum capiẽdo, ac deinde examinando eius causam, & illudendo, & cædendo Christum vsque ad gallicinium, quo Petrus erat inter ministros: non tamen pigri fuerunt, sed confestim manẽ surgunt ministri diaboli mortẽ Christo illaturi. ¶ *Conciliũ inierunt omnes Principes Sacerdotũ, & Seniores.* Id est, Iudices ordinarij, & apud Lucam dicitur, *Tò πρῶτον συνέδριον τῶν κατὰ ἀντιφάσει τῶν συνέδριον ταυταυ:* id est: Congregatus est senatus in cõfessum.

Vbi fuerit facta hæc interrogatio, an sit Christus?

Episc. Abul. in Matth 9 Concilium Sanedrini apud Iudæos idem quod Domus iudicij sonat.

Concilium Seniorum à quo fuerit institutũ, & cur Numer. 11 Deut. 17.

Ioan. 18.

Concilium Sanedrini seu Seniorũ quod fuerit Iudæis sublatũ. Rabbi Moyses Maimon.

Iudæorũ ad necẽ Christi solertia & vigilantia.

Et

Et Marcus: *Καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὸ πρῶτον συνέδριον ποιήσαντες αὐτὸν μετὰ πρῶτον πρῶτον, καὶ γραμματίων, καὶ ἄλλων ἰδὲ συνέδριον.* Dicitur autem συνέδριον, à confessu iudicum in eodẽ loco: vnde & illa vox à Græcis ad Hebræos tranfuit, vt collegium hoc Seniorum ad iudicandum deputatum, dicatur apud eos Domus Sanedrini.

Cur Dominus in concilio simul rogetur, an sit ipse Christus & Messias.

Exod. 20.

Genes. 49. Deut. 18.

Ioan. 18.

Infra 19.

Ibidem.

Psal. 11. Illud in Iudæos quàm quadrat: In circuitu impij ambulat

Dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Non interrogat amplius Caiphas, neque adiurat, sed nomine concilij res peragitur: ideo interrogant plures, quia vnus pro toto concilio interrogabat. Nec proponit amplius an sit Filius Dei, sed tantũ an sit Christus. Quia etsi nocte præcedenti iam Christum condemnassent secundũ legem eorum, quæ plures deos non admittit, quia se Filium Dei confessus fuerat; tamen quia hæc causa nihil mouisset Pilatum Gentilem, & idolorum cultorem, ad eum morte crucis afficiendum, vt desiderabant, incitabant eum, vt se Christum in lege promissum, ac Regem Israël, qui è manu Romanorum regnum Israël redimeret, fateretur; quod contra coronam Cæsaris prorsus esse videbatur: atque hæc causa poterat permouere Pilatum ad eum damnandum, vt rei demonstrauit euentus. Nam super hoc vno fuit examinatus à Pilato, si Rex esset Iudæorum: & Principes Pilato innocentiam Iesu pronuntianti, & ad eum absoluendum inclinanti, dixerunt: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, omnis enim qui se Regem facit, contradicit Cæsari: & titulus causæ inscriptus super caput eius continebat: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Idcirco itaque iterum cogitur concilium, vt Christum consistentem condemnent, & coram Pilato legitime accusare valeant. Et vide quàm verum sit quod à Dauide dicitur: *In circuitu impij ambulat.* Nam cum Pontifex primũ via interrogationis de doctrina & discipulis egisset, deinde via testimoniorum, & postremò via iuramenti, siue adiurationis; nunc totum concilium redit ad interrogationem, non quidẽ simplicem, & synceram vt credant; sed vt calumniam instruant, omnia in

deteriorem partem rapientes. Sicut etiam alibi interrogarunt: *Quousque animam vestram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.* Respondit eis Iesus: *Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me: vbi verbo & opere se Christum & Filium Dei testificatus est: ita etiam nunc, vt cognoscant eum animos illorum inspicere, vt veritatem tamen neque neget, neque tegat, nullamque calumniandi ansam præbeat.*

Et ait illis, Si vobis dixerò, non credetis mihi: si autem & interrogauerò, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Dominus igitur responderet non casu, sed præsciis eorum, quæ ex suo sermone consecutura erant; quia sic expediebat respondere: nobis præbens exemplum nostris superioribus respondendi vt decet, sine vllò respectu futurorum euentuum, quando ratio compellit nos respondere, vt videtur hęc Dominus coactus fuisse, à iudicibus interrogatus de re digna quam explicaret. Sed dices forasse, nequam ita debuisse Dominum respondere, ob scandalum quod eos ex suis verbis nouerat accepturos. Respondemus, Dominum de tanta re interrogatum, quam ipse tot signorũ multitudine comprobarat, non debuisse tacere, vel dissimulare, nec alienum quid à prima sua responsione dicere: tũ ne signum aliquod timoris, & inconstantie ederet; tũ quia ad hoc erat natus, & missus, vt testimonium veritati ad mortem vsque perhiberet; tũ ne haberent excusationem, quod Iesus nunquam testatus esset de se, quod verus esset Messias & Christus; tũ quia scandalum erat passium, & tutius scandalum nasci permittitur, quàm vt veritas fidei relinquatur. Quã obrem, cum Prælati nostri ab idoneis iudicij excitati, in nostram vitam, & actus inquirunt, debemus veritatem, qualitercunque ipsi eam accipiant, respondere. Est ergo sensus: Si dixerò vobis, non credetis mihi: id est: Non sum dicturus, quasi à vobis aliquid sperem, neque magnificè locuturus de meipso, quasi meis dictis vos

Ioan. 10.

Cur ita Dñs respondit: Si vobis dixerò, nõ credetis, &c.

Quare Christus responderet, qui tamen probè nouerat responso se re suo Iudæos offendendos.

Ioan. 18.

Tutius scandalum nasci permittitur, quàm vt veritas fidei relinquatur.

Christi documentum.

terrendos

Matth. 3. Intra 17. Ioan. 1. **Matth. 26.** Ioan. 8. **Maiores Iudæorum in Christum credidisse, ostenditur contra Caictanum.** Quæ fides non vera. Iacobi 2. Luca 16. Ioan. 15. **Supra 7.** **Matth. 21.** Ioan. 2. **Intra 12.** **Supra 5.** **Caictani in firmum argumentum.**

tèrendos putem: ergo si apertè dixerò me Christum; quod verissimum esse, & Scripturæ, & opera mea, & testimonium Patris cœlestis, & Ioannis Baptistæ, & tot discipulorum in me credentium confirmans, vos non solum non credetis, imò in certam calumniam rapietis, dicentes me esse blasphemum, ut antè dixistis: vel: Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum, ut olim dixistis mihi. Quod ergo Caictanus exponit hoc loco, maiores Iudæorum non credidisse Iesum esse Messiam, ex eo quòd dixit, Non credetis: non est satis firmum. Non enim vidit, quod non credere in Scripturis sæpè accipitur, pro, nolle credere, vel non credere fructuosè, ea ratione, qua fides donum Dei est. Nam quæ ex argumentis conuincen- tibus elicitur fides, de qua: *Damones credunt, & contremiscunt*: vera fides non est. Hinc & Abraham apud Lucam dixit: *Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credet*: & Dominus pluries est testatus quòd Iudæi ipsum viderint, & gratis oderint; & alibi clamat: *Et me scitis, & vnde sum, scitis*: & in parabola vineæ dixerunt agricolæ: *Hic est hares, venite occidamus eum*; & Ioannes testatur quòd multi crediderunt in eum propter signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes; & iterum: *Veruntamen & ex Principibus multi crediderunt eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, ut è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.* Et rursus: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis; & gloriam quæ à solo Deo est, non queritis?* Crediderunt ergo coacti signis, ut dæmones, qui tamen ex imperio voluntatis non poterant credere propter appetitum gloriæ humanæ. Non ergo ex illis verbis, Non credetis, certum argumentum colligitur ad probandū Iudæos non credidisse Iesum verum esse Messiam: nam loquebatur de fide vera, quæ à voluntate proficiscitur, & libenter acceptante quod creditur. A-

lioqui non potuisset dicere, Non credetis, si de persuasionem mentis esset Iesu sermo; & ipsi non penitus fuissent credituri. Pravam ergo voluntatem redarguit, quæ acceptatura non erat etiam cognitam veritatem, quod est summum malorum. **Summū malorū quodā sit.**

Et subiungit de altero membro: *Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.* Hoc est: Si ego vos testimonijs legis, & Prophetarum, quæ de Messia sunt, vrgeam, & petam cur in me completa non sint, ut rationem assignetis, ac me non esse Christum iusta ratione adducti, credere compellamini. Non ergo respondebitis mihi, ut qui rationum omnino præsidio vacui, atque destituti sitis: nam sæpè vos aliàs interrogavi, nec respondistis. Ut quando dixi: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et: *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Et quando dixi: *Baptismus Ioannis vnde erat? è celo, an ex hominibus?* Et quando interrogavi, *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?* & dixistis: *David.* *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicēs: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.* Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et super quæstione de muliere contracta, & alijs quibusdam, in quibus nunquā ad rationes inflexi fuistis, sed vel obtutuistis, vel ad conuitia sæpè, & interdum ad lapides vos conuertistis? Ita quoque & nunc, si ego interrogarem, neque crederetis, neque responderetis, neque dimitteretis.

Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Etsi Dominus satis ostendisset se meritò illis posse non dicere; quod rogabant: tamen quoniam ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhibeat veritati; & ne, quia dixit: Non credetis, neque dimittetis, videretur metu mortis veritatem reticere, quasi dicturus eam foret, si speraret illos credituros, & se dimissuros, confitetur rursus se esse Christum: summa tamen cum prudentia & modestia. Non enim apertè id dicit, sed signo quodam ex Scripturis desumpto, quo illorum

Expenditur hoc Dominū respōsum: Ex hoc autē erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. **Intra 18.** Christi prudentia ac modestia.

animi timore commoueri debuerant. Ex hoc, inquit, tempore scilicet, erit Filius hominis, id est, Homo iste, quem contemnitis, sedens à dextris virtutis Dei, tanquam verus eius Filius, confors gloriæ, & potentia eius. Vel, ex hoc ipso, quòd me non dimittetis, sed reum à vobis condemnatum cruci suffigetis, continetur meritum meæ exaltationis, & coronæ: dabitur mihi iudiciaria potestas, & ad dexteram Patris sessio ad iudicandum vniuersum orbem, ut vos nunc sedentes ut iudices iniquo, & peruerso condēditis iudicio calumniam mihi struere; quæ in vestrum caput recidet, quia vos eritis mihi scabellum pedum meorum, si pergitis mihi hostes esse. Tacitèque se indicat Messiam, de quo scriptum est: *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis*: ut Dominus respondit apud Matthæum; etiam vbi dicitur venturus Filius hominis ad iudicandum. Et in utroque examine, tam vespertino, quàm matutino meministi huius secundi aduentus ad iudicium: tūm ut perterrefaciat eos ab iniquo iudicio; & ut imbecillitate carnis, & contempta præsentia non offendantur, & ut occasionem præbeat interrogandi mysteria huius duplicis aduentus Messia, cuius ignoratio etiam apud diabolum fefellit; deniq; ut volentes inuestigare, omni excusatione destituantur.

Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? scilicet naturalis: & auiditate occidendi eum verba ex ore eius accipientes inuertunt, ut calumniam texant. Nam cum ipse nihil de Filio Dei dixisset, sed potius Filium hominis ad dexteram Dei exaltandum se vocasset, calumniantur: Tu ergo es Filius Dei? Rectè dixit Propheta: *Redime me à calumnijs hominum, ut custodiam mandata tua.* Est ergo sermo de Filio Dei naturali: nam quòd esset Filius adoptiuus, non erat causa interrogationis, cum Iudæi eo titulo gloriarentur, iuxta illud: *Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes.* Vel cum modeste dixisset se Christum, cui illud verbum competere: *Sede à dextris meis*, Iudæi non ignorabant, infe-

Altera Interpretatio.

Psal. 109. **Matth. 22.** Quatuor de causis Dñs corā Iudæis accusatus, sui aduentus ad iudicium bis meminit.

Quā captiosè & malignè inferant Iudæi: Tu ergo es Filius Dei?

Psal. 118. **Psal. 81.** **Psal. 109.**

runt: *Tu ergo es Filius Dei?* quia noverunt ex Scripturis Christum singulari quadam ratione, & eximia futurum Filium Dei. Emphasim suam habet illud pronomen, Tu. Tu scilicet filius fabri, homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus, Samaritanus, dæmoniachus, tu sedebis ad dexteram Dei? te videbimus in nubibus? in patibulo cupimus te videre, non in nube; in medio latronum pendere, non ad dexteram virtutis Dei. Rectè ergo David prædixerat de Messia: *Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me; & Apuerunt super me os suum, sicut Leo rapiens & rugiens.*

Qui ait: Vos dicitis quia ego sum. Mansuetè, & prudenter responderet. Solitus est autem hæc loquendi forma: uti, quoties veritatem interrogatam odiosum esset apertè confiteri. Vos ore dicitis, me esse Filium Dei, ut calumniemini verba mea, illa ut vultis interpretando; ac corde & conscientia, velitis nolitis Scripturarum, & miraculorum testimonijs compulsi, Filius Dei sum: ego tamen nec dico, nec nego, sed vos dicitis, licet credere illud nolitis. Maluit ergo se Christus Filium Dei, ac Messiam probare, quàm dicere, ut condemnandi ansa tolleretur. Potest & sic rectè exponi: Vos dicitis, quia ego sum; ut sit casualis particula illa, Quia: hoc est, Vos mihi testimonium vel inuiti tribuitis, quia reuera ego sum. Habet enim vestra interrogatio vim quandā confessionis, cum de eo interrogetis, de quo nemo interrogaret, nisi aliquā de eo opinionem, suspicionemve haberet. Ac dicere quidem, Vos dicitis quia ego sum, arguentis est eos, quòd non omnino laruerit id, quod rogant, propter miraculorum notitiam.

At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius. Testimonium scilicet quo se comprobat Christum, & Filium Dei. Et dicunt; Quid egemus testibus? quasi dicat: Nos ipsi possumus coram iudice contra eum testimonium ferre. Atque hæc duo Iudæi ponderarunt, quorum alterum erat contra

Iudæorum Christum blasphemiam. **Matth. 13.** **Supra 11.** **Ioan. 8.** **Psal. 21.** **Ibidem.** **Hoc modo respondendi.** Tu dixisti, quando Christus vtebatur

Quid itē sit dicere, Vos dicitis, quia ego sum.

De ore Christi testimonium Iudæi quodā haurisse se auribus suis merita tur

Romani, quia erat Præfes prouintia: Iudææ. Eratq; magna prudentia, & auctoritate præditus, & vt ex historia Evangelica constat, longè prudētior, & iustior Scribis, & senioribus; Et dicebatur Pontius, non quòd esset ex Pōto iuxta Bithyniam, vt quidā volunt, aut q̄ Pontiam insulam sub Tiberio administrarit: quia non solent Præsides ex prouintijs, quas administrant, sortiri cognomina; sed potius quòd hoc nomen commune sit natis in Burgundia: ipse autem oriundus creditur nō longè à Lugduno. Pilatus, cognomen est Pontij; sicut Prætor, cognomen est magistratus, & dignitatis. Ducunt autem illum bis damnatum in Concilio suo ad Pilatum, volentes ipsum non tã esse iudicem, quam iudicij à se facti executorem, si potuissent. Quod constat ex eo, q̄ eum catenis vinctum, sputis, atq; alapis fœdaturum perunt, vt cruci suffigat, nullā adferentes accusationem, neq; damnationis ab eis factæ vllam rationem reddentes; & hoc agebant, vt innoxij sanguinis effusionem in Pilatum inducerent, & populi odiū in eum conuerterent.

Ipsi autem non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, &c. Ex insita, & innata hypocrisis hoc fecerūt, qua semper in paruis erant superstitioni, vt magna non curarent, excollantes culicem, camelum autem glutientes. Præceptum erat in lege, vt non nisi mundi agnum comederent: vnde & quidam ascenderunt Ierosolymam, vt sanctificarent se ipsos, scilicet ad esum agni Paschalis, vt narrat Ioannes: alioquin immundus faciebat Pascha mese secundo, vt ibidem dicitur. Vt non contaminarentur, inquit, quasi hactenus nihil immunditiæ contraxissent in tam indigna, atq; impia Iesu tractatione; aut quasi sola domus incircūcisi eos contaminaret, cum interim innocentem tot modis ad mortem adigerent, & sanguinem illius super se, & super filios suos recipere non sint cunctati. Metuebant inquinari in ingressu domus, & non profani hominis colloquio & consortio pollui, cū domus non pollueret, nisi propriè eum, cuius erat. Animam habent homicidiū de-

signantem, linguas calumniatrices, & sanguinarias; cōduxerant pretio proditorem; falsos testes subornauerant; falsa crimina confinxerant; cohortem Romanam pretio conduxerant, insuper iudicem vrgent, ac terrent; & tamen sibi videntur puri, digniq; qui Pascha celebrent, non ob aliud, quàm q̄ ab ingressu prætorij se continerent. Egregia sanè, ac præpostera religio. Audi Augustinum in Ioannem: *O impia, inquit, & stulta cecitas, habitaculo videlicet contaminarentur alieno; & nō contaminarentur scelere proprio?* Sic ille. Ambiebant ergo iustitiam, quæ in externa specie consistebat, nō in corde: nam erāt sepulchra dealbata, mundantes quod deforis est calicis, cū intus essent pleni rapina, & immunditia. Humana constitutione Iudæus in domum incircūcisi intrare vetatur, ne ab eo cōtaminaretur: Lex diuina erat, *Non occides: Non falsum testimonium dices: Non inuideas;* quæ omnia isti contemnebant, & seruata illa constitutiūcula se sanctos, ac iustos haberi volebant. Fingunt sanctitatem sine charitate; cū omnis sanctitatis medulla charitas sit. Vt inam non multi apud nos quoq; tales extarent: nam pleriq; cum in totum sint impij, tamè impietatem suam humanis quibusdam traditionibus seruatis tegunt. At Christus aliam nos docuit iustitiam: *pater sancte, inquit, sanctifica eos in veritate: Sermo tuus, veritas est.* Vera sanctificatio est, cum corda nostra expulsis peccatis, & fraudibus renouantur, & cognitione Christi, remissioneq; peccatorum, atque pace illuminantur. *Sed vt manducarent Pascha.* Per Pascha intelligendum esse agnum Paschalem, lōgā disputatione superius euicimus; propterea non est operæpretium eadem iterū repeterè. Certè vox Paschæ in sacris litteris, nunquam aut azymos panes, vel sacrificia, quæ illis septem diebus pro more legis immolabant, iuxta dicta in Deuteronomio significat, sed tantum agnum, vel tempus noctis illius. Illo autem anno Iudæi ex traditione diem Paschatis postposuerunt in diem Sabbati, vt tradunt Burgenfis Episcopus, & permulti alij scriptores, qui id ex

Horrendæ Iudæorum contaminationes atque sordes.

August. tra. 114. in Ioann. sub init. tom. 9.

Matth. 23.

Iudæorum præuarcationes legis Diuinæ. Exo. 20. Ibidem. Omnis sanctitatis medulla charitas est.

Quam iustitiam nos docuerit Christus. Ioan. 17. Quæ sit vera sanctificatio.

Lib. 9. Pascha in Scripturis, quid significet.

Deuter. 16.

Burgen. Episcopo. in Paulina lib. 19. cap. vlt.

Kalen-

Pilatus quare dicitur sic Pontius.

Prætoris nomen quid indicet.

Iudæorum aduersus Christum nequitia.

Cur pontifices Iudæorum non introierint in prætorium, vt non contaminarentur.

Matth. 23. Num. 9.

Ioan. 11. Num. 9.

Iudæorum hypocrisis, & simulatio.

Matth. 27.

Matth. 27.

Seder-holam Hebræorum Calendariū.

Ioan. 19.

Iudæorum hypocrisis Christiani qui videatur imitari.

Kalendario Hebræorum deducit, qui apud eos dicitur Seder-holam. Magna que Dei sapientia accidit, vt figuratus agnus & figura eodem die immolarentur. Hoc etiam manifestè confirmatur auctoritate eiusdē Ioannis, qui ait: *Erat autem Parasceus Pascha, hora quasi sexta.* Nā die Veneris, in qua Dominus crucifixus est, preparauerūt necessaria ad immolandum, & edendum agnum illa eadem die post vesperam, in qua celebrabatur Pascha. Nos igitur huiusmodi religionem Iudæorū præposteram diligenter fugiamus. Nam sunt permulti inter nos quoque, qui diligenter ferias quasdam pijs obseruant magna religione, ad quas se propria voluntate adstringunt; cum interim dies Dominicos, aut Apostolorū non obseruent. Alios verò inuenies, qui ieiunia ab Ecclesia præcepta in Quadragesima, aut in vigilijs Apostolorum vilipendunt ac frangunt; cum tamen dies quosdam, aut B. Virginis

annuntiata, aut D. Catherinæ, ac B. Lucie per totum annum arctissimè ieiunent. Videas quosdam odio ardere in fratres suos: qui tamen de verbis otiosis, aut de rebus his leuioribus accusent seipfos. Rursus religiosos quosdam, qui de Antiphona relicta, aut silentio tantillum violato grauer se incusent; quos tamen de proprietate, aut obedientiæ contemptu, quæ in ipsam Religionis substantiam militant, vllum non forment serupulum. Demum igitur operam, vt, si de leuioribus culpis à nobis abstergēdis solliciti sumus, multò maiorem, ac diligētiorem operam, & industriam ponamus in vitandis grauioribus, quæ sempiternæ nos morti addicere valent, nisi illis obuiamur, æternæque gloriæ premio nos spoliare possunt, nisi illis resistamus: per Christum, cui cum Patre, & Spiritu sancto perfecta est felicitas, æternus honor, & imperium sempiternū in secula seculorum. Amen.

Quæ sordes nobis eluēdę purissimū salutaris amantibus.



TRACTATUS XXV.

De infructuosa Iudæ pœnitentia, & restitutione triginta argenteorum, & eius morte, in illa verba: *Tunc videns eū Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerūt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiēs, laqueo se suspendit, &c.* Mat. 27

Tractandus est vltimus actus proditoris Iudæ, qui cōplectitur eius inutilē pœnitentiā, & causā eius, cōfessionē peccati, restitutionē pecuniæ, atq; suspendiū, quo vitā abruptit. In primis cauendū est, solū Matthæū inter Euangelistas hanc Iudæ historiā percussisse, quanquā B. Lucas in Actū initio nō nihil huius historiæ attingat. Quod Matthæus ait, *Tunc, in*

tellige præfæto Christo in domū Prætoris, quā accidit post horā diei tertiā. Nō tamē op̄ est vt omnia que hic narratur, ante Christi mortē acciderint. Nā & p̄tio agri cōmodo suo tēpore facta est, & forte Iudæ suspendium post Dñi mortē accidit. Quod ergo dicitur: *Tunc vidēs Iudas, qui eū tradidit, &c.* primū dubium occurrit, ad quid referendū sit illud, *Damnatus esset, an ad seipsum,*

Iudas laqueo quando se suspendit.

De quodistū sit: Tunc vidēs quòd damnatus esset, de Iuda, an de Christo

Act. 1. Iudæ interitum solus inter Euangelistas commemorat.

Matth. 27.

Quomodo accipiendū ad literam: Pretium appretiatū quē appretiauerunt à filiis Israel.

Cyrl. Hieros. Catech. 14. ante medium.

Sub enigmate sepe solēt esse prophetia, teste Cyrllo.

quando implendum. Sensum igitur Prophetæ obscurum Matthæus explicare malens, quā verba reddere, dixit: *Et acceperunt triginta argenteos, &c. & dederunt eos in agrum figuli.* Pro quo Hebræa habent: *Proieci eos ad figulum.* Et tuli triginta argenteos, & proieci eos in domum Domini ad figulum. Ex persona Prophetæ adiecit: *Sicut constituit mihi Dominus, scilicet ut proiecerem ad figulum.* Quod verò subditur: *Pretium appretiatū quē appretiauerunt à filiis Israel:* sic videtur ordinandū: ut illud, à filiis Israel, coniungatur cum participio appretiatū, hoc est, æstimati tam vili pretio ab eis. Benè ergo Evangelista mutatis verbis Prophetæ, & verborum ordine, sensum eius reddidit, ut suo scopo cōueniebat. Quomodo non dissonat, quod Evangelista dixit: *Et dederunt eos in agrum figuli,* Prophetæ verò: *Proieci eos in domum Domini in constatorium.* Respondet Cyrillus Hierosolymitanus: *Non solum, inquit, arifabri habent constatorium, sed & luti figuli habent luti constatoria. Luti enim vilitatem, & pinguedinem à pretiosiori terra in arificinis conscientes perfundūt aqua lutum, ut sine impedimento operentur, quæ praparauerant. Quid igitur miraris? Quod Euangelium apertè agrum figuli, Prophetæ autem sub enigmate protulit Prophetiam: quandoquidē sub enigmate sepe solent esse prophetia. Hæc ille. Et hæc sint satis de hoc testimonio.*



Nemo igitur de magnitudine peccati instar Iudæ desperet: quia Christus est iustus, misericors tamen est, & misericordia in eo superexaltat iudicium. Et hæc est gloria Domini Iesu, id est, Saluatoris, qui non tantum actum, sed etiā artem & habitum seruandi habet. Nemo etiam sibi blandiatur de aliquo peccato: quia omne peccatū, traditio sanguinis Christi est, atque conculcatio. Estq; vilissimum ac sordidissimū lucrum peccatum, pro quo Christum vendimus, ut possit nobis dicere, *Decorum pretium, quo appretiatum sum à vobis.* Cauendumque, ne dæmon artibus suis oculos nostros tegat, ne peccatum agnoscamus: nam postea futurum est, ut ipse nobis oculos detegat, quo agnita peccati grauitate, ac fœditate, in foueam diffidentia præcipites ruamus, nisi Christus nobis opem ferat, & suam misericordiam nobis ante oculos obijciat. Agnoscamus præter eā animos nostros esse pretium sanguinis sui, ut ea cogitatione quā sint venerabiles, & dæmonibus quā terribiles apprehendamus: neque facile nos per peccatum adduci sinamus ab eo, qui nos pretioso suo sanguine redemit, Iesu Christo Domino nostro, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper est à nobis honorificandus, laudandus, atque benedicendus, ne non ab vniuersa creatura in secula seculorum. Amen.

Ad bene de Iesu sperādū hortatio.

Peccatū omne traditio sanguinis Christi est. Hebr. 12. Peccati pretium quā vile sit, & sordidum.

Pretium Christi sanguinis quod sit.



TRACTATUS XXVI.

De Domini Iesu præsentatione coram Pilato, tribusque eius ad Iesum interrogationibus, in illa verba: *Iesus autem stetit ante Præsidentem, & interrogauit eum Præsides, dicens: Tu es Rex Iudæorum? Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominē hunc? Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eū. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eū. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Iesu impleretur, quem dixit, significās qua morte esset moriturus. Ioā. 18. Mat. 27.*

De Christi præsentatione ante Præsidentem.

POST QUAM Iudæorum primores vno sensu, atque animo Christum damnarūt; damnatum illum atque vinculum Pilato Iudææ Præsidi præsentarunt, & nulla prodita accusatione, petierunt ut in crucem ageret hominē à seipsis damnatum: & ingressus est aliquis qui Pilatum admoneret: Principes nostri en foris stant, qui hunc hominē morti addixerunt: non ingrediuntur, ne contaminentur à manducando pascha.

Christus qualis iudex erga nos futurus sit.

Ioan. 19.

Stetit ergo Iesus ante Præsidentem. Iam iudicatur iudex noster Iesus, ut discat qua mansuetudine debeat iudicare viuos & mortuos: antè reus vult esse, quā iudex, ut si eo modo nos iudicauerit, quo ipse iudicatus est, recusare iudicium non possimus: si autem æquius, ac benignius, grātiā simus acturi, quia nos eum impiè, crudeliterque iudicauimus. Nam etsi per inuidiam eum sibi traditum sciret Pilatus: tamē impijs magis concedere vo-

luit, quā innocenti: illi enim, qui tradiderunt, maius peccatum habuerunt; quia nullo timore, nisi inuidia ducti prodiderunt. Atque ita nos malitiosè, crudeliter, timideque eum iudicauimus, pœnasque non minùs improbè exegim⁹: at verò ipse ut pœnas peccatorum eorum, qui se fide & amore amplectuntur, vult, suas esse pœnas, ut illi sint impunes, ita ut nec hoc quidem tam impium iudicium illis impu- tetur. Malè autem, aut contrā quā decet cōfidentes ipse placidissimè iudicabit, recordatus quod & ipse aliquando fuerit reus. Stetit ergo, quia reorum est stare coram iudice: vnde Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto. Stetit etiam, securus de iure, & meritis suæ causæ. Et viri sancti hominum debent contemnere iudicia, & stare per virtutis constantiam: *Mihi, inquit Paulus, pro minimo est ut à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico: qui autem iudicat me, Dominus est.* Exiit ergo Pilatus ad eos foras. Ie-

Matth. 27.

Christi charitas in nos & mansuetudo.

Cur stetit Iesus ante Præsidentem.

Act. 25.

Viri sancti quemadmodum stare debent ante hominum iudicia.

I. Cor. 4. Pilatus cur exiit ad Iudæos foras.

*sapientiam. Quid est autē: Nobis nō licet interficere quenquam? Si malefactor est, cur non licet? nōne lex eis praecepit, ne malefactoribus, praesertim qualem istum putabant, a suo Deo seductoribus parcāt? Sed intelligendū est eos dixisse non sibi licere interficere quēquā; propter diei festi sanctitatem, quē celebrare iam cœperant, propter quem de ingressu etiam pratorij contaminari metuebāt. Hæc ille. Altera solutio est, ut sit sensus, illis non fuisse licitū quenquam crucifigere; quia illā mortem lex Moyfi ignorabat. Cuius sententiæ est B. Chrysostomus (quem sequitur Euthym. in Ioan.) *Aut dicit Euangelista, quoniā nō pro Iudæis tantū, sed & pro Gentibus erat moriturus; vel quod crucifigere eis non licebat. Quod si dicunt, Non licere interimere; eo tēpore intelligendū est: nam quod interemerunt & alia morte, argumentū est Stephanus lapidatus. Sed crucifigere eū desiderabāt, ut mortis genus iactaret. Hæc ille. Atq; huic expositioni magis fauet litera; tū quia subiūgit: *Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Duo enim prædixerat Iesus, alterum quod exaltādus esset in crucē; alterū, quod per manus Gentium erat moriturus: Filius, inquit, hominis tradetur Principibus Sacerdotū & Scribis, & condemnabunt eum morte: & tradēt eū Gentibus ad illudendū, & flagellandū, & crucifigendū. Deinde volebant Iudæi, Christum mori tanquā Cæsaris hostē, & Regij tituli inuadorē, & per manus Pilati, ut in eius humeros recideret, si culpa hui⁹ facti aliquādo detegeretur. Tertio potest hoc iuuari, dicēdo, quod verbū genericū capitur pro specifico, id est, interficere, pro, crucifigere: unde Marcus ait: *Ecce ascendimus Ierosolymā, &c. & illudent ei, & conspuent, & flagellabūt eum, & interficient eū. Loco illius verbi vltimi habet Matt. *Crucifigēt: & apud Lucā, quærebāt Principes Sacerdotū & Scribæ, quomodo eū interficerent. Et Petrus in Actis: *Vos autē sanctū & iustū negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, autorē verō vitæ interficistis. Non enim Iudæi quenquā supplicio crucis afficere poterant, ut apparet ex affirmatiuis præceptis Iudæorum 99. & 100. vbi quatuor tantū******

modis poterāt Iudæi mortem infligere, ut habetur in libro Sanedrim, nēpē lapidando, gladio decollando, comburendo, & strangulando. Et blasphemam quidem, atque idololatræ, postquā erant lapidatione puniti, postea eorū cadauera manibus eorum iunctis suspendebantur in ligno; ut habetur in præcepto affirmatiuo 113. Perpende Iudæos nō dixisse: Non licet nobis interficere quenquam, ut verbum Iesu impleretur: nam illi potius quærerēt rationem, qua Iesus appareret mēdax, sed eorum verbum tale erat, ut ignorantibus, quod dicerent, implerēt verbū Christi. Et verbum illud: *Vt sermo Iesu impleretur, non est Iudæorū, sed Euangelistæ. Quod si Iudæi vllō tempore potestatem interficiendi delinquentes populi sui non haberent, cogerentur omnino dare Iesum in manu Gentiliū; & ita prædictio Iesu de sua morte per manus Gentium, nō fuisset prophætia, sed prudens coniectura. At reuera ipsi potestatem habebant morte puniendi: vnde verbum Iesu verē fuit propheticum. Videntes igitur Principes Sacerdotum, quod eō res inclinaret, ut Iesus vix flagellaretur, nisi causas mortis adducerent; cœperunt eum accusare de pluribus, sed præcipue de crimine læsæ maiestatis, dupliciter: tū quod prohiberet censum dare Cæsari; tū quod se in Regem proponeret. Vnde Lucas ait: *Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse. In primis igitur accusant de subuersione gentis, quæ vera extitisset, si verē negasset tributa dare Cæsari, vel se Regē fecisse. Dicta ergo gentis subuersio intelligi potest dupliciter, aut de subuersione gentis ab obedientia Cæsaris; aut de falsa & hæretica doctrina, per quam populus a sanctissima lege Moyfi, & ceremonijs illius auerterebatur. Vnde dicebāt: *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit: quod in eo paralyticum sanitate, & cæcum natum lumine donasset. Sed falsa est hæc accusatio, tū quia ipse dixit: *Non veni soluere legem, sed adimplere; tū quia mundatos à****

Quot modis nocētes morte pletere Iudæis permiffum esset.
Deut. 21.
Illud, Vt sermo Iesu impleretur, quē sensū habeat.
Qua ratione fieri poterit ille vt sermo Dñi Iesu cōiectura esset, non autem prophætia.
Duplex Iudæorū calumnia ad extorquendū à Pilato Christi mortē comparata.
Duplici ratione Iudæi Pilato obijcere potuerunt de Christo, quod gentē subuerteret, & vtriusque confutatio.
Ioan. 9.
Matth. 9.
Supra. 5.
Infra 8.

lepra

lepra ad Sacerdotum iudicium mittebat; tū quia ipse legis fuit obseruantissimus: circumcisus octauo die, præsentatus quadragesimo, veniēs diebus sollemnibus ad templum, agnumque Paschæ immolans. Ideo Gentem Iudæorum non subuertebat, sed conuertebat, ac edificabat verbo & exemplo, ac denique suis salutaribus monitis, & exemplis ad pœnitentiam, omnemq; virtutē prouocabat. Quod verō signa in die Sabbati ederet; opus pietatis erat, & charitatis: quæ omni tempore licēt. Altera accusatio erat, quod prohiberet tributa dare Cæsari, quasi Christus prædicasset, electum populum à Deo, atque fidelem nefas esse Principi infideli, & idololatræ, & Romano Imperatori pendere tributum. Sed hæc mera erat calumnia, cum Christus verbo & facto oppositum docuerit. Verbo quidem, cum in dolo interrogatus, si licet censum dare Cæsari, an non? respondit: *Reddite qua sunt Cæsaris, Cæsari; & qua sunt Dei, Deo: cuius responsi multi testes tunc præsentés aderant. Facto etiam, quia ut refert Matthæus, pro se & Petro didrachma Cæsari solui præcepit. Tertia accusatio erat, quod se Christum Regem esse diceret, quasi in Romani Imperatoris iniuriam regnum Iudæorū vsurparet: in cuius rei signum dicebāt habere in suo comitatu plures homines, vt regni administratos. Nam duodecim Apostolos vt maiores collaterales habebat, & septuaginta duos discipulos vt inferiores officiales in sua curia. Sed & hoc quoque falsum erat. Nam cum edito signo multiplicationis panum, turba eum Regem vellet constituere, ipse aufugit in montem vt delitesceret. Et cum sæpē ab alijs diceretur Christus, ipse prohibebat, ne hoc dicerent, vt habes apud Matthæum. Etsi autem ipse reuera Christus erat, maluit Scripturis & signis se Christum esse comprobare, & omnia, quæ de Mesiā prædicta erant, sibi conuenire ostendere, quā verbo dicere. Vnde ingressus Ierosolymā in die Palmarū, hūc acceptauit Mesiæ titulū: & tacentibus Iudæis & Pharisæis, respondit: *Si hi tacuerint, lapides clamabūt. Iesus verō ita erat Chi-**

st⁹, Mesiā, ac Rex spiritualis, vt nullo modo hoc cederet in iniuriā, vel minimū detrimentū Romani imperij, cum lex Euangelica neminē suo spoliet imperio. Et licet adiuratus à Caipha nōtē præcedere se Christū cōfessus erat: adiecit tamē eos visuros Filiū hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cœli, significans se non esse Regē terrenū, qui Romanorū contrarius esset imperio, sed Regem planē cœlestē. Pro his autē falsissimis & impijs criminationibus, merito iā illa Iudæorū gens subuersa est, atque vbique sub grauissimo tributo degūt; verōq; suo Mesiā orbatī frustra sepep & vanē aliū expectant. Pilatus, qui seditionē populi pertimescebat, voluit Dñm publicē interrogare, clanculum ad eum accessit, vt ait Ioannes.
*Introiit ergo iterū in pratorij Pilatus; & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorū? Cum duo priora omnino falsa esse cognosceret, vel de primo, id est, de doctrina Christi non curaret, de secundo audisset ab aliquibus responsum Christi: idē tantū de tertia accusatione, quæ videbatur Cæsari petere, interrogauit. Et cū nihil videre posset in Iesu, quod eum regnum affectare fidem faceret, sed neque vmbra: sciens tamen eū originē trahere de domo David, percontatus est, in iure Iudæorum regnum sibi competere arbitraretur. Ait ergo: *Tu es Rex Iudæorum? Volebat more iusti iudicis formam iudicij seruare; in qua primò perquirendum est, an per spontaneā accusati confessionē ea quæ illi obijciuntur, probari possint, cū nemo iure condēnand⁹ veniat, nisi qui aut idoneis testibus conuictus est, aut ore proprio confessus, quasi diceret: Estne verū, quod Iudæi tibi imponūt, quod velis Iudæorū regnū tibi vsurpare, nomenq; & titulū Regiū assumere? Sunt qui hæc dicta volūt per cōtēptū, Tūne, homo despicibilis, destitute, & sine ministris, es Rex? Alij verō vultu minaci, & feuerō dixisse Pilatū ferūt, quod auerteret eū à tali ambitione. Deniq; sunt, qui hæc vultu leto & fauorabili dixisse putant; Videris mihi habere gratiā & merita regnādi: praustus sum fauere tibi: esne tu Rex Iudæorū?**

Iesus, qualis Christ⁹, Mesiā, idem & Rex tantummodo erat.
Matth. 26.
Quam bellē in Iudæos quas in Christū iactauerāt calumniæ atque maledicta reciderint.
Cur Pilatus vnū illud: Sine Rex Iudæorum? roget tantummodo.
Ratio & forma iudicij.
Quo vultu Pilatus Christum interrogauerit, rexne esset Iudæorum.

Ioan. 3.

Iesum audiat quis in corde suo attestantem veritati.

Quibus excidat omnis Christi sermo salutaris.

Matth. 19.

Supra 7.

Infra 19.

Qua de veritate Pilatus Christum interrogauerit, quid esset illa

Idem cur de illa non expectauerit responsum Christi.

Euthym. in Ioan. Altera ratio. Aug. tract. 115. in lōā. in fine to. 9

Tertio.

sed hominū defectu, & indispositione, & idcirco probat se Regem veracem hominum veritatem amantium; ita vt qui facit veritatem, veniat ad lucem. Congruit enim veritas veritati nostrę, quare qui dicitis, factisque verax est, aut esse vult, Iesum audit in corde suo testimonium veritati prębentem, & se eius Regem dicentem; itaque Regem suum agnoscit, & ex eius pręscripto viuunt. Sed multi sunt qui Christum audiunt, etiam libentissimę, eiusque sermonibus delectantur, compunguntur, permouentur; cum verò ad rē veniendum est, & relinquenda concubina, vel remittenda iniuria, vel restituenda malę ablata, omnis ille excidit sermo. Impossibile est enim diuitem intrare in regnum cęlorum: vsque ad portā venire queunt, ingredi verò non possunt, non quòd clausa, sed quòd angusta sit porta: ipsique bona, quibus suffarcinati sunt, deponere nolunt, itaque citius retrocedent, quàm ingrediantur, nisi Deus, cui omnia sunt possible, eos introducat.

Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudęos. Amabilis quidem est veritas vel ipsis improbis: nam etsi contra veritatem fallere cupiant, falli tamē nullo pacto volunt. Pilatus ergo veritatis dulcedine allectus, perquirat quid sit veritas, nō quidem quę sit definitio veritatis, sed quę sit illa veritas, quę facit hominem esse de regno Christi, qua posset homo ad Christum peruenire. Sed timens dispendium dilationis, festinauit Dominum liberare, allegata eius innocentia. Vel, vt scribit Augustinus: *Credo cum dixisset Pilatus: Quid est veritas, in mentem illi venisse continuo consuetudinem, quę solebat eis dimitti vnus in Pascha; & idcirco non expectauit vt responderet ei Iesus quid esset veritas, ne mora fieret, cum recolisset morem, quòd posset eis per Pascha dimitti, quod eum valde voluisse manifestum est.* Sic ille. Vel fortę, vt alij dicunt, solent Principes cum de aliqua re incidit sermo, quę ipsis cordi non est, aut ad se per-

tinere non spectat, leuiter interrogare. Et idcirco tanquam futilem hominē, & inanem contemnens, abiit non expectato responso. Egregiē eos representatus, qui multos consultant, vt veritatem intelligant; & tamen aut nō expectato respōso, aut non intellecto, ne veritas impediatur eorum concupiscentias, discedunt. Tacuit ergo Christus quid esset veritas: quia in aulis Principum non habet locum, & vt pulchrę dictum est à Sapiente: *Vbi non est auditus, non effundas sermonem.* Egesippus (vt quidam annotat) refert, Christum respondisse Pilato: *Veritas est, Iesus Nazarenus Rex Iudęorum:* cui veritati attestatus est Pilatus in titulo crucis. Sed mihi hactenus non licuit hoc apud Egesippum inuenire: neque videtur credibile, Christum tunc homini Pagano tale reddidisse respōsū. Sunt qui hoc factū Pilati versutę actū interpretentur, & omnia acta Pilati, & dicta rapiant in deteriorem partē, quòd eum damnaret. Sed non videntur hoc porrigere eius verba, quia dixit: *Ego nullam inuenio in eo causam:* quod est idem cū illo Lucę, vbi Pilatus examinatore de Christo dixit: *Nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis.* Melius fortę quęsiuisset Pilatus, Vbi est veritas? & audisset quod non erat in Pontificibus, nec in iudicibus, nec in Phariseis, nec in turbis, nec in aulis Principum, nec in platea, nec in matrimonio, nec in Religione, vbique denique exulat. Seneca sapiēs Ethnicus libro De verborum copia scripsit: *Oportet predicatorem, aut amicitiam, aut veritatem perdere.* Nos igitur veritatem colamus, illamque integram & corde, & operibus amplectamur, & à quocunque illam docentem libenter audiamus quasi vocē Christi, vt per eam ad ipsam absolutam veritatem intuendam, & beatę possidendā admittamur per Iesum Christum Dominum nostrum, cui cum Patre & Spiritu sancto sempiternę reddendę sunt gratiarum actiones ab vniuersa creatura. Amen.

Quos Pilatus eo facto adumbrasse videatur.

Vbi veritas locū nō habet.

Eccli. 23. Pilato quęriti de Christo: Quid est veritas, quid responderit secundum aliquos, minus tamē probabiliter, ac verē.

Ioan. 19. Non fuisse captiosā aut malignam quęstionem illam Pilati: Quid est veritas? vt quidam opinatur. Luca 23.

A quibus hominibus & locis exulet veritas.

Oportet predicatorem aut amicitiam aut veritatem perdere, vt ait Seneca.



TRACTATUS XXVII.

De missione Iesu à Pilato ad Herodę, remissioneq; eiusdem ad Pilatum, in illa verba: *At illi inualescebant, dicentes: Commouet populum, docens per vniuersam Iudęam, incipiens à Galilęa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilęam, interrogauit si homo Galilęus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gaususus est valde, &c. Luc. 23.*



VLTA tentanda sunt, antequam iudex quem nouit innocentem condemnaret, & præstantius est, multos fontes, & facinorosos absoluerę, quàm vel vnum innocentem condemnare: quia magistratus, leges, iura, ac tribunalia magis stabilita sunt in commendatione, & incolumitate iustorum, quàm in punitione impiorum. Ideò iudici maximē expedit, vt in negotio dubio innocentis, illud à se abdicet, & ad alium mittat superiorem: quemadmodum Gallio Proconsul Achaie in causa Pauli dixit: *Si quęstiones sunt de verbo, & nominibus legis vestre, vos ipsi videtis: iudex ego horum nolo esse.* Ita Pilatum iuste, & prudenter egisse scribit Lucas, qui solus hanc historiam de præsentatione Christi coram Herode describit. Cum enim iudex Christi à se explorati, examinatique innocentiam proclamasset, dicens: *Nil inuenio causę in hoc homine,* idoneę scilicet intereas, de quibus vos eum accusatis, & idcirco nullam propter quam condemnari debeat, bene autem in verbis vestris, sed non in homine isto; at verò plures, propter quas

Iusti, atque innocentis hominis vita quanti faciēda.

Iudici facere quid expediat in causa dubia, innocentis. Act. 18.

Gallionis proconsulis, & Pilati prudentia.

Luc. 23. Causa Christi innocentie Pilato cognita atque perspecta.

merito sit liberandus, cum eius innocentiam nouisset ex sermone rationabili, & modesto, ex vultu, totiusque habitus grauitate, præsertim verò de suspitione affectari regni: impossibile iudicauit, quod in tali causa, in qua de vita Christi agebatur, nemo in eius fauorem motus fuit; cum tamen affectari regna sine fautoribus, & ministris impossibile sit, qui etiam capto principali detegi solēt. At que hoc factò Pilati Gentilis Christum accusatum innocentem exclamantis, nihilque pœna dignum patrasse asseruerantis, allusum est ad Gentium fidem futuram, quę nusquam non patrocinator Christi innocentie aduersus Iudęorum calumniam: quod enim tunc fiebat apud paucos, hoc hodie in vniuerso mundo contingit. Carebat Pilatus affectibus, & passionibus, idcirco Christo fauebat, nec videbat mortis causam vllam: at illi inualescebant clamorib; qui rationibus destituti erāt. Hic est enim mos furiosorū. Pudor erat illis recedere à iudicij locovictos, odiū autē conceptū eos quiescere non sinebat. Ideò, vt Marcus ait, accusabāt eū in multis, vt multitudine verborū animū iudicis inclinarēt, satis declarā-

Regnum affectantibus quid solenne sit atque perpetuum.

Quid Pilatus innocentiam Christi proclamans coram Iudęis accusantib; prælusisse videatur.

Furiosum ingenium.

Mar. 15. In eo quod Iudęorū potestates, Christum de multis accusabant, qualem suę illi statū causę declarabant.

Quid hæc re conciliatio Pilati cum Hero le nobis inuincit.

Psal. 2.

Actor. 4. Tyrannorū proprium, & hereticorum quid.

Beda in Luca. cap. 9. 3. init. tom. 5. Gentium & Iudeorum in Christianos conspiratio.

Fructus passionis Christi

Ephes. 2.

Herode atq; Pilato inter se tandem re conciliatis deteriores qui.

Matth. 14.

Huius illufo ris Dñi Hero dis cum sua Herodiade exit infelix.

ad tribunal Herodis ideo amicitiam interpolatâ, & errorem refarcit, quia erat iurisdictionis Herodis quædam agnitio, & tanquam professio Pilati, quod non ex proposito Herodis iurisdictionem violasset, sed casu quodam aut necessitate id contigisset. Significatur autē hac reconciliatione, impios etsi alioqui inter se disidendo, conuenire tamen inter se in eo, vt veritatem & iustitiam in se detentur, & impletum est illud Psalmi: *Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*: quod de Herode & Pilato dictum interpretantur Apostoli in Actis. Ita tyrannis & hereticis presertim in hoc cõuenit, vt licet diuersa & contraria dogmata tueantur, Ecclesiam Christi tamen semper oppugnent. Quare rectè Beda in hæc verba scribit: *Hoc nefandissimum Herodis & Pilati scudus, quod in occidendo Christo pepigerunt, hætenus eorum velut hereditario iure successores custodiunt, quando Gentiles & Iudei sicut genere & religione, ita etiã mente disidentes, in Christum tamen persequendis, Christi, in eis fide intermenda consentiunt.* Hætenus ille. Significatur autem fructus passionis Christi qualis fuerit. Est enim vnio inter Iudeos & Gentiles, qui prius Deū homini vnuerat; quare Apostolus ait: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnū.* Est etiã vnio eorum, qui discordia & odio se inuicem prosequabantur, in Christo tamen, & propter Christum in pacem redeunt; & maximè in eo tempore, quo hæc mysteria in Ecclesia celebrabatur. Quod si qui sint qui nec eo quidem tēpore iniurias remittunt, aut acerbiter animi non deponunt; Herode atque Pilato profecto sunt deteriores, cum medio Christo de altari sumpto reconciliari nolint. Cæterùm hic Herodes iustum meritum suis supplicium accepit: quia enim Herodiadis persuasionem iniuste Ioannem interemit, & quia Regiam Christi dignitatem irrisit; ideo commeruit, vt eiusdem Herodiadis instinctu ad propriam cooperaretur perditionem, & regiam illa instigante ambiendo dignitatem, quem habebat principatum amitteret, relegatus in exilium à Caio

Lugdunum: vt testis est Iosephus libr. Antiquitatū. *Pilatus autem conuocatis Principibus Sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum; & ecce, ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes; nam remisit vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum est ei.* Rursus Pilatus etsi Ethnicus longè iustiorum Iudeorum sanctissimis se ostēdit. Vide igitur quāto labore conetur innocentem Christum de manibus Iudeorum eripere, quamobrem dedita opera conuocat maiores, & minores Iudeorum, vt in tanta multitudine inueniat aliquos, qui eius innocentie & iustitie patrocinentur. Et vocat hominem, non latronem, non nequam, vel feditiosum. Obtulistis mihi hominē: quid magnum feceritis, si hominem misellum damnaueritis? Et ait, quasi auertentem populum; non auertentem à diuinis legibus, aut humanis, & superioribus suis. Et ecce, ego corā vobis interrogans. Non colludendo, aut per iocum, vel occultè ludendo eum eo; sed corā omnibus ipsum interrogans, nullam causam inuenio cur iure sit è medio tollendus. Pulchrè ait hoc loco Ambrosius: *Pilatus absoluit Christum iudicio, crucifixit mysterio.* Et ne existimaretis me fortè in contemptū vestri, aut in gratiam huius non nihil dissimulare; remisit eum ad Herodē, sicut vos ipsi testes esse potestis, qui secuti estis eum, & omnium rerum oculati spectatores fuistis. Atqui Herodes, sub cuius iurisdictione natus est, & conuersatus, & cui plus iuris est in hunc, quàm mihi, nihil dignum morte in eo deprehendit. Si crimina, quæ illi obijcitis, vera essent, & secundum legem vestram, & consuetudines, certè Herodes agnouisset; & tamē nihil dignū morte iudicauit eum perpetrasse: vnde quasi de leuitate, & stultitia damnauit eum. Cuius iudicium ego sequens, emendatum eum dimittam, id est, vt Græcè dicitur *μαρτυρῶν*, correptum scilicet, siue castigatum, seu flagellis cæsum, quæ vox infra repetitur, cum ait: *Corripiam ergo illum, & dimittam:*

Iosephus li. 18. Antiq. cap. 14.

Pilati ad liberandum Christum labores & conatus.

Quæ admodū Pilatus Iesū interrogauerit.

Ambr. li. 10 in Luc. 10. 5

Christi integritas & innocentia.

Quid est: Emendatū Iesū dimittam.

(ne

Secūdi Adæ, Christi scilicet, cū priore contentio. Genes. 3.

(ne quis putet hūc locum intelligi de correptione per verba, posterior verò de correptione per verbera: vt si quid per imprudentiam peccasset, lueret, & vt vobis non nihil videar ereditisse. Putauit Pilatus Iesum non mortē dignum, sed satis esse, si præter illusionē factam ab Herode, flagellis castigatus dimitteretur. Inuenit Iesus in domo Herodis albam innocentie vestem per humilitatem & taciturnitatem; quam Adam per superbiam & loquacitatem cum dæmone amiserat. Ille perdidit in paradiso, volēs scire bonum & malum: Christus mutus & fatuus iudica-

tus, nobis restituit. Testatur Salomon: *Omni tēpore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat: hoc est, innocentia & misericordia spiritualis nunquam à te discedat. Et quanquam innocentia à magnatibus, ab aulicis & astutis irrideatur: nā scriptum est: Deridetur iusti simplicitas: constanter tamē huiusmodi derisiones feramus cum Christo, qui paullo post est agnitus Dei virtus, & Dei sapietia, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit sempiternus honor, gloria, & gratiarum actio in perpetuum.* A M E N.

Eccl. 9. Vestimenta candida in Scripturis, quidq; oleū significet.

Innocentia à quibus habebatur ludibrio.

Iob. 12. 1: Cor. 1:



TRACTATUS XXVIII.

De collatione Iesu cum Barabba, eiusdemq; postpositione, & visu vxoris Pilati, in illa verba: *Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudeorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro, &c.* Ioan. 18. Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23.

TENTAT rursus Pilatus alia via Dominum liberare, proponendo electionem in die Paschatis liberandi vnum vincitum, quē voluissent. Vbi notandum est, à quatuor Evangelistis describi hanc historiam: nam præter Ioannem satis concisum, Lucas breuiter illam his verbis præscripsit: *Necesse autem habebat per diem festum dimittere eis vnū. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam: qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium, missus in carcerem.* Hæc Lucas. Sed Matthæus, &

Marcus fufius hoc pertractat: ait enim Matthæus: *Et cum accusaretur à Principibus sacerdotum, & Senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum; ita vt miraretur. Præses vehemēter. Explicemus hæc pauca prius; deinde subiungemus quæ de Barabba sequuntur, atque illis adiungemus, si quid noui occurreret ex reliquis Evangelistis. Quod igitur in primis asserit Matthæus, Christum ad obiecta crimina abluenda nihil respondiisse; id eā ratione factum est, quia indigna putabatur esse responsonē quæ illi obijciebatur,*

Cur Dñs ad Iudeorū criminationes corā Pilato nil dederit responfi.

vel

neque ille, qui eum gradum non est assequutus, ob id animo concidat, aut virtuti minus incubat. Quia ista Dei sunt iudicia, à nobis quidem veneranda, sed curiosius minimè scrutanda: & hac cogitatione Iesu posthabiti Barabbæ, facile quisque suæ indignitati mederi poterit. Postremò discat quisque in animo suo, Barabbam ipsi Iesu minimè præferre; hoc est, creaturam Creatori, carnem spiritui, tempus æternitati, vitium virtuti, falsitatem veritati, dæmonem deniq; Christo. Post petiitum Barabbam Pilatus interrogavit de Iesu, teste Origene, ut pudorem illis incuteret tantæ iniquitatis. In Textu ipso considera, Pilatum dicentem, *Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus?* consilium petere quodammodo ab hostibus Iesu, quid agat: malos adhibuit consiliarios, postea multa iniit consilia de Iesu dimittendo; sic tamen, ut simul velit populo satisfacere, & Iesu. Sed servire duobus dominis nemo potest: idè consilia nullius utilitatis, & plerùmque perniciosà sunt. Neque debuit illis Pilatus assentiri, sed repugnare, ac cohibere illorum prava desideria. *Dicunt omnes, Crucifigatur.* Optabat Pilatus tale responsum à populo dari; quale ratio dictabat; id est, *Fac de eo quodcunque collibitum fuerit, vel, Fac de eo, quodcunque iustitià præscribit: & sic eum liberasset Pilatus.* Verùm illi odio cõcitati, & subornati à Pontificibus, succlamant de cruce. Hinc rectè Ambrosius: *Nec meritò homicida solutionem petunt, qui flagitabant innocentis exitium: tales leges iniquitas habet, ut oderit innocentiam, scelus diligit.*

Barabbâ Iesu præferre quid sit.

Origen.

Quorum id, Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus?

Pilatus quomodo duobus dominis servit imprudens. Matth. 6.

Iudæi clamauerunt, ut Iesus crucifigeretur.

Ambr. libr. 10. in Luc. ca. 16. to. 5.

Et Augustinus; *O cecitas Iudæorum, o furia phreneticorum: Noli ipsum dimittere, sed Barabbam: quid fuit aliud, occidere, quam occidatur Christus Salvator, quia suscitavit mortuum: dimittatur latro, ut iterum perpetret homicidium.* Hæc ille. Tertio, secundum Lucam dixit Pilatus; *Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam.* Iterum inculcat Pilatus innocentiam Iesu, sed nihil agebat, quia Pilatum defendentem causam Iesu, putabant ab eo fascinatum fuisse. Et saltem eius cõfessio gloriam dabat Deo, & veritati. Et iterum repetiuit illud verbum, quod de eo remisso ab Herode dixerat; *Corripiam ergo illum, & dimittam.* Laborat ergo, ut saltem aliqua castigatione Iesu per flagella adhibita, Iudæorum animos mitiores redderet, ac magis sedatos. Sed frustra omnia hæc remedia tentavit apud populum rebellem, ac durum. Nos igitur, si sapimus, in hoc Pilatum non imitemur, sed potiùs nos ipsos corripiamus, castigemusque spiritum superbientem, carnemque nostram lasciuientem, ac diuinæ legis iugum detestantem: quò domitis animi nostri perturbationibus, & carnis nostræ cupiditatibus, Iesum, qui veritas est, & salus, & vita, agnoscere, & amplecti valeamus, eiusque verbum, ac legem studiosè intelligamus, ac intellectam factis compleamus, vitamque æternam nobis cõparemus, gratia, & benignitate Domini nostri Iesu Christi, qui cù Patre, & Spiritu sancto perpetuò viuunt, & regnant in secula seculorum, Amen.


Aug. lib. 3. de Symbol. ad Catech. ca. 5. to. 9.

Pilat⁹ cur Iesum, innocen- tē tortes, sed frustra, tuert conaretur.

Iesum ut agnoscere, & amplecti valeamus, quid nobis facto sit opus.

Ioan. 14.

(.?.)



TRACTATUS XXIX.

De flagellatione Domini in domo Pilati, in illa verba Ioannis: *Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* Ioann. 19. Matthæi. 27. & Marc. 15.

Flagellatio- nis non meminit sol⁹ B. Lucas.

HIVS Mysterij, quod præsentis tractatu absolue- re cogitamus, Lucas non meminit, sicut nec aliarum contumeliarum: etsi apud eum Pilatus dixerit: *Corripiam ergo eum, & dimittam*, non tamen narrat executionem; Matthæus verò, & Marcus breui sermone illud cõplexi sunt. Ait enim Marcus: *Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illi Barabbam, & tradidit Iesum flagellis casum, ut crucifigeretur.* Neque Ioannes pluribus verbis, quàm illis: *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit*, prosequutus est. In hoc ergo mysterio exponendo, dicemus in primis, quorsum Pilatus Iesum flagellauerit, deinde quoties; tertio per quos; quarto vbi; quinto quomodo sexto quale nobis præbuit exemplum. Ad primum, perpende illationem illam apud Ioan- nem, Tunc ergo: Lucas enim bis dixerat; *Corripiam ergo eum, & dimittam.* Hoc enim agebat Pilatus, ut satiato furore plebis per flagellationem, eum viuum dimittere posset: qua in re videtur Pilatus se, plusquàm Herodes facturum promississe. Nam ille tantum illudit ut stulto; sed Pilatus promisit se eum castigaturum, ut iniquum, & ut Iesus nomen regium amplius non iactaret. Tunc ergo Iudæi, cùm illud promitteret Pilatus, clamauerunt

Difficultates hui⁹ loci sex explicadæ.

Cur Pilatus voluerit Iesum corripere, ac deinde dimittere.

quidem, sed ita, ut cõperint eorum animi sedari; non ut in flagellis sisterent, sed ut ad crucem petendam progredierentur, ut postea fecerunt. Et vide quàm rectè dictum sit, Herodem & Pilatum in morte Christi amicos esse factos. Cùm enim amicorum sit idem velle, & idem nolle: sicut Herodes apprehendit Petrum, & occidit Iacobum, ut placeret Iudæis, ita etiam Pilatus flagellauit Iesum, ut Iudæis faceret rem gratam. *Vocauit ergo Pilatus Iesum intra prætorium, & ait ad illum:* Aperte vides, odio, & inuidia gentem tuam contra te flagrare: nec enim ex quo sum Præses huius prouintiae, apud me pro condemnatione hominis alicuius, vel scelestissimi, tantum institerunt Iudæi, quantum modo pro te damnando. Vides etiam, quantum ego pro tua liberatione laborauerim: sed eorum commotioni, ac seditioni præualere non possum. Oportet ergo, ut te præpares ad flagella, ferasque patienter, bonique consulas: quod quidem ego inuitissimè facio. Regula etenim generalis est, ut ex duobus malis imminentibus id quod minus est, eligatur, ut maius vitetur. Faciam ego te flagellari, ut parcam tibi de cætero, ne moriare. Certè etsi pia esset Pilati mens, non tamen in totum excusatur, quia non sunt facienda mala, ut

Amicorum idem velle, & idem nolle. Act. 12.

Verba Pilati ad Iesum in prætorio.

E duobus malis minus est eligendum.

veniant

Hebr. 12.

Voces plorū ad Deum.

Psal. 37.

Afor. 27.

Apo. 3.

Quartum.

Nobis tribulationum flagella quid conferant.

Iacobi 3.

2. Paral. 6.

manob. 1.

eis adoptiuos? flagellat enim omnem filium, quem recipit. Sumus enim peccatores in furta propensi, ac pueri inquieti, nec in schola Dei fructum vllum facientes: ideo sæpè egemus paternis verberibus castigari, ne æternis supplicijs vapulemus. Quisque igitur cum Dauide dicat: *Ego in flagella paratus sum; & dolor meus in conspectu meo semper*, & cum Paulo: *Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu*. Si ergo flagellato leone catulus timeret; quomodo verberato leone de tribu Iuda pro iniquitatibus nostris, nos putidi canes non timebimus impendens flagellum æternum, nisi temporale illud redimamus? Præterea vilia sunt hæc verbera. Vbi enim pater filium castigauit, suspendit virgas in altum, quò filius illis visis territus non amplius peccet in parentem: ita tu coram oculis animæ habere contende hæc Christi verbera, & aut in æternū non peccabis, aut si peccaueris, libentius in præsentia feres flagella ad tempus, quàm futura in æternum. Quòd si te sine peccato flagellari contingat; non miraberis, si Iesus innocentissimus pro te flagellatus fuit: tua enim verbera Deus conuertet, aut ad gloriam suam illustrandam, aut ad tuam, & aliorum salutem promouendam. Sed quoniam in multis offendimus omnes, & non est iustus qui non peccet super terram: consultum est nobis, flagella, quæ paterno animo immittuntur, equanimiter ferre, non dubitantes ea in bonum nostrum, atque emolumentum cedere. Ecce equus tardus,

ac piger ad progrediendum flagello excitatur, pulueres de veste nostra, dū verberantur, excutiuntur, arbor percussa, quæ reddit nuces, abundantiore fructum proferre consuevit: haud sanè dissimili modo nos flagellis Dei visitati ad feruentius ambulandum, in via Dei incendimur, & à leuissimo puluere venialium expurgamur, reddimurque aptiores ad fructum edendum: quia patientia opus perfectum habet. Sed quoniam qui parcat virgæ, odit filium, vt testatur Salomon: propterea nos trepidare debemus, dum in hoc mundo à Domino non corripimur. Nam si extra disciplinam sumus, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij sumus. Proinde si contingat flagellum tardare, disce instar sanctorum virorum, tu ipse tuæ carni flagella accersere, iuxta illud: *Apprehendite disciplinam; ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta*, & cum Paulo dicere: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*: serioque à Domino precibus tuis obtinere contende, vt tui velit meminisse. Precareq; Deum in hunc modum: Pater clementissime, ob meritum & mysterium verberationis Filij tui charissimi te humiliter ac suppliciter rogo, atque obsecro, vt des mihi flagella paternæ tuæ correptionis libenter suscipere, nouisq; delictis nunquam te de integro flagellare, præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui tecum vnà cum Spiritu sancto semper viuuit, & regnat in secula seculorū. Amen.

Quales tribulationes videri valeant.

Iacobi 1.

Prover. 13.

Hebr. 12.

Cum à Dño non corripimur nos, quid consilij captendum.

Psal. 2.

1. Cor. 9.



TRACTATVS XXX.

De illusionibus factis Domino Iesu in prætorio, quem induerunt chlamyde purpurea, & corona spinea, & arundine in manu, in illa verba: *Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius; & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Iudæorū, & dabant ei alapas, &c.* Ioan. 19. Matth. 27. & Marci 15.

Duplex genus hominū in mundo.

Satanæ in Christū odiū & inuidiā.

DV M duo sint hominum genera; nobilium scilicet ac ingenuorum; & rursus obscurorum, ac sordidorum; hoc potissimum inter se distinguuntur, quòd illusiones, ac derisiones apud ingenuos grauisimæ contumeliæ censentur, & omnibus corporis doloribus minus tolerabiles; à plebeijs verò, & infimis hominibus, qui honoris rationem aut nullam, aut exiguam habent, dolores grauioribus habentur. Ad Christum tamen illudendum, & poenis flagellandum per suos ministros diabolus excogitauit illusiones acerbissimas, & afflictionis refertas, rursus tormenta opprobrii & ignominia plena; vt sunt, nudi & liberi hominis flagellatio, spinea corona, arundo, qua percussum fuit caput, denique crux ipsa, à qua nescias an doloris, an verò ignominia maius sit argumentū. De his igitur præsentī tractatu dicturi sumus.

Cæterum illud ante omnia iudicamus, idem esse quòd Ioannes narrat, atque illud, quod Matthæus docet: ait enim Matthæus: *Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei: & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & a-*

*rundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eo, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Iudæorum. Et exuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Idem ferè rotidè verbis explicat Marcus; nā de his Lucas verbū nullū. Explicanda sunt circa has illusiones numerus earū, tēpus, locus, ministri, causæque illarū, & postremo de qualibet illarū singillatim philosophandum est. Quantū ad primū, octo vel nouem videtur fuisse istæ illusiones. Prima fuit, conuocatio vniuersæ cohortis, quò quisque vel oculos pascat, vel se quoq; actorē ingerat: secunda fuit, denudatio etiam tunicæ inconsutis, & stolæ, vt ait Origenes, & indutio chlamydis coccinæ: tertia, impositio coronæ spinæ: quarta iniuria, arundo in manu posita: quinta, genu flexo in contemptū dicere; Ave Rex Iudæorum: sexta, dare alapas: septima, expuere in eū: octaua, sumpta arundine caput eius corona ornatum percutere: nona, ostensio eius per Pilatū ad Iudæos, cū dixit: *Ecce homo*. Hæc de numero. Ad secundum Matthæus habet: *Tunc milites Præsidis, &c.* quod non est referendū ad sententiam datam definitiuam mortis, de qua præcessit immediatè sermo, sed paulò antè, vt declarauit Ioannes. Nam tres priores Euangelistæ examinationem*

et dil. can. Iudæorū ab. Iudæorū. Iudæorū.

et dil. can. Iudæorū. Iudæorū. Iudæorū.

Illusiones Christi, percensentur.

Orig. tract. 35. in Mat.

Quando illusiones hæc Christi contigerint.

causæ suæ factam à Pilato in eo quod postpositus fuit Barabbæ, terminant: & idè statim subiungunt sententiam mortis prolatam à Pilato. At Ioannes quædam alia adiungit ab alijs omiffa, quibus narratis, subiungit sententiam Pilati de Christo morti tradendo. Propterea Matthæus, & Marcus manifestè per recapitulationem interpretandi sunt, vt docet Augustinus, vt consentiant cum Ioanne. Idè particula illa Tunc, referenda est ad flagellationem, & non ad sententiam mortis, vt post vnam flagellationis illusionem intelligas alias quoque fuisse adhibitas. Et quod dicitur à Matthæo, *Exuentes eū: intellige, quando flagellatus est.* Nam quid opus esset flagellatum indui, & statim exui ad illudendum?

Ad tertium, locus, fuit prætorium amplum, & patens, & capiens vniuersam cohortem; vt ita illusiones nudi hominis, & ingenui, grauiore, acerbioresque redderentur coram multitudine. Marcus habet: *Milites autem duxerūt eum in atrium pratorij:* hoc est, vt Græcè habetur, in atrium, quod est prætorium. Ipsum enim atrium cognoscitur esse prætorium, id est, locus, in quo cognoscebantur causæ, & ferebantur sententiæ; vt significetur, in domo iustitiæ tantum iniustitiæ fuisse commissum.

Ad quartum, autores illusionum illarum fuerunt milites Romani, siue ministri Præsidis, vt qualis Rector ciuitatis, tales & eius ministri designentur, gens videlicet contemptissima, abiectissimaque, quo videlicet illusio Christi grauior redderetur. Ait enim Matthæus, congregasse ad eum vniuersam cohortem; quæ ad minus mille militibus constabat. Vt ita intelligas, sicut Romani flagellarunt, & crucifixerunt, ita etiam & illuserunt, quem admodum prædixerat Dominus: *Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte. Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.*

Ad quintum, quæ causa extiterit harum illusionum, non scribit Euangelista: Chrysofostomus tamen & Theo-

phylactus in Matthæum existimant opus fuisse diaboli, aut militumvolentium more sui domini gratificari Iudæis; vt si fortè Pilatus liberaret, nõ posset tamen diu superuiuere. Quod si sine licentia Pilati factum est, atrocissimum fuit delictū ministrorum. Verba Chrysofostomi hæc sunt: *Quasi omnes ex composito conuenissent; ita signo dato ad choream omnes diabolus concitabat. Nam etsi possumus inuidia tabe existimare ad insaniam Iudæos concitatos fuisse; tamen qua de causa moti milites fuerint, non patet. Diabolus igitur erat, qui vniuersos tunc illos occupauit; voluptatem etenim ex contumelijs propter immanitatem suam capiebant. Cum enim oportuisset comprimi potius atq; illacrymari non solum hoc non faciebant, verum etiã è contrario, sicut & plebs ipsa & vituperabant, & insultabant, Iudæis forsitan gratificantes, aut suis vtentes moribus.* Hec ille. At Augustinus libro De consensu Euangelistarum, putat hoc factum aut mandato, aut permissione Præsidis, quod scilicet Iudæorum animi magis mitigarentur, atque acerbiter in Iesum deponerent, ipsoque eum facilius eriperet. Pilatus itaque flagellatum, atque illudum, & purpura, & corona spinea ornatum eduxit eum foras. Si quidem intellectis, quæ dicta & gesta sunt à Iesu, & sequacibus ipsius circa regni negotium (videlicet quod dixerit se Messiam, & ante quintum diem ingressus esset ciuitatem sedens super asinam turbis acclamantibus ipsum Regem Israël, & filium Davidis) & comperto quod nihil est subsecutū scādali ex hoc tam in ciuitate, quàm extra, quodque nullus pro illo ad loquendū prodiret, arbitratus est, sicut & Herodes, tanquam fatuum, ac stultum esse puniendum, qui tam imprudentibus modis ad Regium titulum aspiraret. Idè illū in habitu Regio illudi fecit, quod verberibus castigatus, tanquã aliquid peccasset, & irrisionib; vituperatus quasi fatu, abstineret à pffessione Messie, perderetq; deinceps autoritatē apud populū: Principes verò Sacerdotū & Seniores, atq; adeo turbę videtes eū ita punitū & illudū, à petenda eius nece se continerent. Et hæc de quinto.

Chrysofostomus
88. in Mat.
init. tom. 2.
Theophyl.
in Matth.

Altera sententia.
Aug. loco præcitato.

Matth. 21.
Ioan. 12.

Luca 23.

Aug. lib. 3.
de consensu
Euang. c. 9
tom. 4.

Vbi illusio
fuerit Dñs.

A quibus illu-
lusus.

Eccli. 10.

Matth. 20.

Quis autor
fuerit harum
illusionum
Domini.

De singulis
illusionibus
Christi agi-
tur.

Purpuræ in-
dutio.

Dan. 5.

Machab. 10.
& 11.

Iulius Pol-
lux.

Chlamys
quid.

Paludamen-
tum idem quod
chlamys.

Nonus Mar-
cellus.

Politianus.
Plautus.

Purpura, re-
gium orna-
mentū apud
Macedones.

Liuius lib.
2. Belli Pu-
nini.

Chlamyde
primus Ro-
manorū Re-
gum Numa,
vlus fertur
fuisse.

Ælius Lam-
pid.
Plautus.

Tam de singulis iniurijs aliquid est dicendum. Prima extitit post cohortis conuocationem, & denudationem, induitio vestis purpureæ: de qua explicata est forma: quia dicitur chlamys, & color; dicitur enim coccinea, & purpurea: tertio quid significet. Vbi nota, quod duæ primæ illusiones purpureæ, & coronæ, factæ sunt ad repræsentandã Regiã personam. Nam Baltasar purpurã promisit ei, qui scripturã sibi ostẽdam posset exponere, vt habes apud Danielem: & qui Ionathæ amicitiam ambierrant Reges, purpuram ei miserunt, vt legimus in libro Machabæorum. Cætera ludibria ad illa duo iaccedebant. Nam tali coronæ, & chlamydi arundineum conueniebat sceptrum, & sic coronatum talia genera salutationū, sputorum, alaparum, & percussionū arundinis decebant. Aduerte etiam, quod quam vocat chlamydem coccineam Matthæus, Marcus, & Ioannes vocant vestem purpuream, siue purpuram. Vestis quidem, genus est; chlamys verò, species vestimenti. Est enim secundum Iulium Pollucem chlamys inter vestes militares, erat enim circularis, & rotunda apud Macedones amictus Imperatorum, & militum: qui & paludamentum est Romanis, qua super armis induebantur autore Nonno Marcello, Sagulum à Politiano vertitur. Pallium etiam militare erat, sed distinctum à chlamyde, vnde Plautus: *Puer cape chlamydem, & da pallium;* quia illo erat striatior, ac breuior. Erat præterea regiū ornamentum apud Macedones, vt toga purpurea apud Romanos triumphantium, ac regnantium erat, vt testatur Liuius. Chlamyde verò primus Romanorum Regum vsus est Numa: & eadem coccinea chlamyde sæpe vsus Alexander Seuerum testatur Ælius Lapidius in eius vita. Plautus etiam in Pseudolo, opus esse ait ad ornatum militis chlamyde, machæra, & petaso: & alibi ait: *Puer cape vestem, & da pallium:* Italico sermone ferunt dici Muzeta. Cum igitur esset vestis, & forma, & colore militaris, eo magis ad ludibrium Christi faciebat, vt videlicet pijsimus pessimorum, id est, effundētium sanguinem vestem gestaret. Ma-

ior est difficultas de colore coccineo, & purpureo: quia illos constat esse distinctos, & diuersos colores, quos habere vna, & eadem vestis non poterat, quanquã coccineus simillimus sit purpureo, vt docet Baysius de re vestiaria. Augustinus libro de consensu Euangelistarum scribit chlamydem illam coccineam, ad illudendū adhibitam fuisse: & est rubra quædam purpura coccu simillima. Potest etiam fieri, vt purpuram Marcus cõmemorauerit, quã chlamys habebat, etiam si esset purpurea. Hæc ille, dupliciter concilians Euangelistas. Beda in Matthæum scribit, vnius naturæ esse coccum, & purpurã. Sunt alij, qui tradunt ministros Pilati duplici veste induisse Christum, purpuram, inquam, & chlamyde coccinea: ita sentire videtur Ambrosius in hunc locum: *Chlamydem autem, inquit, coccineam induitur à militibus, & purpuream tunicam, in altera designans martyrium palmas, in altera regia potestatis insignia, quod caro eius fusum toto orbe terrarum sanguinem esset susceptura pro nobis, & passio regnum paritura de nobis.* Adde Iuencum in libro Euangelicæ historiæ, dicentē: *Traditur iniustus iustus, scelerisq; ministris Militibus, scelerata opprobria corpore præbet, Purpureamq; illi tunicam, chlamydemq; rubentem Inducunt: spinisq; caput cinxere crucis.* Hæc illi. Atq; hæc sententia ex eo probari videtur: quia si tantum chlamydem circumdissent ei, non eum prius nudassent, nec diceret Matthæus, *Et exuentes eum, &c.* Sicut non legitur nudatus ante Herodem, cum illum induerunt candida veste. Idè vestito veste purpurea, chlamydem purpuream circumdederunt ei, vt vnus Euangelista vnus exprimat, alter alterum. Et intellige vtramque vestem iam pene consumptam, ac detritã, ad maius confusiois augmentum: sed reuera probabilius videtur, quod vna tantum vestis fuerit, quæ & coccinea, & purpurea vocaretur: vnde sacerdos in sacrificio Missæ celebrando nõ nisi amictu, alba veste, & casula induitur. Nam

Purpureus,
& coccineus
color inter
se differunt.

Baysius.
Aug. lib. 3.
de consensu
Euang. c. 9.

Beda in
Marcu, to.
5.

Ambros. li.
10. in Lucã
ca. 18. ini-
tio, to. 51.

Iuencus
li. 4. Euag.
hysto.

Luc. 23.

tutis recte exercuissent. Et omnis quidem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, ut corruptibilem coronam accipiat: nos autem, qui incorruptam vite coronam expectamus, ab omnibus, quae contra legem sunt, nos abstinemus, ac perseueremus, ne perdamus, quae operati sumus, & audiamus verbum Domini: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*: quem admodum ille, qui ex numero quadraginta Martyrum defecit in lacum gelidissimum proiectus, in cuius locum diuinitus hospes, qui eos custodiebat, ingressus est. Nam ut Rex bona subditi sui proditoris proscribit, illaque fidei alteri, & benemerito donat: ita Deus tantae est bonitatis, ut vno cadente, alterum erigat, & ut ait Spiritus sanctus, conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nam pro Angelis cadentibus erexit homines, pro filijs regni eiecisset in tenebras exteriores, vocauit Gentiles; pro Iuda procedente, Matthiam asciauit ad Apostolatium. Perseuerantia igitur sola coronam accipit, hinc in caelo omnes sunt coronati: sed in Apocalypsi, omnes sancti coronas projiciunt in terram ante Dominum, agnoscetes virtutem omnem vincendi, Deo, a quo accepta est, per gratiarum actionem esse reddendam. Est autem duplex corona, alia quae aurea, & altera, quae a Theologis aureola appellatur. Est autem aurea, essentialis gloriae corona, quam omnes videntes Deum habent. At aureola triplex est: altera stellarum, quae datur Doctoribus, qui sunt quasi stellae fulgentes in perpetuas aeternitates. Altera ex auro, & lapidibus pretiosis, de qua: *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*; & *Corona aurea super mirram eius*: Nam ut aurum igne, ita martyr tribulationis flamma purificatur. Tertia corona est florea, siue spinarum, quae ad virgines spectat. Nam virginitas asperitate poenitentiae seruatur. Hinc sanctus Benedictus in spinis propter castitatem seruandam volutabatur. Acceptando autem coronam, abstulit coronam spinarum, quo nobis spinas peccatorum pungentes, & conscientiam lacerantes auferret; & daret nobis ma-

teriam, unde sepem hortu animae nostro faciamus ad custodiam, & salutem. Et ut sagax canis venaticus praedam inter spinas etiam delitescens querit: ita tu quaere, ut Christum tanquam praedam assequaris, etiam si in spinas laborum, ac dolorum incidere debeas. Docet Clemens Alexandrinus in Paedagogico: *A ratione alienum est, ut qui audierimus, Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi venerabili Domini passioni per ludum insultantes, habeamus capita redimita floribus*. Haec ille. Et cum L. Septimius, & Seuerus parer, & M. Aurelius Caracalla Imperatores, militibus donatiu dari iussissent, & tribunus id iam erogaret, contigit Christianum militem accessisse castrensem coronam manu tenentem, quam caeteri in capite ob Caesarum solennia gestabant. Rogatus cur non capiti coronam imponeret, respondit se religione prohiberi, quod Christus spinis coronatus delusus fuerit. Cuius factum vno integro libro defendit Tertullianus, quem inscripsit de corona militis. Denique etsi milites ioco, & ludibrio Iesum purpura induerint: Christus tamen serid, ac verum regnum sibi oblatum acceptauit: ut docet Hieronymus in Matthaeum, ac Rupertus Tuitiensis. Tamen Spiritus sanctus fecit illos prophetare, sicut Caipham fecit dicere, Expedi vobis, ut vnus moriatur homo pro populo, nescientem quid diceret, & Balaam, qui dixit: *Orietur stella ex Iacob*, &c. Et ut vndecim fratres qui vendiderunt Ioseph, ne regnaret super eos, efficere tamen nequiuerunt ne ad verum regnum perueniret, ita isti ludo agentes, multa vera dixerunt, quae nos credimus. Nam in chlamyde coccinea, opera Gentium cruenta designat: in corona spinea, maledictum soluit antiquum: in calamo, venenata occidit animalia, siue ut calamo horrendum Iudaeorum scribit sacrilegium. Tertia iniuria Christo illata, fuit, ponere arundinem in manu eius dextera pro sceptro, ad significandum, quod ut arundo caret medulla, ac nucleo, ita Christus sensu, & intellectu, & regnum eius carere firmitate, ac soliditate, & mere esse illusorium. Porro in arundine Crucem Christi adumbrari

Quo studio nobis Christus quarendus sit.

Clem. Alexand. li. 2. paedago. ca. 8. non procul a fine.

Christiani cuiusdam militis castrensi corona donandi egregium facinus.

Tertull.

Hierony. in ca. Matth. 27. 10. 9. Rupert. Tuitien. li. 13. in Ioan. post med. Ioan. 11. Num. 24. Gen. 37.

Chlamydis, coronae spinuae, & calami diuina mysteria. Tertia iniuria. Quare milites arundinem posuerunt in manu Christi dextera.

Quid arundo mystice significet.

Apocal. 3.

Exemplum.

Simile.

Iob. 34.

Matth. 8.

Act. 1.

Perseuerantia sola coronam accipit.

Apocal. 4.

Duplex corona, aurea, & aureola, dicta.

Aurea corona quae nam fit.

Aureola triplex est.

Dan. 12.

Psal. 20.

Eccle. 45.

Virginitas quo pacto seruatur.

B. Benedictus cur se in spinis volutaerit.

Illud: Ecce homo: recte nobis obicit Deus Pater.

Gen. 3.

Adae prioris cum posteriori, id est, Christo contentio.

Esa. 53.

Heb. 4.

Psal. 21.

Gen. 3.

Psal. 51.

In Christo homine discernere debeat quid iniusti homines, & peccatores, quid iusti.

Diuini in nos amoris magnitudo.

contra Dominum semper; & dispareat de terra memoria eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, & persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Ecce homo, dici nobis potest a Deo Patre non tantum innocens, sed etiam Deus, & homo, & talis, ut tu homo per eum efficiaris Deus. Ecce homo, qui tibi ad imitandum proponitur: qui expetisti esse ut Deus, ut primus ille homo Adam. Sed viam non tenuit, per quam erat vocatus: at hic docet, qua via, ac ratione ad perfectam filiorum Dei dignitatem peruenire possit homo. Ecce homo, qui vir est dolorum, & infirmitatis, tentatusque per omnia pro similitudine absque peccato, ut possit pro nobis soluere, & opponere se iustae irae Dei: si tamen homo appellandus sit, & non potius vermis, & non homo, ut ait Prophetata, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Primo homini peccanti per ironiam dictum est: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est: ecce secundus homo, qui pro peccato illuditur propter te. Exiit Iesus foras coram omnibus illudendus, ne tu in iudicium vniuersale prodeas, & tibi cum illusione dicatur: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Ecce homo. Discat in hoc homine ambitiosus, auarus, lasciuus, omnisque peccator, quanta seueritate puniendi sunt qui flagitijs non renuntiant. Discant & iusti, quanta sint pro Dei gloria toleranda, ac deuoranda tormenta. Vide quanto amore dilexit te Deus qui pro te ligatus est, ut te a peccatorum vinculis solueret: pro te flagellatus est, ut te a flagellis aeternae vindictae liberaret: pro te spinis corona-

tus est, ut te in caelis coronaret: pro te vulneratus est, ut te sanaret: pro te lacrymatus est, ut te sanaret: pro te lacrymatus est, ut te sanaret: pro te mortuus est, ut te a morte sempiterna suscitaret. Ecce homo, ecce victima coronata, in quam omnia probra, & peccata nostra conijciantur, de qua in Leuitico dicitur: *Offerat hircum viuentem: & posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta, atque peccata eorum*. In hunc igitur hominem, qui sicut miracula potentiae edidit, quibus agnosceretur Deus, ita miracula patientiae facit, quibus credatur homo, oculos spiritus conijciamus, & ab hoc perfectissimo exemplari documenta viuendi, atque moriendi trahamus. Homines inuitabantur prius, ut Abrahamum inspicerent: *Attendite*, inquit, *ad petram, unde excisus estis*: iam ad altius exemplum imitandum inuitamur. Sed & nos quoque Aeterno Patri possumus dicere: Ecce homo, respice in faciem Christi tui, hac tanta victima placatus, & contentus esto. Praesta nobis, ut Filium tuum, quem nobis ostendis, imitari possimus, eius impropria portare, eius patientiam, & mansuetudinem aemulari: eius purpuram, id est, charitatem induere, qua tegamus nuditatem nostram; eius coronae spinuae meminisse, ut recordemur peccatorum nostrorum, eius arundinem portare, dum a quo animo ferimus quae corrigere non possumus, eo denique Rege uti, atque rectore, etiam si ab alijs illudatur, nec expectemus, ut solent impij, ut veniat in virga ferrea, qua nos conterat, ut dum hic ab eo regi nos sinimus, simul cum illo, & cum Patre, & Spiritu sancto regnare in caelesti gloria valeamus, Amen.

Leuit. 16. Qualem hircum offerre Deo Patri debemus.

Esa. 51. Illud etiam: Ecce homo, nobis quoque obijendum esse Deo Patri.

Apoc. 12. & Infra 19.





TRACTATUS XXXI.

De accusatione quod Filium Dei se fecerit, in illa verba: Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei, Nos legem habemus: & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est pratorium iterum, &c. Ioan. 19.

Pilati omnium maximus Christum a morte libera di conatus, cassus tamen & irritus.

ULTI ac varij extiterunt conatus, quos Pilatus, distante conscientia, pro liberando Iesu adhibuit: sed nullus profecto hoc fuit efficacior, quo Iesum flagellis caesum, tantisque doloribus, & illusionibus affectum ostendit. Vnde Pontifices animaduertentes hoc tam diro spectaculo turbæ corda mitescere, & ad miserationem inflecti facile posse (solet enim populi furor, si fuerit aliquousque debacchatus in eum, in quem fertur, subito conuiescere, praesertim si ludibrium adiunctum calamitati pro inuidioso reddat miserabilem eum, qui passus est) Euangelista teste, clamare coeperunt: Crucifige, crucifige eum: vt sciamus erroris omnium fontem, & fomitem fuisse Pontifices. Qui absque vlla dignitatis, & ætatis suæ ratione, odio inexplebili insanientes, & instar ferarum, quæ gustata carne, ad eam deuorandam anhelant, clamabant in medio foro populis pleno, petentes, vt quamuis innocens Iesus neci traderetur; quorum erat potius pro clementia, ac venia nocentis deprecari. Clamabant igitur, Crucifige, crucifige eum: id est: euge, euge, viderunt o-

Populi furor ac rabies lenitur tamen, & mitigatur quando.

Pontificum, & sacerdotum in Iesum extremus furor & insania.

Cur illi clamauerint: Crucifige, crucifige eum. Psal. 34.

culi nostri, hætenus bene actum est: perge, perge: conuenit flagellatio crucifigendo, quia crucifixioni præuia esse solet. Quod restat ergo, exequere, quia vir iste non tantum reus est flagellorum, sed mortis etiam crucis. Grauis est nobis etiam ad videndum. Metuebant videlicet Pontifices, ne si tā atrociam passus dimitteretur, versis postea populi ab eis ad hoc concitati studijs in ipsorum capita immanitatis huius inuidia recideret.

Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Metuebat etiam Pilatus, ne quod futurum erat, pulsatus in iudicio Cæsaris sustineret molestiam, non habens quam de interfectione eius redderet causam. Fertur, inquit Rupertus, quod propter hoc Romam adductus, à Tiberio Cæsare exilio damnatus est, sententia tam intolerabili, vt per impatientiam inedia, gladio sibi met mortem conciuerit. Hæc ille. Sed multo solidiora istis tradunt Eusebius, & Orosius, eum videlicet à Caligula Imperatore euocatum ob alias causas, nepe ob furta, & ex pilata Gazophylacia: quæ peccata sunt cõmonia gubernatoribus, ac prouintias administrantibus. Et vt supra Pilatus

Sap. 2.

Pilatus cur dixerit Iudæis de Christo: Accipite eum vos, & crucifigite. Rupert. lib. 13. in Ioan. nem suum versus. De interitu Pilati probabilior sententia. Euseb. lib. 2. c. 7. Eccl. histor. tom. 1. Orosius li. 7. c. 5. Gubernatorum vitia.

Iudæis

Ioan. 18.

Quid est dicere: Accipite Iesum vos & crucifigite.

Cur Iudæi necem Iesu detrectauerint.

Iudæorum hypocritis.

Quid est illud: Nos legem habemus: & secundum legem debet mori, quia filium Dei fecit.

Leuit. 24.

Qui se Iouis filios nominarent olim, & pro talibus colerentur.

Iudæis tradiderat facultatem iudicandi Christum, cum dixit: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum, occultè tradens illis iudicij executionem; ita modò apertè illam eis tradit, metum illis iniiciens. Quasi diceret; Putatis me impiæ cædis fore ministrum? Ego ne præter Romanorum leges innocentem occidam? Ego ne clamoribus vestris territus cedam, atque impium homicidam me præstabo? Ego legum administrator sum, non alienæ vltor iniuriæ. Proinde si insontem esse crimen est, accipite eum vos, & crucifigite. Non enim inuenio inter meos legisperitos legem, quæ innocentem occidi mandet: si apud vos talis extat lex, accipite, & crucifigite. Sed Iudæi hoc non admiserunt, quia nimis suam iniquitatem patefecissent: quoniam sine iudicio hominem indemnatum nulla lege licebat interficere. Cum ergo prius secundum leges Cæsareas, vt reum læsæ Maiestatis conati essent eius mortem obrinere, nec potuissent: suam proferunt legem, clamantes Iesum in eam per grauisimum blasphemiae crimen deliquisse: seque hoc modo declarantes non tam odio Iesu, quam zelo legis ipsum persequi. Idcirco responderunt Iudæi ad dictum Pilati: Tu iudica, & dimitte nobis, vt crucifigamus. Et si non secundum Romanorum leges mori debet; tamen secundum legem nostram debet, quia maximam blasphemiam, dicendo se filium Dei, in Deum ipsum admisit. Hinc dixerunt: Nos legem habemus: & secundum legem debet mori, quia Filius Dei se fecit. Quasi dicerent; Tu Pilate cum Gentilis sis, non potes in eo causam mortis inuenire, & propterea ei patrocinaris, cum legis nostræ ignoratione tenearis. Nos verò Iudæi legem habemus, contra quam iste se filium Dei faciendo arrogantissimè deliquit, vt pote blasphemus, qui sibi vendicat quæ Dei sunt propria: in talem autem blasphemum præcipit lex nostra morte animaduertere. Porro nos Iudæi non sumus sicut Pagani: quorum nonnulli se Iouis filios appellant, vt Aesculapius, Apollo, Hercules, A-

lexander, Aeneas verò Veneris, & alij aliorum Deorum filios se prædicant: Nos verò legem Dei habemus, in qua docemur vnum Deum solum esse, nec habere filium naturalem, sed nos adoptare in filios dignatus est, cum de nobis dixerit: Filius meus primogenitus Israel, & rursus: Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Hic autem tanto titulo filij adoptiui non contentus, naturalem se Dei filium efficere conatus est, quod à lege nostra abhorret longè: idè et si nihil in Cæsareas leges, in legem tamen nostram grauisimè peccauit. Quibus verbis reuera securum reddere volebant Gentilem hominem, opposites legis scutum, atque illo se tuentes. Sed profecto mentita est iniquitas sibi: non enim secundum legem debet mori, qui filium Dei se esse asseruit: sed Prophetam, qui falsum testimonium in nomine Domini locutus fuerit, si mendacij conuincitur, nec subsequatur effectus sermonis ab eo prædictus. Quamquam autem asserere se Dei filium, peccatum esset: intelligitur in eo qui dicit, & non probat. Christus autem potius probauit, quam dixit: & potius ab Apostolis, turbis, atque alijs discipulis, imò etiam dæmonibus ipsis vocatus est, quam ipse se appellauerit, multò minus qui se non fecerit. Facit enim se, qui non est: at Christus minimè se fecit quod non erat, sed explicauit quod erat, & à nomine melius, quam à se cognosci poterat. Quod si reuera blasphemus extitisset, non poterant morte Crucis, sed lapidum interficere, vt dicitur in libro Leuitici, quare ergo tantis clamoribus mortem Crucis contra legem postulabant? Quod si legem habetis, o impij Iudæi, nonne illa apertè cædem vetat innocentis? nonne illa ait: Insontem, & iustum non occides? Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententia? Item si legem habetis, nonne illa fidelissimum profert de Christo testimonium? Nonne Propheta ait: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Nonne Dominus ad Scripturas se remittit, cum dixit: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam

Deut. 6.

Exod. 4.

Psal. 81.

Iudæorum impudentissimi mendacium.

Psal. 26.

Quis Prophetam per legem Moysis interficiendus erat.

Deut. 13. & 18.

Christus probauit magis, quam dixit se Messiam.

Luc. 4.

Iudæi legis preuaricatores.

Leuit. 24.

Exo. 23. Ibidem.

Legis Moysæ de Christo testimonium.

Psal. 2. & Act. 13. & Heb. 1. & 5.

Ioan. 5.

est quod Iesus ex altero tantum capite habebat Pilatum superiorem, ut dicit: quia ille Præses à Deo erat, & nō quia Iesus punitione dignus existeret. Si verò ex altero tantum: falsum est, quod ad potestatem sufficiat primum caput sine peccato inferioris. Adhęc peccatum cuiusque non satis est ut puniatur à quolibet homine; nisi ab eo tantum, qui est superior. Tertio falsum est quod ex peccato originali homo factus sit punitione dignus quia peccabilis: nā etsi peccatum originale non fuisset, poterat quilibet hominum peccare, & puniri, licet modum ignoremus: fuissetque tunc potestas superior saltē ad dirigendum. Quod si dicat, peccatum originale absque actuali reddere hominem punitione dignum; absurdum planē esset. Nam cum quilibet sit sub illo peccato originali; quilibet esset sub quolibet: præterquam quod peccatum originis nullam meretur ab homine pœnam. Eua autem idē in Adę subiectionem data est: quia actu & propria voluntate peccavit. Quanquā autē illa pœna tradita sit in fœminas ut subiectæ sint maribus: non tamē ad punitionem peccati originalis, sed ad directionem, & ad punitionem delicti actualis, si sequatur. Ergo nō est verū, alios subijci duplici capite superioribus, Christum verò solo vno. Adhęc sola peccabilitas, id est, potentia ad peccandum, non constituit superiorē, ita, ut habeat potestatem in eum quasi subditum quendam, ut puniat illum, nisi ipsum peccatum subsequatur. Nā potestas puniendi data est à Deo sub conditione, si scilicet peccatū fuerit. Nam Princeps minister Dei est, & vindex in iram, ei qui malē agit: quicumque ergo benē agit, non est iudici ab illo capite ad pœnā subiectus. Quod si dicas, potestatem habere puniendi innocentē, etiam si nō peccet: sicut Sacerdos potestatem habet consecrandi, etiam si in lethali crimine existat: Responde mus hoc nihil euincere. Quia potestas consecrandi non pendet ab vlla conditione, si videlicet Sacerdos sit innocentissimus: at illa puniendi hominē, non nisi sub conditione collata est, videlicet si homo peccet, & non aliter:

nam alioquin profectō violenta esset, & tyrannica, de qua Pilatus gloriatur, cum inquit: *Nescis quia potestatem habeo, &c.* Quinto, ex illis verbis Domini non colligitur summa eius & singularis innocentia: nam quilibet homo reus posset dicere iudici: *Non haberes potestatem in me vllam*, non solum occidendi, sed etiam flagellandi, nisi tibi datum esset desuper. Sexto diuigenter aduerte, ex multis causis colligi potestatem Pilati in Christo nullo modo fuisse iustam & legitimam, & à Deo datam, sed violentam, & tyrannicam. Primo, quia negant plerisque, potestatem Romanorum contra Iudęos fuisse legitimam; nam & Herodes regnū abstulerat à Iudęis per nefas: de quo alia est quæstio. Deinde dicere possent nonnulli, quod Pilatus ratione personę Christi non habebat legitimam vllam à Deo sibi datam potestatem: quia ille erat vnctus, & in sortem Domini vocatus, & verus, summusque Pontifex, atque aded Dei filius: & idcirco sub nullius potestate, sed omnino liber, & caput omnium eorum erat qui libertatem sunt adepti: nam si vos Filius liberauerit, inquit; verē liberi eritis: & ipse apud Matthæum ab omni iure censum reddendi sese liberum declarauit, & Paulus vituperat fideles euntes ad iudices seculares & pfanos. Tertio, ex genere causę multum inuenitur à potestate superiorum; etsi quod vnquam fuit causę genus, quod non solum Pilati, sed cuiuscunq; hominis fugeret cognitionem & iudiciū, istud de Christo fuit, cuius gratia ipse non erat ei subditus. Erat enim summa causarū, nempe de diuino Mesię regno, ac Dei filiatione: idcirco Pilatus hoc sentiens, & se huius causę iudicem minime competentem agnoscens, dixit: *Accipite eum vos, & crucifigite.* Et sæpē à cognitione huius causę abstinens dimittere voluit, præsertim auditis his verbis, de quibus est quæstio. Eadem ratione Gallio proconsul Achaïę absoluit Paulum, dicēs: *Si quæstiones sunt de verbo, & nominibus legis vestrę, vos ipsi videritis; iudex ego horum nolo esse.* Quasi diceret: Ad me non spectabat hæc causa. Hinc est quod Moyses cau-

Quintaratio

Sexta.

Vnde colligitur Pilati in Christum potestatem illegitimam fuisse & iniustam.

Secundum argumentum.

Hebr. 5. & alibi.

Christi prerogatiuæ.

Ioan. 8.

Matth. 27.

1. Cor. 6.

Tertium argumentum.

Actor. 18.

Tertia.

Genes. 3. Fœminę cur subiacent viris lege diuina.

Quarta ratio

Rom. 13.

Alla potestas iudicis, alia Sacerdotis.

Exod. 18. Iethro soceri sui, & nūc Pontifex summus quasdam criminū causas suę cognitioni referuare cōsuevit. Cum ergo hæc quæstio, quæ etiam in hodiernum diem etiā inter Christianos ac Iudęos durat, maximē fuerit Ecclesiastica, ac diuina, num scilicet Iesus fuerit Messias, & Rex ille promissus; non potuit Pilatus homo Ethnicus eius esse iudex legitimus. Quarto ratione loci non erat Pilatus legitimus superior huius causę. Nam Christus Galilæus erat, & potius sub ditione constitutus: quod vbi Pilatus intellexit, misit eum ad Herodem. Ex quibus omnibus deducimus, Pilatum non fuisse legitimum Christi iudicem, vel superiorem, siue ratione omnimodę iniustitię, siue ratione personę, cum esset de sorte Domini, & maximus Pontifex, siue quia potestas Romanorum in Iudęos iniusta erat, ac tyrannica, siue ratione causę, quæ omne iudicium humanum transcendebat, siue denique respectu patrię, locique, cum esset Galilæus, ut vnuerso orbi cōstare posset, Iesū ex omni parte iniuste fuisse damnatum. Verissimus ergo sensus illius verbi Domini: Non haberes potestatem aduersum me vllā, nisi tibi datum esset desuper, est, quod Christus ibi non loquitur de potestate legitima & ordinaria, quæ esset in ipso super Christum, quia hanc nullam habebat: sed loquitur de potestate, quæ ipse spōtē se subijciens, illi contulit ad bene iudicandum, & ad malum non nisi tantum permittit: & hanc vocat datam desuper; sicut multa alia atrocissima tolerat Dominus, quo fructum aliquē pro sua bonitate exinde eliciat. Quod quē de illa sit sermo, ex eo comprobari potest, quod Pilatus superbissimē se iactando dixerat: *Nescis quia potestatem habeo crucifigere te; & potestatem habeo dimittere te?* Hoc enim proculdubio violentum & tyrannicū est, non ex causę differentia, sed pro arbitrio suo se posse in vtrumq; asserere. Etenim cui dubium est, quod si Christus erat innocens, ut quidē erat, quod non habebat Pilatus potestatem crucifigendi? Et si fuisset nocens, vel

Quartum argumentum.

Luc 23.

Altera solutio lōgę probabilior.

Iudicis culus cuiusque (ut Pilati) tyrannica vis & potestas qualis.

conuictus, vel confessus, ut sic gratia doctrinę loquamur, nō potuisset iure dimittere: nam nocens iuxta leges Romanas non erat dimittendus, sed perendus. Christus ergo respondēs: Nō haberes potestatem aduersum me vllā, de tali loquitur, quæ iniuriosa est, & tyrannica: ac si dicat; Legitimā in me non habes potestatem, sed nec vllam, id est, istam, quam arrogas & iactas, nisi tibi datum esset desuper, siue ē cœlo: Græcē enim dicitur *ἀνωθεν*. Et sic voluit eius arrogatiam comprimere, ut intelligeret, Deum ob aliquam causam eam illi potestatem permittente, & non illam à seipso vel à Romanis, siue Cæsare, vel à Iudęis tanquam superioribus qui tradiderat eum Pilato (quia Iudęi superiores non erant Pilato) habere. Erat autem illa potestas desuper data, non assistendo, aut approbando, sed non prohibēdo aliquo speciali mandato præter naturę legē dicentem innocentem non esse condemnandum, sicut data hora, cum inquit: *Hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Quod verbum ob id Dns dixit, ne intolerescent Iudęi, quasi virtute sua superiores facti Christum comprehendissent, aut ligassent. Ita quoque dicitur: *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* & id: *Dominus dedit, Dominus abstulit;* id est, Permisit. Ita dicitur: *Dominus præcepit ei, ut malediceret David,* hoc est, permisit. Noli ergo gloriari, Pilate, de potestate, qua abuteris: quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Quemadmodum latro, v. g. nihil iuris habet in hominem, interim tamen potest ex insidijs adoriri eum, & occidere, Deo permittente: ita tu nihil potestatis in me haberes, quia potestas est in laudem & defensionem bonorum, & ad vindictā malefactorum, nisi quantum permittit Pater. Consulto autem Dominus fecit mentionem permittentis, quō terribiliter illum admoneret de reddenda ratione Deo, & non tantum Cæsari. Vnde in libro Sapiētia dicitur: *Audite ergo Reges, & intelligite, discite iudices finium terrę, &c. Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimi-*

Lex naturæ à Pilato violata; & quem admodū illi fuerit in Christum.

Luce 22. Quorsum Iudæis Dominus dixerit: Hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Ioan. 18. Job 1. 2. Reg. 16.

Psal. 124.

Qualis potestas Pilati occidendi Christum.

1. Petri 2. Cur Dominus dixerit: Nisi tibi datum esset desuper.

Sapient. 6.

Secunda ratio & vnde sit abusus potestatis raturum modo.

Quorundam argumentatio minus firma, solidaque de se. ulari potestate.

Rom. 13. Quomodo eum precedere debet coherere hęc illatio: Propter eam qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

Primus sensus Catechani.

Omnia peccata inter se æqualia, secundum dogma Stoicorum.

Improbatur sensus Catechani.

Aristot. lib. Ethicorum. S. Thomas Prim. Sec. q. 73. artic. vlt.

mo, qui interrogabis opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Admonemur etiā illo verbo, magistratus quidē potestatem à Deo esse, eius verò acceptio-nem, vel abusum, quē Christus hic corripit, detestabilem, & nō à Deo, sed ab illo, qui omnis mali autor est, manare, licet non sine Dei permissione. Vanē proinde quidam ex his verbis colligunt, Ecclesiasticos potestati laicæ debere esse subiectos: quasi hic Christus significare voluerit se diuina ordina-tione, de qua loquitur Paulus, subie-ctum fuisse Pilato.

Sequitur secunda disputatio de vi illationis, siue consequentiæ. Caieta-nus asserit, Dominum dixisse hoc ad excludendam iustitiam allegatā ex lege diuina à Iudæis contra ipsum: quia Filium Dei se fecit. Exigebat siquidem hęc iustificatio accusationis, vt Iesus manifestaret propriam innocentiam per peccatum illorum, qui tradiderāt eum Pilato: Propterea, inquit, qui tra-didit me tibi, maius peccatū habet. Qua-si dicat; Ex quo nullum meum demeritum subijcit me pœnæ, quam potes inferre, causa est quod tu pecces; & quod magis ille peccet, qui tradidit me tibi, tāquam principalior punitor innocentis. Dicendo enim, maius pec-catum, simpliciter quoque dicit, Pila-tum peccatum habere: simulq; decla-rat falsam esse Stoicorum doctrinam censentium omnia peccata esse paria. Hęc ille. Sed profectō si verum ama-mus, non videtur vllō modo ex his Domini verbis inferri, quod alij tra-dendo Christum magis peccauerint; quā ipse Pilatus iudicando, & con-demnando: quia Pilatus sciens eius in-nocentiam, & quod per inuidiā esset traditus, condemnabat iustum & in-sonstem. Grauius verò delinquit iudex sciens iustum condemnando, quā m accusator calumniando, & accusando, secundum Aristotelem in Ethicis, & S. Thomam in Secunda Secundæ, ra-tione professionis iustitiæ, in qua est à Dño constitutus, sicut Sacerdos vio-lans castitatē, quam statu profiteretur & voto, multo grauius peccat quous alio soluto, qui non promisit. Quod verò pro causa grauioris peccati à iudice

admissi, Iudæi fuerint præcipui pro-motores ad tantū scelus, ex quo magis peccauerunt: etiā si hoc demus, tamē hęc principilitas, quę est ratio maioris peccati, non deducitur ex illo: Non ha-beres potestatem aduersus me vllā, nisi tibi datū esset de super: quia stat Christi innocentia & potestas data Pilato, etiā si ipse fuisset causa principalis tati sacri legij. Quod verò Augustinus & alij Sancti dicunt, minus peccasse Pilatum: non elicitur ex illis verbis, sed ex prio-ribus: quia scilicet ipse non solum nō fuit autor huius sceleris, sed quia dis-plicebat ei, & sæpius in eo dimitendo laborauit, & multis modis tētavit eius liberationem, eius innocentia, & iusti-tiam sæpē asseruit, licet tandē humano timore victus succubuerit, & quasi in-uitus peccauerit quodāmodo coactus, & nolens. At Iudas, Caiphas, & Senio-rum concilium ab affectata malitia à cupiditate & inuidia fraternæ gratiæ acti, quasi seductorem populi, ac viola-torem legis Dei, & summæ glorię Dei Patris vsurpatorē persecuti sunt. Hęc enim etsi vera sint, ex præmissis tamē verbis nō deducuntur. Theophylactus in explicatione huius loci dissimula-uit coniunctionē illā Propterea. Sunt etiā, qui aliter ex illis verbis: Propter-eā qui me tradidit tibi, maius peccatū habet, deducunt hanc consequentiam. Nam quia Iudæis ex lege diuina non solum erat interdictum homicidium, verum etiam de Christo audiendo, & eum veneratione suscipiēdo à Iudæis, lege diuina definitum, quod populo Gentili præceptū nō fuit, qui sub lege non erant: permittitur ergo occisio Christi Pilato non solum ex eo quod Dominus non resistebat potentia sua, ac virtute, sed ex eo quod nō prohibe-bat præcepto peculiari. At Iudæ & po-pulo Iudæorum tradenti illum non sic permissum erat, sed prohibitum tum lege Moseos, tum ex ore Christi sæ-pius: idē maius peccatum fuit eorū. Quia Pilato data fuit illa potestas à Deo, hoc est, permissa, non solum quia noluit illi Deus resistere, verum etiā quia nec prohibere specialiter, Iu-dæis verò, quia peculiariter, prohibitū fuit. Propterea ergo quia ex tuo offi-

Secundus sensus.

Aug. tract. 116. in Ioh. tom. 9.

Theoph. in Ioannem. Tertius sen-sus.

Exod. 20 & Deuter. 5, infra 18.

cio,

esse agnoscendum, & omni cultu ve-nerandum, vt cum eo simul regnare valeamus in cœlesti regno, quod æ-ternum est, simulque possessum à Pa-

trē, & Filio, & Spiritu Sancto; qui-bus ab omni creatura ratione prædita reddatur honos, maiestas, & imperiū in seculis sempiternis. Amen.



TRACTATUS XXXII.

De Pilati sessione pro tribunali, ac lotio-ne manuum eius, ac sententia Christum ad necem condemnante, in illa verba: *Pilatus autem cum audisset hos sermones, ad-duxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue Pascha, hora quasi sexta: Et dicit Iudæis: Ecce Rex vester: Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. &c. Ioan. 19.*

Vniuersi no- stre volunta- tis & arbitrij conat⁹ si Dei gratia desti- tuantur, quō tandem reci- dant.



NIVERSI liberi nostri arbitrij conatus si gratia Dei destituatur, postquam omnia, quæ possunt, præ- stiterint, tandem naufragium faciunt: vt ex his, quæ Pilatus de dimittendo, & absoluen-do Christo fecit; constare potest. Videns implacabile Sacerdo- tum odium in Iesum, ac mirum po- puli cum eis consensum, cogitans etiam Iesum etsi innocentem, humi- lem tamen esse, & tenuem, sibi que deesse, vt ab eius nece nihi periculi ef- fet metuendum; celsit tandem, & succubuit, vbi iactura amicitia Cæsa- ris perdendæ illi obiecta est.

Duplex Pila- ti timor.

Psal. 13.

terbiōrum: *Qui timet hominem, cito corruet.* Primo siquidem Pilatus ti- mebat Iesum, quem sprenerat, eo audito quod esset Filius Dei, nō sē- verò timet Cæsarem: atque isti duo timores offendendi Deum per cul- pam, & perdendæ Cæsaris amicitia, iustabantur in corde Pilati. Sed præ- ualuit timori Dei præsentis Cæsa- ris gratia perdendæ metus; & fortē dixit cum Caipha: Expedi vnum ho- minem mori pro populo, & non tota gens tumultuetur, & in me insurgat. Nec mirum est: nam sæpē etiam in nobis metus Dei à metu hominum su- peratur, & præsentis pœnæ formido vincit gehennæ formidinem, ac pec- camus. Sed oportet memorem esse sententiæ Domini, dicentis: Timere eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.

Pilatus igitur audiuit à Christo quod esset Filius Dei; & à turbas

Pro. 29.

Ioan. 11.

Qui similes Pilati homi- nes magis quā Deum metuentes.

Luca 12.

Pilatus du- pliciter pec- cavit

rum Christum agnū immolauerint, & agnum typicum, ac corporalem comederint. Et Iudæis quidem fuit illa dies parasceue ad Sabbatum; nobis autem fuit præparatio agni, & viatici nostri spiritualis ad vitæ æternæ salutem.

Subdit Euāgelista: *Hora quasi sexta.* Nam cum esset æquinoctium vernale, sexies ferè fuerat Christi causa agitata illo die: primò inter Iudæos valde manè: deinde coram Pilato; tertio coram Herode; quarto iterum coram Pilato; quinto fuerat flagellatus, atque illusus, vt iam esset hora ferè sexta, quando damnatus est. Nec dicto huic repugnat quod Marcus ait: Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Multis enim modis hic nodus solui potest. Primus quidem fit, Euangelistam non scribere, Pilatum hora ferè sexta diei sedisse pro tribunali, sed parasceues hora ferè sexta: nam aliud est initium diei, aliud parasceues. Iudæis namque ante Solis exortum præparationi Paschæ operam dare solitos, rationi consonat, sicut Christiani multa præparant in vigilijs ante diluculum; Iudæi multò magis, qui non solum azyma in plures dies, sed alia complura præparaturi erant ad diem Paschæ, vt ita hora tertia diei cum hora sexta parasceues incidat. Sed hæc solutio deficit. Nam cum dicitur hora sexta parasceues, intelligi debet diei festi parasceues, in qua necessaria ad vitæ, vt diximus, præparari ad diem Sabbati (quo Pascha illo anno incidit) commodè poterant: deinde gratis dici videtur, diem Parasceues per tres horas ante lucem inchoandum esse, vt concurrant hora tertia diei cum hora sexta Parasceues apud Ioannem: idè hic modus nodum dissoluendi, minus quadrare videtur. Alij verò sunt, qui Augustini sententiam libro de Consensu Euangelistarum secuti; alio modo Marcum interpretantur, non de crucifixione militum locutum esse, sed de crucifixione in linguis Iudæorum. Vnde illis Petrus obiecit: *Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis,*

quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Vt ergo ostenderet, non tam à ministris, qui simplex ministerium Præsidi præbuerunt, quàm à Iudæis Christum crucifixum, postquam militum ministeriū expresit Marcus, dicendo: *Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius,* subdit: *Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum: respiciendo ad autores flagitiij principales, & ad vocem, qua sanguinem Christi postulauit, dixit: Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Hinc autor libri *Questionum noui & veteris Testamenti*, qui tribuitur beato Augustino: *Omnis, inquit, qui addicitur morti, ex eo iam mortuus computatur, quo sententiam excepit.* Hæc ille. Vnde Sacerdoti prohibetur, ne consilium, fauorem, vel auctoritatem præstando assistat, dum dicitur sententia mortis: vt habetur in cap. *Sententiam: Sententiam, inquit, sanguinis nullus Clericus dicit, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur, intersit.* Hæc ibi: alioqui incurrit secundum omnes Doctores irregularitatis censuram. Quia tunc reus moritur, non autem quando eius decapitationi, vel morti est præsens. Bis ergo crucifixus est Iesus, semel in linguis Iudæorum clamantium, Crucifige, & hoc hora tertia contigit. Cui sententiæ videtur accedere B. Ignatius, qui in Epistola ad Trallianos ita scribit: *Die ergo parasceues tertia hora accepit sententiam à Pilato permittente Patre, sexta verò crucifixus est; nona autem emisit spiritum.* Augustinus verò libro de Consensu Euangelistarum post insinuatum hunc sensum subiungit: *Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. Quod ergo maximè videri fecisse volebant, hoc eos hora fecisse tertia Marcus ostendit; verisimè indicans magis fuisse Domini necatricem linguam Iudæorum, quàm militum manus. Quisquis autem dixerit non fuisse horam tertiam, cum hoc Iudæi primitus clamauerunt, insanissimè se ostendit inimicum Euangelij. Nisi fortè aliter potuerit eandem dissoluere questionem.* Hæc ille.

Iudæos potius quàm satellites Pilati Deū in cruce negasse, vnde constat apud Marcū

Autor *Question. noui & vet. Test. q. 65. to. 4. operum B. Augustini.*

Li. 3. Decret. ne Clerici vel Mon. Clerici à quibus causis, & actis abstinere debeat sub irregularitatis pœna.

B. Ignatius *epist. 5. circa medium. Matth. 27. Aug. li. 3. de Cons. Euāg. cap. 13. ante med. t. 4.*

Expenditur illud: Hora quasi sexta.

Marci 15. Quomodo Marco dicitur Christum tertia hora crucifixū, sexta hora dicitur Ioannes.

Primo sensus, duo patiens incommoda.

Secundus sensus. Aug. lib. 3. de Consens. Euāg. cap. 13. sub init. tom. 4. Actor. 1.

Tertius sensus.

Matth. 27.

Quartus sensus.

Die quomodo Iudæi patrentur.

Matth. 20.

Matth. 27. Luca 23.

Tertio putant alij abundè soluisse hunc nodum, si dicant, Christum infra tertiam & sextam crucifixum, & ab utroque extremo, vt media solèt, horam mortis Christi fuisse significatam. Crucifixio ergo Christi supra tertiam, & infra sextam, & incepta & perfecta est, quia sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Sed reuera etsi dici valeat fieri hora ferè sexta, quæ fit quinta, vix tamè dicitur fieri ferè tertia hora, quod in quinta fit: bene tamè potest dici fieri ferè in tertia, quod in quarta fit, non tamen dicitur ferè fieri in sexta. Alij alia dicendi ratione soluent hoc ipsum. Nam vt noctem in quatuor vigilias, ita diem diuidit Euangelium in quatuor horas, siue stationes: quarum prima incipiat à diluculo, & duret vsque ad horam diei tertiam, voceturque primum mane: secunda incipiat ab hora tertia, & duret vsque ad horam sextam, voceturque hora tertia, quod à tertia initium sumat: tertia verò pars similiter vocetur sexta, & quarta itidem vocetur nona, vel vespera. Ad hunc enim modum diem Iudæis diuidi solitum indicat Euangelium in parabola de patre familiaris operarios in vineam suam mittente. Et ita inuenimus rationem conciliandi Euangelistas. Nam quod Ioannes ait fuisse horam ferè sextam, cum Pilatus sederet pro tribunali, satis indicat nondum fuisse horam sextam, sed horam tertiam, siue stationem secundam; hoc est, eam partem diei, quæ est inter tertiam horam, & sextam. Nihil ergo mirum, quod cum Christus crucifigeretur, non esset hora sexta, sed adhuc fuit hora tertia, quæ finienda non erat nisi hora facta iam sexta. Reuera igitur Christus à militibus fuit crucifixus, quia sexta nondum aduenerat. Quod ex Matthæo, & Luca etiam est apertū, qui cum Marco post descriptam Christi illusionem, & alia quædam, dicunt à sexta hora factas tenebras super terram. Quibus existentibus non est verisimile, aut milites diuisisse vestimenta, aut variam illam Christo accidisse derisionem: nam reuera Pilatus ferè circa sextam horam pro tribunali sedit, quia tertia iam tunc

maiori ex parte fuerat elapsa. Atque hanc sententiam etiam passionis historia confirmare videtur: quia in ea nominatim diluculi, tertiæ, sextæ, & nonæ horarum fit mentio, cum de reliquis inter illas horis omnino taceretur. Ex quibus patet, Christum tres horas viuum pependisse in cruce, cum ante horam sextam ea Christo in cruce pendente contigerint, quæ de militibus, & varijs Christum illudentibus Euangelistæ scripserunt. Deinde patet illud, quod Ioannes dicit, fuisse horam ferè sextam, cum Pilatus sederet pro tribunali, aliud esse ab eo quod Lucas ait: Erat autem ferè hora sexta; & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram. Ioannes enim ait fuisse horam ferè sextam, cum proculdubio vna hora, aut paulò amplius abesset à sexta: nam tantum temporis intercedere necessum erat, vt eo tempore intelligatur Christus ad crucem iam ante damnatus, ad supplicium ductus, crucifixus, & irritus in cruce pendens. Lucas verò hic dicit, quod iam omnino instaret hora sexta, aut etiam quod iam sexta aliquandiu præterisset: vt horam fuisse quasi sextam dicat, non quod circiter sexta fuerit, sed vltra. Quod ex Marco explicari videtur, qui ait: *Et facta hora sexta tenebra factæ sunt per totam terram,* id est, completa iam & exacta hora sexta. Nam Philoſophis, & vulgo id dicitur factum, non quod inchoatum, sed quod consummatum est. Hæc omnia complectitur hæc solutio, cui non nihil obijci posset. Nam in parabola operariorum in vineam missorum, præter horas dictas fit mentio vndecimæ horæ, & apud Ioannem fit mentio horæ decimæ, & item septimæ horæ apud eundem, in qua Reguli filium febris reliquit. Etsi dici valeat hæc non conuincere: quia exprimitur in his duobus locis id, quod implicite continebatur in hora nona: in tertio verò exemplo de hora septima, qua reliquit febris filium Reguli, id, quod implicite continebatur in hora sexta. Caietanus verò, alijs omiſſis, ex Hieronymo aliam adfert solutionem, & Marcum indocti librarij vitio cor-

Christi triū horarū spatij vni in cruce pendētis vnde colligitur

Marci 15.

Huius quartus sensus incommodum.

Matth. 20.

Ioan. 12. Infra 4.

Quintus sensus. Caietanus in Ientac. Hieron. in Psal. 77. propè init.

corruptum esse contendit. Cum enim Marcus scripserit, *Erat autem hora 5.* quod elementum signum est senarij, permutarunt in *γ*, quod symbolum est ternarij: & hoc propter similitudinem elementorum. Et ratio etiam idē demonstrat: quia Christus reuera in meridie est crucifixus, vt vulgo Christianorum omnium est persuasum, & Ecclesia in Crucis precibus, & officio apertē testatur, & colligitur ex Ioanne, dicente quod hora ferē sexta sedit pro tribunali Pilatus; ergo erat elapsa hora quinta, alias falsō hora ferē sexta diceretur. Reliquum verō sextæ horę elapsū est in educendo Iesu, & induendo, & in cruce ad locū Caluarie baiulanda, Simoneque angariando, & alijs. Scripsit ergo Marcus hora sexta, sicut Hieronymus annotauit in Psal. 77. Adhęc Theophylactus in hęc verba Ioannis scribit: *Quomodo autem Marco dicente tertiam horam, quando Christus crucifigebatur, Ioannes sextam dicit? Igitur hoc soluunt quidā, quod Scriptura schema sit. Nam litera quidem tertiā horam significat, & est character eius talis γ litera autem que sextam signat, habet characterem talem s. Verisimile igitur literā Gāma à descriptoribus nō attentis scripserit quibusdam mutilatis, in characterem Epifemi, quo sextus numerus signatur, & sic errorem hunc ortum. Quod autem hoc verisimile sit sic factum esse, & tertiam horam scriptam esse, etiam apud Ioannem, & non sextam sicut nunc, manifestum hinc est. Nam cum tres Euangelista, Matthæus, Marcus, & Lucas consonanter dicunt, quod à sexta hora tenebra facta sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam; manifestum quod Dominus noster ante sextam horam, prius quam fierent tenebra, crucifixus sit, scilicet circa horam tertiam, sicut Marcus prodit, & Ioannes similiter: quamuis scribentium error mutauerit Gamma in Epifema characterem. Et nonnulli quidē sic dicunt. Alij autem aiunt, quod Marcus quidem horam, qua lata est sententia de crucifigendo Dño, manifestē & absque dubitatione ponat. Vtiq; quia crucifigere & punire ab eo tempore iudices dicuntur, quo sententiam proferunt: eod quod vis pœna, & mortis in linguis quoque sit. Eius*

gratia tertia hora Marcus crucifigi cum dicit, à qua Pilatus sententiam exposuit: Ioannes autem, cum Marcus dixisset tempus sententia, horam in qua Dominum crucifixerunt, dicit. Hactenus ille. Veram in hanc solutionem nonnulla occurrunt. Primum, quia durum videtur, corruptam esse Scripturam in hac parte, & Patres minimē nos de eo vitio admonuisse. Deinde cur potius corruptus est Marcus, quā Ioannes, & cur non potius Ioannes, quā Marcus, vt ait Theophylactus, qui cōtendit Marcum esse integrum, & incorruptum? Tertio validē vrgentur, quia non videntur Euangelistæ vti elementis pro numeris, sed integris dictionibus numeros significātibus. Ait enim Marcus: *ἦν ἡ ὥρα τῆς τρίτης καὶ ἰσχυροῦσιν αὐτὸν*, & Ioannes: *ὥρα δὲ ὅταν ἔκριν: nullū hic videtur elementum; sed si qua fuit corruptio, in vocibus ipsis constituenta est. Quarto non vidit Caietanus, quod si loco illorum verborum: Erat hora tertia, legendum esset, Hora sexta, vt ipse emendat; quomodo paullō post sequitur in eodem Euangelista: Et facta hora sexta tenebræ factę sunt? Vnde & Hieronymus in Marcum, vel quisquis fuit eorum commentariorū autor, eo loco annotauit: Hoc verē & propriē Marcus intulit. Nam sexta hora tenebræ suffuderunt terram, vt non quis potuisset mouere caput. Præter has omnes solutiones Euthymius scribens in Marcum in illud: *Erat autē hora tertia: & crucifixerunt eum: Atqui,* inquit, *hora sexta crucifixus est, sicut dicit Ioannes. Quid ergo dicendum est? Quod id quod dicitur: Erat autem hora tertia, non trahitur ad id quod additur, Et crucifixerunt eum; sed refertur ad principium eorū, qua passus est Saluator. Erat autem, inquit, hora tertia, quando videlicet pati cepit à militibus Pilati. Deinde quod sequitur, per se legendum est. Et crucifixerunt eum, sexta videlicet hora. Mentio ergo tertia hora, qua fit à Marco, principium manifestat eorum qua passus est Dominus. Sexta verō, à Ioanne, finem ostendit, qui fuit crucifixio. Hęc ille, cuius solutionem produximus, ne illam ignorasse videamur. Sed vt verum fateamur, paul-**

In hanc sententiam obijciuntur nonnulla.

Elementis pro numeris minimē vti consueuerunt Euangelistæ, sed dictionibus integris

Hieron. in Marc. 10. 9.

Sextus sensus

Euthym. in Marc. 16.

In meridie crucifixus est Dominus.

Hieron. tom. 8. Theophyl. in Ioan.

Ex his solutionibus omnibusque alijs anteposenda videatur. Aug. lib. 3. de consens. Euang. ca. 13. ante med. 10. 4. Leontius Episcopus. Ignatius epist. 6.

Vis conscientie in Pilato

Expenditur hoc verbum Pilati ad Iudæos: Ecce Rex vester.

Quid est quod Iudæi omnes clamauerunt: Tolle, tolle crucifige eū.

Id est durior, & minus literę quadrans, licet non desint qui eam approbent. Proinde ex tot solutionibus illa præstantior videtur, quā producit Augustinus, & vt firmiorem secundo loco adducit Theophylactus. Meminit eius Leontius, & sequitur Hesychius Ierosolymitanus Presbyter: & Victor Antiochenus in Marcum scribit illa hora damnatum Iesum à populo: sicut & illud Matthæi: *Videns Iudas quod dā natus esset* (scilicet Iesus) *à populo.* Atque hunc sensum confirmauit sententia B. Ignatij, qui vicinus fuit illis temporibus, quo hæc gesta sunt, & potuit veritatem ab his, qui interfuerunt, penitius intelligere. Post hanc verō solutionem illa, quæ tertio loco adducta est de diuisione diei in quatuor partes, minores scrupulos, aut certē magis solubiles habere videtur: quocunque ergo illorum modorum nodū dissoluas, rectē conciliabis Euangelistas. Et hactenus de hac quæstione.

Et dicit Iudæis, *Ecce Rex vester.* Adhuc mordebat eum conscientia, auocabatque ne damnaret innocentem, & hæc est vera sententia, ex actis, & ex conscientia Pilati pronuntiata, quod ipse esset Rex Iudæorum. Verum non acquiescentibus Iudæis huic veræ, & iustæ sententię, iniustam alterā damnationis in gratiam populi protulit: ostenditque quā non competeret in eum affectatæ tyrannidis crimen à Iudæis obiectum. *Ecce, inquit, Rex vester: flagellatus est, illusus est, seipsum tuauerit, nequit, frustra eum timetis, si Regē se dixit, vel dici pertulit, nihil ab eo periculi vobis imminet: quid ergo discernitis? Estisne satiati pœnis eius? vultisne à malo proposito resiliere? Vide quam inuito animo Pilatus Iudæorum furori obsequatur: atque hoc dixit turbis, quia priorem contentionem habuit cum pontificibus, & ministris: talemque in hodiernum vsque diem prædicant, & ostendunt Iudæis Gentes, ne pœ Christum Regem esse, & hunc crucifixum, ne Iudæi pereant.*

illi autem clamabant, *Tolle, tolle, crucifige eum.* Ab omnibus crucifigi periturus, qui pro omnium salute crucifixus est: verum illi infidelitate sua nihil a-

liud egerunt, quā quod Saluator ablatus est ab eis, & in hoc seculo, & in futuro, & simul ab eis sublatus est Rex, Princeps, & Sacerdos, sicut per Oseam dictum est: *Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim.* Et merito, quia dixerunt: *Tolle Saluatorem, crucifige propitiatorem, vel, tolle de medio per sententiā damnationis; & Tolle per sententię executionem, quam volumus omnino Crucis esse supplicium.*

Dicit eis Pilatus, *Regem vestrum crucifigam?* Tentat postremō pudore, & verecundia Iudæos suffundere: erat enim non parua contumelia, vt eum, quem, vellent, nollent, Principes Sacerdotum, & Scribæ Messiam eorum esse, ex Scripturis, & signis ablati sceptri, & de hebdomadibus Danielis, quæ iam complebantur, agnouerant, aut agnoscere poterant, ad eorum furorē, & rabiem instantem tam ignominiosa morte punire. Responderunt pontifices, *Non habemus Regem nisi Cæsare.*

Pontifices, qui nihil dignum summo Sacerdotio habebant, & animos crudelis tyranni, aut ferarum induerant, quo maiores, eo impudentiores, ac nequiores, in hanc impiam vocem proruperunt. Vbi perpende, eos, dum confitentur Regem ex eorum gente non habere, Iesum Regem esse, ac Messiam testantur, compellentibus prophetijs de non auferendo sceptro de Iuda, & Danielis dicentis, quod quando venerit Sanctus sanctorum, cessabit vñtio vestra. Et qui dixit: *Non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Deinde expēde, quod Iudæorum gens libertatis appetentissima, & qui contra Dei voluntatem Regem tempore Samuelis expetebant, & nunc contra idem Dei beneplacitum Regem ad eos missum pernegant: tanta est vlciscendi libido, vt se se vltro in æternam seruitutē addicant, quo Iesum libertatis autorem extinguant. Nam sic etiam peccator, qui Iesum iterum crucifigit, Satanam in Regem eligit. Quando enim proponitur nobis voluntas Dei, & lex, atque exemplum Christi, respondemus: *Nō habemus alium Regem, quā mun-*

Ose. 3.

Quorfumid: Regem vestrum crucifigam?

Dan. 9. & 12.

Qua fronte Iudæorū pontifices dixerint, Non habemus Regē nisi Cæsare.

Gen. 49.

Dan. 9. Ibidem.

I. Reg. 12. Iudæorū infana vlciscēdi vis.

Peccator Satanam eligit in Regē quando.

pter hanc iustam sententiam, quā proferri in vnigenitum suum permittit, dignetur nos à iusta, quam promerentur peccata nostra; sententia libe-

rare, gratia, & meritis Iesu Christi Domini nostri, cum Patre, & Spiritu sancto aeternae laudes decantentur, in secula seculorum, Amen.



TRACTATUS XXXIII.

De Christo crucem baiulante, Simoneque Cyrenensi angariato ad ferendam crucē post eum: deq; responso mulieribus flētibus, ac lamētātibus exhibito, in illa verba: *Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt, & baiulās sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, &c. Ioannis. 19. & Lucae. 23.*

De Christo crucem baiulante, de amicis Christi, deq; eius inimicis contemplatio.

Psal. 34.

Huius cōtextus ordinatio.

RONVNTIATA Per publicum p̄conem à Pilato sententia in Iesum, vt moris est, ingēs inuasit tristitia, & dolor amicos Christi, & credentes discipulos occultos, qui aderant; æmulos autem Christi Iudæos magno, ac mirifico exhilarauit gaudio; vnde inuicē exultabāt; manibusq; applaudebāt, dicentes; Vicimus, euge euge animā nostrā, deuorauimus eū. Inter alios autem confestim Cayphas, qui supremo sacro magistratuungebatur, p̄conē per omnes vicos. Hierosolymā destinauit, qui sonitu tubæ p̄cedente admonerent de sententia lata contra Iesum seductorem; vt omnes certatim confluerent ad spectaculum Crucis in montem Caluariae; maximē cum eo tempore. Hierosolymā esset multitudo innumerabilis ex omni natione, quæ sub cœlo est, quæ ad diem solemnem Paschæ confluerat. Ait igitur Ioannes: *Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt.* Videlicet ministri ad executionem sententiæ. Et Textus ex diuersis Euangelistis est cōcinuandus, in hūc modum: *Et susceperunt Iesum, & exuerunt eum purpura, & induerunt vestimentis suis; & eduxerunt*

eum. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum. Primū igitur susceperūt eum, vt reliqua, quæ sequuntur, postularent, id est exuerēt, & induerent, & educerent. Potestque Christus dicere; *Et eduxerunt me, sicut leo paratus ad escam, & sicut catulus leonis, habitans in abditis.*

Et exuerunt eum purpura. Illa enim, siue chlamyde de coccina indut⁹ perstitit vsque ad sententiā: & istam vestem, qua indutus fuit, reliquit nobis in hæreditatē. Si enim Dominus pro nobis illusionem suscepit, & gloriæ sibi illā ducit, quidni nos gaudeamus, atque gloriemur in illusionibus pro Christo Domino tolleratis? Gloriarī solebat Athanasius in Pauli Eremitæ veste palmis contexta, qua ille diebus solennioribus indui solebat, teste Hieronymo in vita eius: nobis igitur multo magis gloriandū est in veste hac illusoria, quam nobis Christus reliquit. De coronea spinea nihil dicitur in Euangelio, an sit ablata: Idcirco Origenes concludit, quod si abstulisset, aliquis ex Euangelistis dixisset: quare verisimile est, illam gestasse, vt victima in altare crucis esset coronata. Et id habet Christus patiens Gregorij

Quomodo suscepit Iesum ministri.

Psal. 16.

De Iesu quid nobis veste purpurea sentiendum.

Hier. 10. 3. An Christus crucem baiulans, sp̄iam coronam gestaret.

Orig. tract. 35. in Mat. tom. 1. Greg. Naziancen.

Greg. Mag.

Tertul.

Paulinus epist. 12.

Nazianzeni, & oratio Gregorio Magno adscripta, vbi dicitur: *O Domine Iesu Christe, adoro te in cruce pendentem, & coronam spineam in capite gestantē.* Ad quod ferē alludens Tertulianus lib. contra Iudæos. c. de claritate Genitium in Christo, ait; *Inhærens cornibus crucis coronā spinea in capite eius circumdata.* Paulinus quoque epistola quadam ita ait; *Cerne coronatam Domini super atria Christi Stare crucem.*

Sed re vera hæc corona ipsius crucis erat, non Christi, & corona florigera erat, non spinea. Vnde subdit. *Ardua florifera crux cingitur orbe corona, Et Domini fuso tincta cruore rubes.*

Cur ministri Præsidis induerunt Christum vestimentis suis.

Marth. 27. Marc. 15. Esai. 53. Ibidem.

Christus exuēs purpurā, induenque vestimēta sua, quid doceat nec.

Dicitur Blati.

Luc. 23.

Quid significetur in eo, quod Herodes alba, Pilat⁹ verò purpurea veste Christum induerunt.

Gen. 3.

Et induerunt eū vestimētis suis. Quod posset ab omnibus agnosci: quia in alijs vestibus fuisset ignotus, p̄ferim quia non erat ei aspectus, neque decor, totaque facies erāt cruenta, ac deformata, & vt ait Propheta, quasi leprosi. Non potuit autem exui, aut indui sine renouatione plagarū, ob sanguinem vesti adhærentem, & congelatum. Ex eo autem quod reliquit purpuram, & indutus est suis vestimētis, docemur, in exitu vitæ nihil nos posse educere nobiscū, nisi quæ verè sunt nostra, id est, bona opera, sicut ille Sapiens in communi totius ciuitatis incendio dixit: *Omnia mea bona mecum porto.* Quantum ad mysterium, Herodes imposuit illi vestem albam, Pilatus purpuream: quia tam Iudæi, quam Gentiles peccata sua eius humeris imposuerunt. Iudæi quidem albam vestē, quia legis munditiam habebant; sed eorum opera instar panni menstruata erant in conspectu Domini: vnde & lauari indigebant; Gentes verò, siue Romani, qui iura imperij habebant, sanguinisq; facinora admittēbāt, coccineā suam chlamydem p̄buerunt. Iesus autem sua vestimēta pro Iudæorum, & Gentiliū tulit indumētis: quia in eo cuncta vnum fiunt. Ea q; vsque ac crucem portauit, ipse verò nudus vt Adam ante peccatum remansit, denotans innocentiam nudam sibi conuenire. In crucem ascendit, vt nos ad

innocentiæ puritatem reduceret. *Et eduxerunt eum*, scilicet extra ciuitatē, rāquā blasphemum, quia olim blasphemie pœnas daturus, educebatur extra castra, vt de illo dicitur, qui collegerat ligna in Sabbato. Verbum illud Græcè est ἀνάγειν, hoc est, abduxerunt à verbo ἀνάγειν, ad pœnam adducere.

Et baiulans sibi crucem. Græcè habetur, baiulans crucem suam, id est, dilectam, atque charam, in qua eius regnum situm erat, de qua Propheta dixit; *Regnauit à ligno Deus*, & per quā nos facit regnare. Coegeruntque ad crucem portandam, vt etiam ij, qui ad supplicij locum accedere nō possent, scirent tamen, eum esse crucis supplicio afficiendum. Teste etiam Chrysostomo, lignum crucis vt profanum attingere recusabant: quia maledictus omnis qui pendet in ligno; cum nescirent, se in ea re Scripturas maximè implere. Christus enim baiulans crucem, est velut alter Abel, ductus in cāpum à fratre suo Cain, vbi ligno est interfectus. Est velut Noe fabricans arcam, à diluuisio peccati mundū seruauit: est velut Isaac portans lignū ad holocaustum, quo immolari debuit. Est vt Iacob videns scalam cœlo innixam: sed illam dormiens vidit Iacob, Christus vigilans. Est vt Esau, portans arcum in manu, vt patri obediat, licet ille arcus pondere careret. Est alter Moses extendens virgam, vt faciat viam securam populo Hebræo, est verò virga niteretur Moyse, crux tamen sustentabatur humeris Christi. Hic est ille hirc⁹ emissarius. vniuersis omnium populorū culpis onustus, qui extra ciuitatem ducebatur immolandus. Hæc crux lignū est illud, quod proiecit in aquas Marā, indulcauit eas. Vnde nos canimus: Dulce lignū, dulces clauos, Dulce pōdus sustinēs. Hæc est illa virga Aaron, que cū prius sicca esset, postquā accepta est in manu Aaron, frōdit, floruit, fructiferauitque: ita crux, que prius erat sterilis, postquā hæsit corpori Christi sacerrimo, *Nulla silua talem profert Fronde flore germine.*

Hæc est illa virga Angelica, que cū

Cur Iesum eduxerūt extra Ierusalem. Leuit. 24. Num. 15.

Psal. 95.

Chrysost.

Leuit. 18. Deut. 21. Crux Christi vbi representata.

Gen. 4. Infra. 6. Infra. 22.

Infra. 28.

Infra. 27.

Exod. 14.

Leuit. 16.

Exod. 15.

Supra. 7.

Ephes. 5.

re, & tristari; ergo nec de Christi morte gaudium, & tristitia. Respondemus, quod non sunt oppositae circa idem, & ob eandem causam: nam mortem Christi lugemus ob acerbiteriam dolorum, quos pro nobis sustinuit. Christus enim, caro, & frater noster est, & nemo unquam carnem suam odio habuit: naturalis est, non impium, morti alicuius indolescere, cuius nomine, & causa mortem suscepit. Maiorem etiam flendi causam habemus, simulatque cogitauerimus, quod nos eadem peccata quotidie reperimus, quae illum ad Crucem adegerunt; ex alia vero parte laetamur de fructu Crucis. Et ideo non inepete scripsit quidam: Non damnandus est affectus illorum, qui Christo ut homini dira patienti communi naturae sensu condolerebant. Nec Christus reprehendit lacrymas muliercularum, sed admonet potius, atque illarum occasione commouit posteros, ut recolentes Domini mortem, se, suorumque peccata deplorent potius, quam illius mortem. Postremo contendit Erasmus, canus, ceremonias, & verba quae dicuntur in Hebdomada sancta, quibus Christi passio ab Ecclesia celebratur, luctuosa non esse. Respondemus: Quid ergo bene Deus non negabit, qui haec tam manifeste negat? Quorsum enim praecedunt quadraginta dierum ieiunia? quod tendunt cantus ipsi lugubres, atrae ministrorum vestes, squalidus altarium ornatus? Nam exiuntur vestibus atrae, imagines teguntur, campanae sonitum non emittunt, silet Alleluia, atque hymnus Angelicus, omittitur illo mortis tri-duo doxologia, id est: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*. Sed obijcit: Ecclesia non luget mortem, sed de victoria ex morte exultat. Canit enim: *Nos gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi, &*

*Vexilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium.*

Et rursus:

*Cruce fidelis inter omnes,
Arbor vna nobilis.*

Nulla sylua talem profert

Fronde, flore, germine, & reliq.

Sed certe, ut diximus, haec luctui non repugnant: nam Christianum est in

luctu gloriari. Canit quidem Ecclesia: *Vexilla Regis prodeunt, &* *Cruce fidelis inter omnes*; sed gemebunda canit, ac luctu lugubri, admiscens tamen cum luctu solatium, quia videt in passione triumphum. Alioqui negemus, Crucem fuisse Christi grauem poenam, ac dirum supplicium, quia fuit illi victoria: negemus etiam vllum Euangelicum luctum, quia Euangelium gaudium annuntiat: derideamus contemplatores Ecclesiae, qui in ea contemplantur Ecclesiam quasi viduam gementem, quae ablatum sibi Sponsum deploreat, usquequo tandem ipse adueniens absterget ei lacrymam, ac redeat in cubiculum suum. Denique comedamus, & bibamus, quia Iesus resurrexit gloria nostra, ac de eius morte gaudeamus, quia illa nobis summopere profuit. Quod vero doluerit, & pro nobis doluerit, nullum nobis dolorem, sed semper gaudium pariat. Quis carnalium Epicureorum, qui summum bonum in indolentia, & summum malum in dolore posuerunt, non haec malit? Sed profecto haec hominis sunt totius Christianitatis expertis, & non valentis offerre turturam, & columbam, gemebunda, & plorabunda animalia. In Concilio Toletano IIII. contra quosdam qui illis diebus soluebant ieiunia, recte statuitur: *Quidam, inquit, in die eiusdem passionis Dominicae ab hora nona ieiunium soluunt, conuiujs abutuntur: & dum sol ipse eadem die tenebris palliatus, lumen subduxerit, ipsaque elementa turbata motum totius mundi ostenderit, illi ieiunium tanti diei polluunt, epulisque inderuiunt. Et quia totum eundem diem vniuersalis Ecclesia propter passionem Domini in mœrore, & abstinentia peragit, quicunque in eo ieiunium, prater paruulos, senes, & languidos, ante peractas indulgentia preces soluerit, à Paschali gaudio depellatur: nec in eo Sacramentum corporis, & sanguinis Domini percipiat, qui die passionis eius per abstinentiam non honorauit.* Haec ibi habentur. Quid igitur statuisset illud Concilium, si comestationes, & ebrietates, quibus illo die vacat Lutheri & Caluini sectatores, nouisset? quae excommunicationis fulmina non intorisset? quibus celsuris eos non per-

Epicuri sum
mem boni;
& summum ma-
lum vbi col-
locarent.

Concil. To-
letan. IIII.
can. 7.

Matth. 27.

X. argum. &
vltimū Eras-
mi sanè risu,
fannisq; dig-
nissimum.

Gala. 6.

culif-

Catholici
de Christi
Domini cru-
ce, morteque
Christianis
dolendum
quatenus, &
cōtristandū.

culisset? si quae tamen existerent tanto delicto condigna supplicia. Nos igitur orationi nostrae modum adhibeamus, quoniam putamus ad persuasionem dixisse, haereticorumque fucata argumenta accommodatis responsis confutasse. Tantum mihi Catholici sunt ad monendi, ut Christiano, & spirituali luctu Christi mortem commemorent, ab omni carnali, atque imperfecto

fletu abstineant, à quali in Praefatione huius libri abstinendum esse docuimus; ut hac ratione digni simus, qui de fructibus passionis Domini merito letari, gloriarique possimus: nam si comparimur, ut Apostolus dixit, & conglorificabimur, videlicet cum Christo Domino nostro, qui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuo vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Rom. 8.



TRACTATUS XXXV.

De educatione Domini in montem Caluariae, de myrrhae, & aceti, atque fellis potatione, deque eius inter duos latrones crucifixione, in illa verba Matthaei: *Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariae locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere, &c.* Matth. 27. Marci 15. Lucae 23. Ioan. 19.

PERVENIMVS tandem, Deo adiutore, ad montem Caluariae, locum eminentem, quasi monticulum quendam non longe à ciuitate, ut dixit Ioannes, in quo praedones, homicidae, ac scelerati, quique poenas suorum scelerum luere solebant, ut mors Christi omnibus ignominiae rationibus plena esset. Et dicitur Caluariae locus, quod ossibus ac caluarijs interfectorum, ac decollatorum esset refertissimus: quem Vlpianus iurisconsultus appellat locum capitalem. Sed tanto magis emicuit Christi virtus, maledicta ac funestissima quaeque loca sanctificantis, ac benedicientis. Eratque situs extra ciuitatem in Alio monte inter Occidentalem, & Septentrionalem partem montis Sion: ut videatur in eo egressu Dominus tanquam alter Abel à Cain ductus in agrum, vbi percussus diem clausit

extremum. Ita ferebatur Isaac in agrum, ut holocaustum Domino immolaretur; & ut David à filio Absalon ciuitate pellitur, & regno, cunctis fidelibus, qui eum sequebantur, plangentibus; & ut Naboth à falsis testibus accusatus, extra vineam suam eiectus est, ut mortem sustineat. Et ut Paulus poterat, extra portam passus est Dominus noster, ut figura de vacca rufa pro peccatis populi extra portam immolata adimpleretur: ostendereturque, Christum esse hostiam illam, cuius sanguine sanctificandus esset Dei populus. Nam illa immolatio ita impura habebatur, ut ministri illius aliquandiu haberentur immundi; & ideo extra portam, & non in templo absoluebatur hostia. Puniendi vero ut plurimum extra ciuitatem eijciuntur etiam hodie, & in vias quae magnam patiuntur hominum frequentiam. Vnde Quintilianus de-

Infra 22. & sequent.

2. Reg. 15.

3. Reg. 15.

Hebr. 13.

Numer. 19. Quare Christus extra portam passus sit.

Quintil.

Caluariae locus cur ita diceretur: eius situs, vbi delineatus. Vlpianus.

Genes. 4.

clama-

non fuit fel peccati, vt nobis vitę æternę potum propinaret, illi dabant acetum cum felle mistum. Sed quid est, quod acetum solum accepit postea in cruce; acetum verò cum felle modò tantum gustauerit.

Acetum quo modo fiat.

Peccata quę bibat Dñs, & quę non bibat, sed gustet tãtũ modo.

Luca 23. Secũda ratio

Aug. lib. 6. Confess. ca. 6. in it. to. 1.

Simon de Cas. lib. 13 de passione Centaura herba cur sic dicat.

Tertã ratio.

non fuit fel peccati, vt nobis vitę æternę potum propinaret, illi dabant acetum cum felle mistum. Sed quid est, quod acetum solum accepit postea in cruce; acetum verò cum felle modò tantum gustauerit.

Acetum quo modo fiat.

Peccata quę bibat Dñs, & quę non bibat, sed gustet tãtũ modo.

Luca 23. Secũda ratio

Aug. lib. 6. Confess. ca. 6. in it. to. 1.

Simon de Cas. lib. 13 de passione Centaura herba cur sic dicat.

Tertã ratio.

do videretur Iudæorũ fauentium, ac lædentium malè acta approbare; nec etiam si ad pœnitentiam ipsi, cæteri; iniqui venire disponunt, irrogata opprobria, & peracta hominum scelera traiecit in odium. Tu ergo si quippiã molestum à proximo pateris, velut saporem quendam acerbum gustui duntaxat appositum sic agnosce; non autẽ vt in ventrem mentis per recordationem ad odium retinendum traicias.

Subiungit Matthæus: *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes; vt impletur quod dictum est per Prophetam, dicentem, &c.* Lucas verò, & Ioannes aiunt: *Vbi crucifixerunt eum.* Admiratur in primis Simon Casianus, quod tantum & tantę crucifixionis mysterium, omni serie ac modo in eo seruatopretermissio duntaxat dicitur factũ: vel quia præ teneritudine cordium, & commiseratione tam audax, & tam horrendum facinus describere noluerunt Euangelistę; vel quia vulgata notitia, qua sic damnati exitio tradisolent, manu scriptorum temperauit, ne infererent in Euangelio crucifigendi modum; vel quia Spiritus sanctus ita voluit, vt consideratio non expressa per additamentum pię meditationis ad meritum fidelium remaneret; vel denique quia quædam sunt mysteria tam profunda, vt Spiritus sanctus factum ipsum, non modum explicari voluerit. Quemadmodum in incarnatione factum est, dum nihil dicitur de eo apud Lucam, & Ioannes tantũ ait: *Verbum caro factũ est, & in natiuitate: Peperit, inquit, filium suum primogenitum; in resurrectione: Surgens Iesus mane prima Sabbati, &c.* Ita etiam de passione cogitandum; quam simplicibus verbis factam describunt Euangelistę; modum verò eius supprimunt. Nos igitur quædam circa rationem ac modum huius facti meditabimur, quę cum ratione & pietate coniuncta esse duxerimus; reliqua verò, quę talia nõ sunt, aut silentio prætermittemus, aut vno & altero verbo refellemus. In primis igitur carnifices Dominum exuerunt: nudus siquidem crucifixus est, postquam constat ministros vestes di-

Simõ Cas. Ibidem.

De modo crucifixionis Dominice cur Euangelistę nihil præserti pleriat.

Luca 1. Ioan. 1. Luca 2. Marc. 16.

De modo crucifixionis Dñi agitur.

Christi nudus in cruce.

uississe inter se, ac sortitos fuisse. Quare illę Crucifixi imagines, quę Christum vestibus indutum, & crucifixum representant, etsi laudandę sint ob honestatem, veritati tamen propius accedunt, quę ipsum nudum, vt fuit, depingunt. Exiit itaque Iesus, qui cœlum stellis, terrã floribus vestit: quod fieri nõ potuit sine spinea corona detracta, & iterum apposita; nec rursus vestis detrahi, quę vulneribus impacta hærebat. Et quia violenter & festinanter Iudæi agebant; ita est detracta, vt pellis ab ariete auelli solet: quę matri, ac fidelibus qui assistebant, ostensa est sanguinolenta, vt quidam meditantur, & dicere poterant illud, quod dixerunt filij ad parentem suum Iacob: *Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui sit, an non.* Nudus ergo, & sanguinolentus coram omnibus stetit noster Iesus, vultu, & oculis in terram defixis: & qualis primus homo in paradiso habitauit, talis in Paradisum secunduus homo ingressus est. Expoliari se permittit, vt innocentie vestem in Adam perditam nobis recuperaret: coram omnibus nudari non horruit, ne nos nudi coram Deo inueniremur: cõfusionem tantam sustinuit, vt conscientie nostrę reatũ tergeret: beatus enim vir, cui testis sunt peccata. Altissimi etiam pauperatẽ in se ipso ostendit Dominus, qui cũ diues esset, propter nos egenus factus est: docuitque nos, quanta nuditate ab hoc mũdo sit nobis egrediendum. Poteratque vel hæc sola spoliatio pro redemptione mundi sufficere, quia violenter à corpore tenerrimo, vulnerato, & dilacerato, vestis detracta est, & nudum frigor, & ventis exponebatur. B. Birgitta de hac nuditate Christi ita scribit: *Stante autem Filio meo, sicut natus erat, vnus accurrens apportauit sibi velamen, quo ipse exultans intimè velabat verenda sua.* Rursus alio loco sic habet: *Peruenio igitur ad locum crucifixionis, & ecce malleus, & quatuor clauis acuti in promptu sunt, & mox iussus vestes ponit, paruumque linteum verendis prætexit: quod & ipse inde quasi cõsolatus adiunxit ad ligandum.* Sic illa Sindon etiã munda, qua fuit sepeliendus Dominus, &

Iudæorum feritas in Iesũ.

Gen. 37.

Supra. 3.

Cur Christus nudari se permittit.

Psal. 31.

2. Cor. 8.

B. Birgitta lib. 1. c. 10. post mediũ.

Eadẽ lib. 4. cap. 70. sub initium.

innoluẽdus à Iosepho ab Arimathia, quę etiam hodie Nicę ostenditur, reliquit integrã Christi figurã, in qua rã pars anterior Domini, quã posterior ostendit huius veli signa apertissima. Anselmus tamẽ in lib. de passione Domini testatur, sanctissimam Deiparam velamen capitis sui in hoc obsequium exhibuisse. Ratio autem huic fauet sententię: tũ ne se ipsos impudẽtię, & procacitatis dãnarent milites; tũ quia honesti & graues viri, qui veniebant, & reuertebantur illudentes, non ausi fuissent stare in conspectu Domini; tũ etiam quia mulieres honestissimę, & verecundę tali spectaculo nõ astitissent. Qui ergo per viam suda-riũ accepit à religiosa fœmina, ad tergendam faciem, accepit & velum ad se tegẽdum. Et sicut nudus Dauid, indutus tamen ephod lineo, & saltans coram Arca, derisus est ab vxore Michol, ita & Christus nudus à Synagoga, cum saltaret, & reduceret ad nos arcam fœderis Domini, & nos Patri reconciliaret. Locus autem, in quo crucẽ ipsam erexerat, teste Gregorio Nazianzeno in Christi patientis Tragœdia, editus, & saxosus fuit. Ait enim: *ca ferẽ initium: Postquam vrbe Solymorum relicta, in editum Venere stratum plurimis saxis locum, Regem trahentes impia turba meum.* Et infra: *Sic cum omnium rerum potentem, altam in cruce Illi impulissent, faxea mole editum Locum occupantes, & reliqua.*

Deinde circa modũ crucifigendi tres inueni sententias. Prior est B. Gregorij Nazianzeni in Tragœdia Christi patientis, & Bonaueturę, qui in suis meditationibus scribit, quod cum peruen-tum esset ad locum crucis, crucẽ terrę stantem fixerunt; deinde applicarunt duas scalas duobus crucis brachijs, & altera à tergo longiori, & altera breuiori vsque ad pedum locum. Ascendit ergo tremens Dominus, & tandẽ se ad populum conuertit, & vna manu confixa per carnificem, corpus totum contractum est, magnaque cũ violentia brachiũ tractũ, vt altera manus

Sindon Christi corpus cõtegens in sepulchro, quomiraculo insignita; eadẽm vbi asseruetur.

B. Anselm.

Dauidis ante Arcam Domini saltatio; cuiusque derisio ab vxore Saulis filia, Michol, quid præsignificauerit.

2. Reg. 6. Gregor. Nazian.

Quomodo fuerit Dominus crucifixus. Prima opinio.

Gregor. Nazian.

B. Bonauẽturę in fasciculo lario, c. 3.

Secunda opinio. B. Birgitta lib. 7. c. 15. initio.

Tertia opinio. B. Hieron. B. Anton. I. par. Histor. tit. 5. ca. 6. ante med.

Vtra manus Domini pri fuerit confixa, dextra, an sinistra. Gen. 2.

B. Birgitta lib. 2. c. 21.

figeretur, & ablata scala pependit corpus. Deinde pedibus chorda violenter tractis, ita ut vniuersa ossa dinumerari possent, cruci configuntur. Secunda sententia est B. Birgittæ, quæ libro reuelationum suarum refert, quod crux à Iudæis figebatur, & firmabatur fortiter in foramine petrae motis, cuneis malleo circumquaque impressis, quod crux solidius staret, ne quouis modo in aliquam partem inclinaret: statim adaptabantur tabulae lignæ in circuitu stipitis crucis per modum graduum usque ad locum, ubi debebant crucifigere pedes, ut possent per illos tabularum gradus tam ipsi, quam crucifigentes ascendere, & super tabulas illas commodè stare ad explendum crucifixionis ministerium. Tertia sententia est, quæ tribuitur à quibusdam B. Hieronymo, quam multi postea secuti sunt, inter quos est B. Antoninus in prima parte Historiali, & Anselmus lib. de passione circa finem, quod crucem Christi in terra iacentem terra perforauerunt in his locis, ad quæ credebant & manus & pedes attingere posse: nam aliter clauis crassiores ac hebetiores lignum minimè penetrare possent. Et idcirco in die Veneris sancti ad huius rei memoriam, crucem in terra prostratam adoramus: agnumque nudum & sanguinolentum super lignum durum prostrauerunt: quod cum esset indolatum, ut quidam tradunt, non potuit esse eius contactus sine magno dolore. Tunc igitur arrepta manu sinistra, illam priori loco affigere tentarunt, quæ ex parte cordis erat, ut citius, & magis doleret. Eua enim ex illa parte corporis formata fuit, quæ prima peccauerat. Manus igitur vola ex parte qua crassior est, ita confixerunt, ut clauus qui pollicis crassitudinem æquabat, & tantæ erat longitudo, ut longè ultra crucis stipitem protenderetur, teste B. Birgitta, partem carnis intra foramen raperet, ut non tam affixam, quam ferruminatam crederes. Pari immanitate ad dextram procedunt, quæ cum longius distaret à foramine propter nervos, ut fieri solet, ad mutua subsidia contractiores redditos; idcirco alijs scruitiæ

instrumentis contendunt, ut funibus hinc inde ligatis alij sinistram manum vinculis retinerent, ne discerperetur; alij verò dexteram trahebant, donec loco perforato, ac parato accommodari posset. In hac autem mutua traditione, harmonia ossium pectoris dissoluta est: & in his omnibus manufectus agnus nec clamabat, nec conquerebatur. Tunc totum corpus mirabiliter contractum fuit, usque adeo, ut pedes non possent attingere ad locum designatum clauorum. Quare immanes ministri funem per humeros circumducunt, validè corpus alligando, ut pedes ad crura quoad possent, extenderent, absque eo quod manus confixæ discerperentur. Pedes autem cancellati duobus clavis ad stipitem, ut ait B. Birgitta, fixi sunt, quod plus illum excruciaent. Cum tamen crucifigendis omnibus moris esset, paruum lignum supponere, in quo pedes recti nitentur, & configebantur; at Christo, & sustentaculum pedum substractum est, & pedes non nisi cancellati ad stipitem confixi. Sic igitur extenditur eius viscera, pedes clavis penetrantur, non sine poplitem, compagumque solutione, nervi cum venis, & arterijs rupturam passi sunt, plagæque flagellis inflictae detectæ, ac renouatæ, ita ut possent omnia dinumerari ossa. Atque in corpore ita extenso nulla ruga permansit, sed prophetica Davidis cithara, & cordæ eius extensæ sunt, quo suauem, & altum sonum redderet Deo, & hominibus. Extensusque est Christus, ut pellis agni hinc inde, & caro eius tantum pannus textentium in ligno distenta, & impletum illud: *Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia ossa mea*, id est, numerabilia facta sunt. Postea abscissis funibus factum est, ut penderet totus ex clavis: magnoque impetu, & clamoribus crucem eleuantes, dimiserunt eam in locum paratum, ut sustentaretur; deinde adhibuerunt foramini crucis ligna, & lapides, ut fixa permaneret, nec in aliquam partem propenderet. Qua in re rursus omnia vulnera, & plagas Domini renouarunt, fuitque hic summus, & maximus Christi dolor in cruce quis.

Christi manus, suerudo, patientia. I. Pet. 2.

Crucifigentium ministrorum immanitas.

B. Birgitta lib. 4. c. 10.

Qualis cithara Christi iuxta Prophetam.

Psal. 56. Qui verum illud, Dinumerauerunt omnia ossa mea.

Psal. 21.

Summus, & maximus Christi dolor in cruce quis.

Christi fuit excruciatum, atque afflictum, ut ratio ipsa præscribit, quod iam non ad externam tantum carnem, sed ad nervos, intimam medullam, ossiumque compaginem, in quibus dolor est vehementissimus, ac intensissimus, peruentum sit. Hinc Ecclesia hunc dolorem considerans; canit:

*Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera;
Et rigor lætescat ille,
Quem dedit natiuitas;
Ut superni membra Regis
Miti tendas stipite.*

Quod si arbor illa ramos suos non vult flectere; saltem vos fideles flectite duritiam cordium vestrorum, & intra illa recipite Iesum totum pro vobis cruentum; ut vel sic aliquam rationem solati, ac refrigerationis illi præsteris. Extendit igitur brachia Dominus, ut ostendat, quanta cum charitate hæc omnia pro nobis patiat: pedes fodicari permisit, quod iudicaret se non destitutum, donec plenè diuinæ iustitiæ pro nobis satisfaceret, neque discessurum à nobis, nisi priores nos ab illo discesserimus: totum denique corpus obrulit, quod nos Patri reconciliaret; nosque omnia membra nostra in obsequium Christi offerre doceret. Denique probabile est, ministros omnem crudelitatem in eo cruci suffigendo adhibuisse: tum quod ipse esset vir dolorum, & sciens infirmitatem, voluitque dolorum omnium excessum degustare: tum quia caput nostrum erat, & causam communem omnium peccatorum agebat; & ne forte tentari valeamus, quod non sit plenè pro nobis satisfactum; neve eius exemplo vllos, quantumuis diros, ac grauissimos horreremus dolores. Grauissimèque peccarunt in hoc ministri, licet Ethnici, & Gentiles: tum quod sæpè audissent Christi doctrinam, viderentque eius miracula; tum quod sæpè ex ore Pilae accepissent eius innocentiam, etià uxoris eius nuntio testificatam; tum quod in gratiam Iudæorum pecuniam, aut pretium proponentium, ut grauius Iesum affligerent; demum excedebant animo, & modo, quia fortassis odio conceptum in eum scruiebant.

Brachia, pedesque, ac totum corpus in cruce crucifixus excruciat.

Quam verè Christus ab Esaua nominetur vir dolorum, & sciens infirmitatem. Esai. 53.

Quam graui ter Iudæorum ministri deliquerint. Dominum crucifigendo.

Circa lignum verò Crucis, quale illud exiterit, non est ignorandum, multa à varijs autoribus tradita esse: quibusdam referentibus illam ex quatuor lignis nobilissimis confectam fuisse, nempe cedro, cypresso, palma, & oliua; alijs verò scribentibus ex duplici ligno constituisse, recto illo, & transuerso. Sed cum hæc solidioribus argumentis, vel Scripturis, vel ex traditione Patrum, non probentur, neque verisimile sit, Iudæos tam pretiosam materiam lignorum Christi neci designasse, cum in reliquis animi sui acerbitate, & odium indicarent: propterea illa quorundam sedit sententia, crucem unicum tantum fuisse lignum, rude, impositum, ac indolatum: in cuius summitate duo erigebantur brachia, in quibus crucifixæ sunt manus, & caput mansit pendulum, nullique rei innixum; & inter duo illa brachia funiculis appensa pendebat tabella titulum continens: ut tradit B. Birgitta. Atque hoc videtur confirmare Cyprianus Episcopus in carmine illo de ligno Crucis, ubi sic ait.

*Est locus ex omni medio quem cernimus orbe,
Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt.
Hic ergo sterili succisum ex arbore lignum
Plantatum memini fructus genuisse salubres.
Arboris hac species vno de stipite surgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos.
Idè videtur sentire Gregorius Nazianzenus, qui in Christo patiente ait:
Statim caterua molis ingentis crucem
Cælo mirantem egere sursum perditè,
Egere sursum, & sustulere vltimum.
At ille clarum rectum os in athera
Est actus, vno item altero ramo arboris
Dextram, & sinistram extensus, & fixus manus
Clavis acutis, parteque infima pedes.
Hæc illi Pattes eximij.
Tertio notandum est, circa clauorum numerum aliquam esse controuersiam. B. Birgitta: Ecce, ait, malleus, & quatuor clauis acuti in promptu sunt: & sæpius asserit, quod cancellatis cruribus,*

Deligni crucis figura triplex sententia.

Secunda opinio, non minus probabilis.

Tertia opinio probabilior, & certior.

B. Birgitta eodem loco.

S. Cyprian.

Gregor. Nazian.

Quot clavis Christi corpus fuerit in cruce suffixum. B. Birgitta libr. 1. cap. 10. c. 4. ca. 70. initio fere, item libr. 7. c. 15. sub initio. Rursus in Extravag. reuelat. 51. Vnde quatuor fuisset: cõ

Grego. Turonen. lib. 6. historia.

Innoc. III. Clavi quatuor quid denotent. Cyprianus. B. Bonauen.

Durandus.

Antiquæ picturæ, & imagines Crucifixi.

Ratione idè probatur. B. Irena. li. 2. cap. 42. initio.

Crucis habitus qualis secundum Irenæum.

Lindanus lib. 4. Panoplia, ca. 97.

B. Ambros. tom. 2.

Ruffin. libr. 10.

Histor. Tripart. lib. 2. c. 13. circa medium.

Gregor. Nazian.

vno super altero, pedes duobus clavis sint confixi. Idem docet Gregorius Turonenfis in historia sua de gloria sanctorum: Vñ, inquit, ex quatuor clavis deponi iubet Constantinus in pelago; & Innocentius III. serm. de vno martyre: Quatuor, inquit, clavi, sunt quatuor principales virtutes. Cyprianus quoque serm. de passione Domini, clavis sacros pedes Domini terebratos fuisse tradit. Scribit Bonauentura, diuum Franciscum in manibus & pedibus habuisse signa clauorum capitibus rotundis, & nigris in interiore parte manuum, & superiore pedum apparentibus, & acuminibus existensibus ex aduerso. Ex quo colligitur, quatuor fuisse clauos. Denique idem Gulielmus Durand. tenet in Rationali diuinorum officiorum. Idem præterea antiquæ picturæ huic veritati fauere videtur, quæ ligno recto transfuersum paruum lignum supponunt, quo pedes cruci suffixorum sustentabantur, & singulis clavis configebantur: vt ostendit statua Crucifixi per Nicodemum condita, quæ habetur Lucæ ciuitate Italiæ, & imago Crucifixi argentea antiquissima, quæ habetur Romæ apud S. Petrum, & Crucifixus ille apud S. Ioannem Lateranensem, & alter Louanij in Ecclesia S. Michaelis, & alter in Ecclesia Burgensi in Hispania, & permulti alij in varijs prouincijs. Ad hæc ratio ipsa accedit: quia difficile est coniungere, qua ratione duo pedes stantis vno clauo commodè configi possent. Quare Irenæus lib. aduersus Valentinum meminisse videtur illius sustentaculi, quod in vetustis imaginibus Christi pedibus supponitur: sic enim habet: Ipse habitus crucis fines, & summitates habet quinque, duos in longitudine, & duos in latitudine, & vnum in medio, vbi requiescit, qui clavis affigitur. Lege Lindanum in sua Panoplia. Non negauerim tamen, quin B. Ambrosius in oratione de obitu Theodosij non meminerit nisi tantum trium, vt Ruffinus, & Historia Tripartita. Gregorius verò Nazianzenus in Christo patiente meminit Iosephi deponere Christum ex ligno ἰσοῦλα, id est, tribus clavis insigni:

Vos (inquit) me sequimini, deferamus grauius Onus beatum mille. post preces mihi Vix impetratū principis dono, tribus Quod habet clavis edita fixum in cruce, nudumq.

Et de clauo quidem proiecto in mare Adriaticum ad sedandam tempestatem, loquitur Gregorius Turonenfis. Nicephorus refert inuentionem Crucis per Helenam matrem, quæ partem Crucis misit ad Imperatorem, & ex sacris clavis quosdam, quos tūm ad monumentum repperat, quorum alterū posuit pro amuleto in galea, alterum frænis equi inseruit, vt etiam Cyrillus in Zachariam Prophetam tradidit. Et hoc de numero clauorum. Illud verò perpende, quod B. Birgitta scribit: Erat autem crux, inquit, fixa, & brachia eius eleuata, ita vt nodus crucis inter scapulas esset, nec vllum capiti reclinatorium crux præbebat, & tabula tituli vtrique brachio super caput eminenti affixa erat. Hæc illa. Ex quo habes, lignum fuisse indolatum, & nodum illum summum: cruciatum Christo attulisse.

Quartò perpende, circa latrones eū eo crucifixos dubitatum fuisse à quibusdam, an clavis fuerint confixi, an verò tantum funibus alligati. Sed re vera de hac re amplius dubitare non licet. Nā Textus Euangelistarū quatuor asserit duos latrones esse crucifixos cum Christo, & vtitur eodem verbo, eum de illis est sermo. Constat autem, Dominum clavis perforatū fuisse, quemadmodum Thomas dixit: Nisi videro in manibus eius fissuram clauorum; & Propheta: Foderūt manus meas, & pedes meos. Item Iudæi de latronibus alligatis dumtaxat non putarent, quòd tam citò morerentur: quia confRACTI in Germania, & rotis expositi, per plures horas, & dies aliquando viuunt. Adhæc crura latronum fregerunt, vt non remaneret in cruce corpora Sabbato: & nisi Christus iā vita functus fuisset, idem tormentum tulisset. Præterea constat, Helenam inuenisse Crucem Christi, nec nisi miraculo, & Crucis titulo potuisse distinguere Crucè Dominicam à crucibus

Nicepho. li. 8. c. 29. prope finem.

Cyri. in ca. vltim. Zachar.

Traditio B. Birgittæ de cruce Dominica.

B. Birgit. li. 4. ca. 70. sub initium.

An duo latrones simul eū Christo in cruce acti, clavis fuerint suffixi, necne. Primū argumentum pro priori parte.

Ioan. 20.

Psal 21. Secundum argumentum.

Tertium. Ioan. 19.

Quartum.

Quintum. Aug. tract. 37. in Ioan. sub finē, tom. 9. B. Greg. lib. 28. Moral. c. 25. to. 1. Ambr. to. 2. Pauli. epist. 11.

Horatius in Arte, initio.

Duo latrones eū Christo crucifixi cutus nominis fuerint, Christus cur in medio latronum sit positus.

Esa. 53.

Secunda ratio.

latronū, quòd omnes essent sanguine litæ, & clavis perforatæ: ergo eodem genere mortis extincti sunt latrones, atque Christus. Denique Augustinus in Ioannem: Clavis, ait scilicet, confixi latrones diu cruciabantur, infirmitati non dominabantur. Idem docet Gregorius in lib. Moral. & Ambros. in oratione de obitu Theodosij Imp. sub finem, & Paulin. in epist. ad Seuerum Sulpitiū. Quòd si obijcias pictores, qui latrones funibus cruci alligatos, & non clavis suffixos depingunt: respondēdū, magis esse tādū veracioribus & antiquioribus pictoribus; vel dicemus illud Poëtæ:

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Nam Virginem cum aurata veste, & Magdalenam cum lasciuo habitu, & alabastro vnguenti depingunt, quasi semper gestaret pixidem in manu. Nō ergo licet ampliùs in dubium reuocare, an latrones clavis fuerint confixi.

Quintò obserua, latrones illos, iuxta Nicodemum, vocatos fuisse Dimā & Gestam, infames prorsus illius ætatis latrones. Posuerunt autem Iesum medium inter eos, quòd magis eius causam grauarent, & maiori infamia aspergerent, quasi maximus esset omnium malefactorum, atque eorū Rex. Sed Christus hoc fieri permisit, vt sanctificaret eos, alterum quidem ad fidē conuertendo: alterū verò per alteram sanctificare tentando, quòd se ostenderet pro peccatoribus pati, ac mori, & vt Marcus ait, vt impleret Scripturam Esaie: Et cum iniquis reputatus est, imò cum iniquissimis: non solum enim vitam, sed etiam honorem & famā, quæ ex virtute oritur, & virtuti debetur, ac proinde vitæ nostræ non sine ratione præfertur, pro nobis posuit. Voluit etiam hoc solamen reis, qui ad mortem damnantur, præbere, videntibus quòd secum etiam innocens Iesus moritur, qui saluat credentes. Vo-

luit item sciri, supplicij quoque locū officinam salutis esse posse. Adhæc vt nos rei nostri supplicij obliuiscamur, & ad comites, qui nobiscum affliguntur, conuertamur, eis que quibus possumus modis, opem, & consolationē adferamus. Voluit summus Pontifex in altari Crucis ad sacrificiu Deo Patri offerendum non accedere, nisi Diacono ac Subdiacono ministrantibus, suoque lateri assistentibus. Adhæc impleuit aliam figuram Dominus Iesus. Nam Ioseph Patriarcha totus innocēs in carcerem inclusus est cum duobus Pharaonis ministris, qui in Dominum suum peccauerant: quorum vnus seruatus est à morte, alter verò illam non euasit. Eodem modo vnus ex latronibus seruatus est, alter periit. Significat etiam, quòd Christus pro latronibus crucifigitur: nam latro est, qui ea, quæ ad Deum pertinent, vsurpat. Omnes ergo latrones sumus, & in medio nostri crucifigitur Iesus, & nemo nostrū sine cruce est: verum sicut latronum vnus damnatur, ita nō omnes, qui crucem gerunt, saluantur. Duo etiam latrones, duo populi sunt, vetus, ac nouus: quorum vnus blasphemijs Christum appetens, mortuus est, hic verò tandem Deum agnouit, ac seruatus est. Non solum ergo contenti fuerunt Iudæi Christum in loco turpissimo, ac turpissimo mortis genere occidere, sed etiam ad maiorem ignominiam addunt duos latrones, vt videretur crimen esse cōmune, quibus erat pœnæ commune consortium, fama que spargeretur, tres vno die latrones Ierosolymis fuisse cruci suffixos; quòd ita nos æternis supplicijs cum diabolo & Angelis eius deputatos, inter iustos ac pios, imò inter ipsos Angelos deputari posse speremus, gratia, & meritis Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto æternæ reddantur gratiæ, laudes, & imperiū in sempiternis seculis, Amen.

Tertia. Quarta. Quinta. Gen. 40. Ibidem. Sexta. Latro qui merito censendus, ac dicendus. Latrones duo quid denotet





TRACTATVS XXXVI.

In quo peculiariter agitur de maximo, & sacrosancto Crucis Domini nostri mysterio ad vitam terminandam electo.

Cur Dominus Iesus hoc genus mortis, nepe crucis delegerit. Matth. 2. Luc. 4. Ioan. 8. & 10. Philip. 2. Crucis quale supplicium erat, & cur ferui cruciferi appellabantur. Deut. 21.

Cic. act. 7. in Verrem.

Idem Philip. 7.

Lactan. lib. 4. c. 18. ante medium. Supplicij crucis exaggeratio ex Lactantio.

ROCCO Loco tractandum occurrit, cur Dominus Iesus sapientia Patris, hoc genus mortis per crucem ceterorum omnium terribilium, & atrocissimum elegerit. Noluit enim iugulari cum innocetibus, noluit precipitari a Nazarenis, noluit lapidari a Phariseis; sed bene in crucem exaltari. Dicendum ergo est, hoc genus mortis in primis fuisse vilissimum, ac contemptissimum: vnde Paulus exaggerando dixit: Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Erat enim seruorum supplicium, vnde & serui dicebantur cruciferi, mittebanturque in malam crucem. Et in libro Sapientiae dicitur: Morte turpissima condemnemus eum; quod tantum deceret seruos. Et in Deuteronomio maledictus a Deo omnis qui pendet in ligno vocatur. Vnde Romae Paulus ut ingenuus, & nobilis, ac ciuis Romanus gladio, Petrus vero ut vilis & contemptus piscator, cruce peremptus est. Vnde Cicero in Verrem, in cruce tollere ciuem Romanum, inexpressibile crimen, & vilo satis digno nomine vocari posse negauit. Et idem in oratione contra M. Antonium: Ut quam damnatis, inquit, crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruaueris. Adde Lactantij verba, qui lib. de vera sapientia, exaggerans crucis supplicium, ait: Non enim Gaiianam crucem describimus, quam M. Tull. vniuersis eloquentia sua neruis, ac viribus, velut effusis totius ingenij fontibus profecutus est, facinus indignum esse proclamans, ciuem Romanum contra omnes leges in crucem esse

sublatum, qui quamuis innocens fuerit, & illo supplicio indignus, mortalis tamen, & ab homine scelesto, qui iustitiam ignoraret, affectus est. Quid de huius crucis indignitate dicemus, in qua Deus a cultoribus Dei suspensus est, atque suffixus? Quis tam facundus, & tanta rerum, verborumque copia instructus existeret? Qua oratio tanta affluetia vbertate decurrens, ut illam crucem merito deplorat, quam mundus ipse, & tota elementa luxerunt? Hactenus ille. Erat etiam supplicium latronum, vt publicorum praedonum. Vnde apud Horatium in epistolis: Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat Seruus, Habes pretium, loris non vreris, aio. Non hominem occidi: non pasces in cruce cornos. Ex quibus habes, crucem poenam esse seruorum latrocinantium, & occidentium. Cum ergo Dominus formam serui induerit, vt nos in libertatem asfereret, & ipse praeterea inter duos latrones positus, quem non rapuit, id est, debita Adae latronis, exoluerit, idcirco magna ratione seruorum, & latronum mortem amplexus est. Accedit ignominiae eius causa doloris, quod nimirum vehementer affligeret, ac iuxta nomen suum cruciaret, ob neruorum concursum in manibus & pedibus, & quod sensus tactus in illis maxime viget; ideo illis laesus vehementissimus dolor percipitur. Adde corporis totius violentam extensionem, verecundam, ac deformem nuditatem,

Horat. libr. 1. epist. 15. circa med.

Psal. 68.

Secunda ratio. Gen. 3.

sanguinis euacuationem, & ardentem sitim, quam generat. Hinc Iudei instantanter ipsum crucifigi voluerunt, nec proinde alio mortis genere erant contenti, atque isto, quod esset omnium ignominiosissimum, Gentibus, & Iudaeis summe execrandum. Secundo, conueniebat haec forma moriendi, vt satisfaceret peccato primi parentis, qui contempto Dei mandato, sumpsit fructum ex arbore, & per eius contumaciam plantata est mors in ligno: at Christus exoluens quem non rapuit, fructum salutis in ligno posuit. Quod Ecclesia considerans, recte in Hymno cecinit:

De parentis protoplasti Fraude facta condolens, Quando pomi noxialis Morte morsu corruit, Ipse lignum tunc notauit, Damna ligni vt solueret.

Et subdit:

Hoc opus nostra salutis Ordo depoposcerat, Multiformis proditoris Ars artem falleret: Et medellam ferret inde, Hostis vnde laferat.

Cant. 8. Christus pro nobis crucis mortem oppetens, quid fecisse videatur.

Præclara Athanasij sententia de crucis efficacia.

Et Sponsus in Canticis hoc innuens, ad Sponsam ait: Sub arbore malo suscitauit te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Non aliter faciens quam filius, qui honorem offensus patris sui zelans, lignum quo pater est verberatus, seruat, vt illo ipso vindictam faciat parentis. Hinc Athanasius serm. in sanctam Parasceuem: Misertus ipse Deus, inquit, remedium ad tollendum errorem intulit, crucem videlicet proferens diuinae notitiae instrumentum, omni natura potentius. Siquidem efficax non fuit caelum ad impietatem corrigendam. Erubescere quidem Sol, sed homines detinere non poterat, quominus illum adorarent. Terra corporibus medicamenta suppeditans, egrotanti animae remedium ferre nequibat; Mare quoque verecundebatur, cum diuinos honores hominibus simili errore detentis, immerito sibi offerri videret. Ita miseri homines cacutientes fouebant creaturam, & quotquot in promptu erant, adorantes, inter ea Deum ipsum inuenire non poterant, vel

vniuersa pradicans natura ad eius vnius doctrinam, ac notitiam homines adducere non valuit. Sed quod non potuit caelum, potuit Crux: quem Sol non docuit, Crucis fulgor ingens reuelauit: lignumque illud, quod vile habebatur, cum esset iam plantatum, ex impietate ad pietatem transferens, quae excoluit orbem terrarum, lignum, quod erat damnationis instrumentum, damnatis hominibus libertatis fructum produxit. Haec ille, celebrans lignum Crucis. Tertio per hoc genus supplicij Christus inter caelum, & terram positus, & exaltatus est, ac inter duos latrones constitutus; quod verum se ostenderet Dei & hominum mediatorem, qui reconciliatione sua, atque intercessione mundum Deo placaret, & omnia traheret ad se ipsum. Hinc Leo sermone de passione Domini: Merito igitur, inquit, priusquam traheretur, dixerat Dominus: Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham, id est, totam causam humani generis agam, & olim perditam in integrum reuocabo naturam. In me omnis infirmitas abolebitur, in me omnis plaga sanabitur. Exaltatum autem Iesum ad se traxisse omnia, non solum nostra substantia passione, sed etiam totius mundi commutatione monstratum est. Pendente enim in patibulo Creatore, vniuersa creatura congemuit, & Crucis clauos omnia simul elementa senserunt. Nihil ab illo supplicio liberum fuit. Hoc in communionem sui & terram traxit, & caelum, hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reseruit, & densarum horrore tenebrarum, radios Solis abscondit. Debebat hoc testimonium suo mundo autori, vt in occasione conditoris sui vellent vniuersa finiri. Sed patientia Dei seruat rebus, atque temporibus ordinem suum, nosque in illum potius vocat affectum, vt eorum salutem petamus, quorum crimen horremus. Hactenus Leo. Quarto videtur, hoc necis genus multipliciter fuisse prophetatum, vt Ecclesia canit:

Impleta sunt quae concinit David fidelis carmine, Dicens in nationibus, Regnabit a ligno Deus.

Ex quo enim lignum notauerat, fe-

Ligni crucis virtus quantata.

Tertia ratio.

Ioan. 12. Leo serm. 6. paulo post medium. Quid illud? Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.

Quarta ratio De Christi cruce variae figurae, & Prophetarum vaticinia recensentur. Psal. 95.

lacrymarum dissoluantur, exaltantis; more etiam magnetis per occultum spiritum ferrea corda ad se trahentis; instar etiam vacui ad se homines trahentis: nam ob eam causam tantopere se euacuauit, vt sitiatur: nec extinguitur illius fitis, nisi dederis illi cor tuum. Trahit præterea funiculo triplici, nimirum corporis, animæ, ac diuinitatis: qui etsi ruptus sit cum magno dolore, quod attinet ad animam, & corpus, mansit tamen fortissima Deitas cum vtroque coniunctissima; vt anima separata traxerit vincos de lacu in sanguine suo, & corpus exanguie, quod remansit in cruce, presentes qui reuertebatur percutientes pectora sua, ad se attraxerit. Trahit etiam per naturam similis: nam erat Christus in similitudine carnis peccati, vt ita in illum inclinemus omnia peccatorum nostrorum pondera, & nos suis virtutibus conuenienter induat. Ipse etiam moriendi modus in cruce figuram ballistæ gerit, qua ancipiti affectu & in cœlum, & in terram emitti iaculū potest. Vt illinc quidem transfigat Pater durum cor nostrum, atque emolliat; nos vero è terra in cœlum iaculamur, ne Pater nobis remissionem denegat delictorum, aut gratiam, aut cœlestem gloriā. Vide ergo arcum fœderis, anima mea, & benedic Deo; qui fecit illum: nam & ipsa penetratio clauorum, signum est confixionis cordium dilectorum ad memoriam tanti beneficii, quemadmodum conseruatio omnium membrorum, & ossium suorum, pulchrum fuit symbolum, quod seruaui omnes suos electos, qui nō peribunt, etiam si ad tempus affligantur. Hinc, teste Chrysostomo, non caput ei imputatur, vt Ioanni, neque sectus est, vt Esaias; vt corpus integrum & indiuisibile mortis feruet, & non fiat occasio volentibus Ecclesiā diuidere. Sexto, hoc signum mortis competeat vniuersali salutis, quam Christus operabatur. Nā secundum Gregorium Nyssenum, figura crucis à medio contactu in quatuor extrema partita, virtutem eius significat, qui in crucem pependit, in quatuor mundi partes diffusa; quod communis, ac generalis redemptio

Zachar. 9.

Luc. 23.

Rom. 8.

Apta comparatio morientis in cruce Domini cum ballistâ.

Chrysost.

Matth. 14. Sexta ratio. Greg. Nyss. de vita Moses, circa medium. Cornua crucis quatuor quid denotent, secundum Gregoriū.

repræsentetur. Hinc Apostolus dixit: *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.* Vt exponit Augustinus lib. de gratia Noui, & Veteris Testamenti. Conueniebat enim, eo mortis genere Christum decedere, quod sanguis eius in peccatorum ablutione, & viuificum animæ potum valeret: nō vt caput ei amputaretur, vt Ioanni, aut medius secaretur, vt Esaias, sed corpus eius integrum & indiuisum erat seruandum, ob resurrectionis eius fidem astruendam, & ne quisquam occasionem sumeret scindendi Ecclesiam, quæ vnū Christi est corpus. Quambrem non tantum extra ciuitatem voluit pati, sed etiam in aëre, vt à nidore sacrificiorum idololatrarum purgaretur, & à fœtore peccatorum sanctificaretur, & ab inmundis spiritibus in aëre habitantibus, & vt ascensum verū nobis pararet in cœlum: maximè tamen vt se ostenderet mediatorem cœli, & terræ, ex eo quod aër elementum est commune. Est enim Christus Dei & hominum reconciliator, hominum & Angelorum, Iudæorum & Gentilium, iustorum & peccatorum mediator. Honorauerat siquidem Dominus terram, in ea ipse conuersando; aquam, mare calcando, & in Baptismo in ea instituto sanctificando; ignem honorificaturus erat, in eius specie mittendo Spiritum sanctum: ita aërem quoque in eo moriendo illustrare voluit, in quo etiam, tanquam in proprio loco debellaret aëreas potestates. Est enim illa eleuatio signum gloriose victoriæ suæ, in quo & Luciferum confixit, & chirographum decreti deleuit, deque hostibus gloriosum reportauit triumphum. Adhæc in eminenti loco exaltatus est, vt facile ab his, qui eum perdiderant, inueniri posset. Solent enim in alto loco à viris bonæ fidei ea, quæ casu amissa sunt, & obiter inuenerunt, suspendi, vt facile domino restituantur. Hinc Dominus Iesus, quem cuncti suis sceleribus amittunt delinquentes, in alto collocari voluit, iuxta illud Deuteronomij: *Et erit vita tua quasi*

Ephes. 6.
Aug. epist. 20. de gratia Noui & Veteris Testamenti, capite. 26. sub finem, to. 2. Matth. 14.
Colos. 1.
Cur Christus non extra ciuitatem modo, sed in aëre mori voluit.
Hebr. 13.
Ephes. 6.
Colos. 2.
1. Tim. 2.
Baruc. 3.
Matth. 24.
Actor. 2.
Colos. 2.
Ibidem.
Cur Dominus edito in loco mori voluerit.
Deuter. 28.

pendens

pendens ante te, timebis nocte, & die & non credes vita tua. Ita enim hunc locum interpretantur nonnulli Patres, & præsertim Leo Papa serm. de passione. In ipsis quatuor crucis cornibus deregitur generalis fructus Domine passionis. Nam cornu superiore cœlum respiciente; significatur, quod per passionem reparata est ruina Angelica, apertumque; nobis cœlum: cornu inferiori, quod per eam redempti sunt Patres ex limbo: cornu dextero, quod per eam collecti sunt filij Dei, qui erant in mundo dispersi, siue Iudæi legis diuinæ cognitione præditi: cornu sinistro, quod per eam etiam inimici reconciliati sunt, siue Gentiles, veræ diuinitatis ignari. Hinc Augustinus epistola ad Honoratum, de gratia Noui Testamenti: *Non frustra igitur, inquit, tale genus mortis elegit, nisi in eo quoque latitudinis huius, & longitudinis, & altitudinis, & profunditatis magister existeret.* Nam latitudo est in eo ligno, quod transuersum desuper figitur: *Hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus.* Longitudo in eo, quod ab ipso ligno vsquo ad terram conspicuū est. *Ibi enim quodammodo statuer, id est, persistitur, & perseveratur; quod longanimitati tribuitur.* Altitudo est in ea ligni parte, qua ab illo, quod transuersum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est, ad caput Crucifixi: quia bene sperantium superna expectatio est. *Iam vero illud ex ligno quod non apparet, quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditate significat gratuita gratia.* Idem in Ioannem scribit: *Lignum illud, vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuit magistri docentis.* Huc vsque Augustinus. Septimò in illa crucis figura, quæ fit è ligno recto, & transuerso, omnes redimendi, & gloriandi elegerant denotantur in duplici natura, Angelica, & humana. Angelica natura significata est in ligno recto, in cuius fractura appositum est lignum transuersum, hoc est, natura humana à filio summi fabri, illius qui fabricatus est auroram, & Solem. Et ita cruce indiget cœlum, & terra, illaque pacificatur, atque coniungitur: nec solū Christus est Redemptor communis in te-

Leo Papa serm. 8. de passio. post medium.
Ioan. 11.
Aug. ibidem, id est. c. 26.
Ephes. 3.
Longitudo & latitudo, quidque altitudo, & profundum apud Apostolū, teste Augustino.
Aug. tract. 119. initio, tom. 9.
Septima ratio.
Crucis figura ex recto, & transuerso ligno cõstitas, quid insinuet.
Psal. 73.
Christus non Redemptor solū, sed est etiam repara-

rra, sed etiā reparator in cœlo. Et hoc figuratum est, in duobus lignis, quæ vidua Esaiæ colligebat, vt pararet cibum animæ suæ. Est & alia notabilis figura, quæ habetur apud Ezechielē, cui Dominus iussit sumere lignum vnū, & scribere super illud: *Iuda, & filiorum Israel sociorum eius:* & postea alterum sumere, & scribere super illud: *Ioseph lignum Efrain, & cuncta domus Israel, sociorumque eius:* & iussit ea coniungi, vt esset vnum. Quod si, vt quidam volunt, duo ligna miraculo in vnum lignum coaluerunt; significatur, quod per vnionem duorum lignorum crucis Christi coibunt in vnā Ecclesiam Angeli, & homines, vel magis ad litteram, Iudæi, & Gentiles, siue potius, duodecim tribus, quæ erant dispersæ. Nam vt ait Apostolus: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Accedit octaua egregia ratio B. Thomæ, quam ille ex Augustino producit. Ait enim Augustinus libr. quæstionū. 83. *Sapientia Dei hominem ad exemplum, quo rectè viuere susceperit. Pertinet autē ad vitam rectam, ea, quæ non sunt metueda, non metuere. Sūt autem homines, qui quamuis mortem ipsam non timeant, mortis tamen genus horrescunt.* Vt ergo nullum genus mortis rectè viuenti homini metuedum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilis, & formidabilis. Hæc ille. Demum crucifigi voluit, vt nos etiam totum corpus extendere in obsequium Dei, ac proximi salutem, carnemque nostram crucifigere doceret. Dixit enim Paulus: *Christo crucifixus sum cruci; Et, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* Rursum: *Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Hinc enim Christus tantumquam verus Dei, & hominum mediator, corā Deo assisit, vt summus Sacerdos, & Pontifex, seipsum pro nobis offerens, ac dicens illud Davidis: *Sacrificium, & oblationem noluisti; corpus autem adaptaisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Ac si diceret;

3. Reg. 27.
Ezech. 37.
Duo ligna crucis coibunt, quid mysticè significant.
Ephes. 2.
Octaua ratio.
B. Tho. 3. p. 46. art. 4.
Aug. lib. 83. quæst. 2. in princ. to. 4.
Mortis cõtemptores, quid tamen illi reformident.
Non ratio, ac postrema.
Gal. 2.
Infra. 5.
Infra. 6.
1. Tim. 2.
Hebr. 7.
Psalm. 93.
Hebr. 10.

Nulla

Colos. 2.

Diabolus in cruce victus.

Psal. 7.

Esther 7.

Amā & Mardocheus quorum typum gesserint.

Athor. 10.

Luc. 11.

Ioan. 13.

Quare Christus vendi, emique voluerit.

Genes. 47.

Supra 37.

1. Cor. 6.

1. Petri 1.

Secūda ratio

Ioan. 16.

autem Christus Iesus in ligno, retorfit mortem in mortis autorem, & omnes principatus, aduersasque virtutes per obiectionem passibilis carnis elisit, ad mittens in se antiqui hostis audaciam, qui in obnoxiam sibi sc̄uendo naturam, etiam ibi exactor ausus est esse debiti, vbi nullum potuit vestigiū inuenire peccati. Euacuatum est igitur illud generale venditionis nostræ, & lethale chirographū, & pactum captiuitatis in ius transijt redemptoris. Clauis illi, qui manus Domini, pedesque transfoderant, perpetuis diabolū fixere vulneribus, & sanctorū p̄na membrorum, inimicarum fuit interfectio potestatum; sic suam Christo consummante victoriam, vt in ipso, & cū ipso, omnes, qui in eum crederent, triumpharent. Hæc ille satis accommodè. Incidit ergo dæmon in foueam, quam fecit, & vt alter Aman in patibulo, quod præparauerat Iesu tāquam alteri Mardocheo, suspensus est. Vult quidē Iesus vendi: sed alio consilio, quā Satan, qui volebat ne Iesus liber pertransiret benefaciendo, & ne Satanam liget, & spolia eius distribuatur. Dominus etiam voluit vendi, qui dixit Iudæ: *Quod facis, fac citius*, hoc non vt coarctetur, sed vt latius pertranseat benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, vt pro seruitute breuissima habeat perpetuam & amplissimam libertatem à Deo, nec contineatur terminis terræ Israël, vel legis præscripto: Voluit item venditus, & emptus omnes emere in seruitutem Regiam. Quemadmodum Ioseph Ægyptum emit, cū ipse antè ab his emptus fuisset, qui & fratres suos, à quibus antè venditus fuerat, redemit: sed in hoc ipsum, vt eos pasceret & viuificaret. Similiter vult ipse omnes emere in seruitutem Dei, vt Deo viuamus. Et ita ipse est nostra redemptio: non sumus ergo nostri: nemini ergo possumus iure nos dedere; nemo nos potest sibi vendicare. Voluit item Christus vendi, emique, vt genus humanum haberet victimam idoneam, quam offerre posset Deo; etiamsi illi eo animo non redemerint vt immolarent, sed arbitrentur obsequium se præstare Deo;

scelertum hominem de medio auferendo. Sed Christus vt Sacerdos constitutus à Deo, immolauit semetipsum, vt nobis se traderet in hostiam offerendam Deo. Deinde voluit etiam de mon capi Christum, vt non suam, sed emptorum faceret volūtatē: nec iret quod vellent, aut liber prædicaret, & prodesset quibus vellent, ne impediret opera ipsius Satanæ. Dominus quoque Iesus ligari voluit, & capi, nō alterius virtute, sed sua sponte, prius eos repellens, & retrorsum cadere faciens: neque seipsum prius illis permisit, quā suos faceret liberos: quia scilicet ligari aliter volebat, quā suis in libertatem relictis: quibus postea ligandi, soluendique potestatem reliquit, non tantum in Iudæa, sed per totum orbem, vt soluerentur quos Satan ligasset, & ligarentur, quos ille liberos esse volebat. Ita nobiscum Christus facit, quia liberat nos à vinculis propriæ & vitiosæ voluntatis, ac subdit diuinæ: ligat cor, & manus, & membra nostra, ne ad vetita procedant, & liberos nos faciat ad bonum. Voluit tertio Satanam Christum examinari, atque constanter damnari à Pontificibus, Doctōribus, & à Præfide Romano, & populo. Idem voluit Iesus, qui sese propter eam non defendit, sed patienter tulit nihil respondens, vt ipse fieret omnium ordinum iudex, qui ab omnibus fuisset iudicatus, & constituere mereretur iudices super omnia, & vt suos doceret ferre iniusta iudicia, ne Respublica feditionibus agitur, & expectare iudicium Dei: quia idem sentire debemus in nobis quod & in Christo Iesu. Quarto voluit Satanam Iesum morte turpissima, infamia, ac doloribus plena condemnari, quo detineret homines à nomine Iesu profitendo, quod similia supplicia eos maneat, qui Iesum honorificaret. Idem voluit & Iesus, vt suos ad mortem ferendam animaret, faceretque mortem, non modò non timendam, sed amandam, & exoptandam: quoniam pretiosa per ipsum fieret mors Sanctorum eius apud Deū, & carnem, & sanguinem maceraret, peccatumque, & Satanam deuinceret, & Spiritum viuificaret, granumque

Ioan. 18.

Infra 20.

Aquibus nos Christus vinculis soluat.

Quemadmodum nos liget Christus.

Philip. 2.

Psal. 115.

Ioan. 12.

Hebr. 2.

Luca 23. Ibidem.

B. Athanas.

frumenti multiplicaretur. Quinto voluit Satanam omnes eo scelere inquinari, vt nemo amplius auderet sperare misericordiam Dei: vnde & Iudæ ad egit ad laqueum. Sed hoc etiam Iesus voluit, pro omnibus videlicet condemnari, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortē, & consummaret omnes. Hinc latroni regnū ac paradysum præstitit: & cū lata est sententia mortis contra Christum, Barabbas liberatur. Itaque, vt docet Athanasius oratione in sanctam Parasceuen, in ipsis primordiis crux ipsa reis libertatem largitur. Postremo voluit Satanam conclauari manus, & pedes, aperiri latus, sepeliri sub magno lapide, apponi fidos custodes, vt etiam resurgens rursus occidatur, aut in sepulchro rursus mori mi-

serè cogatur. Quod si inde euaserit, conabor vt sit occultus, subornabo testes idoneos, qui dicant non resurrexisse, visusque dicatur phantasma esse, neque tangi se permisisse. Sed & id voluit Iesus, quod certior esset atque euidētiore suæ resurrectionis triumphus, indeque fides confirmatior, ac testatior apud omnes redderetur, vbi insidiæ Satanæ detegerentur, & mendaciū peccunia redēptū manifestū redderetur, & oēs diaboli conatus, & molimina infecta atque inania redderentur, & gloria Dñi nostri illustrior, & magis conspicua per vniuersū orbem eius fide & religione propagata splendesceret, atque elucesceret, cui cum Patre & Spiritu sancto perpetuus sit honor & gloria, ac imperium sempiternum. Amē.

Matth. vii.



TRACTATUS XXXVII.

De impositione tituli super crucem, in illa verba: *Scriptis autem est titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazareus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt; quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latine. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere Rex Iudæorū, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.* Ioan. 19. Matth. 27. Marci 15. Lucæ 23.

De titulo crucis Domini.



QUEMADMODUM Psalms præfiguratur tituli, quibus argumentum, quod in eis canitur, intelligatur, & vt picturis & statuis excellentium heroum aut supponitur, aut superponitur eorum nomen, quod cognitæ suauius spectentur, legesque difficiles glossa explicante indigent: ita etiam damnatis ad mortem non

satis erat viua præconis vox, sed addebatur titulus, quo continebatur crimē, ob quod quis esset p̄næ, aut neci datus. Quod etiam in hodiernum vsque diem Romæ asseruatur: nam omnes qui puniuntur, scripturam gestant, quæ causā sui delicti complectitur. Et Quintilianus in quadam declamatione inuenit crucis cuiusdam inscriptæ hoc modo: *Seruo danti venenū domino.*

Quintilianus declamat.

Matth. 27. accusaciones calumniantium: at locus admirationi non posset esse, si illum putasset stultum. Nono, ex quatuor causis principalibus, de quibus accusabatur, videlicet, de prohibitione census dandi Cæsari, de blasphemia, qua filium Dei se fecit, deque populi commotione ac seductione, atque Regiæ dignitatis usurpatione, asserit Caietanus has duas causas postremas Pilatū considerasse, præsertim verò commotionem populi. Sed reuera manifestè Euangeliū repugnathuic annotationi, in quo Pilatus dixit: *Obrulistis mihi hūc hominem, quasi auertentem populum: & ecce, ego coram vobis interrogans, nullā causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis.* Ecce quòd omnes illorum causas rejicit, & præsertim illā de commotione populi, ergo evidens erat Pilato quòd ad bonū omnes prouocabat, non ex regni ambitione, sed ex charitate, docens nequaquam repugnare Cæsari, aut magistratui, sed illi subdi. Decimo, tradit Caietanus Pilatum censuisse Iesum flagellis corripiendum, vt vtriusque fatuitatis (de usurpata scilicet Regia dignitate, & diuinitate) quam credebatur, & malitię, quam illi obiecerant Iudæi, ratione habita, punitus Iesus dimitteretur. Sed hoc aperte est contra Euangeliū Marci, testantis Pilatum hoc fecisse vt populo satisfaceret, & expleret eius furorem: qui tamen nisi cruce & morte satiari non potuit. Vndecimo, quòd Pilatus Iesum non habuerit pro fatuo, testantur literę, quas ille misit Romā ad Tiberium Imperatorem, eius admiranda opera, ac diuinitatē attestantes: vt Ecclesiastica refert historia, ex Tertulliano in Apologetico verba recensens. Alia porrò causa Herodes, quia expectabat signa fieri, & perpetuo illum mutum corā se intuitus est, spreuit illum, & dimisit: neque tamen ait Euangelium, quòd Herodes fatuum putauerit, de quo tanta audierat, sed ex animi indignatione quasi ab eo spreus, sua taciturnitate, & quasi non dignus habitus, coram quo signa ederet, eum contra spernere voluit, atque eo modo illudendo indignè tractare. De Pilato autē multo verius & accommodatiūs

ad Euangelium est, & ad sensū Patrū, præsertim verò Chrysostomi & Augustini, si dicamus, quòd Domini innocentiam agnouerit, & sapientiam à responforum eius prudentia corā fuerit expertus: nam & inuidiam non ignorabat Pontificum, diuinitatem verò, regnumque eius facile suspicari poterat verum esse, & de cælo esse; tūm ex miraculis, quę nota illi fuisse satis est probabile; tūm ab eo quòd ab vxore acceperat, & longè magis ab eo, qui intus veritates Christi sui inspirabat, scilicet omnipotenti Patre: vnde Chrysostomus in Ioannem rectè ait: *Scriptit autem & titulum Pilatus, tūm vt Iudæos vlcisceretur, tūm vt Christum excusaret. Nam cum tanquam prauum tradidissent, & sententiam hanc latronum societate confirmare vellent, ne quis iam turpem mortis notam inurere, & tanquam malū & perditum accusare posset, vt calumniarum os obstrueret, in Regem suum insurrexisset denuntiat, & tanquam trophæo cuiusdam literas insculpsit, clara voce & vitoriam, & regnum profitentes, quamuis non perfecte.* Augustinus verò item in Ioannem super id verbū: *Quod scripsit, scripsit: O ineffabilem (ait) vim diuinę operationis, etiam in cordibus ignorantium? Nonne occulta vox quedam Pilato intus quodam, si dici potest, clamose silentio personabat, quod tanto antè in Psalmorum literis prophetatum est: Ne corrumpas tituli inscriptionem? Ecce tituli inscriptionem non corrumpit, quod scripsit, scripsit.* Hęc illi Patres. Hic ergo titulus verè testatur, & iuxta nominis etymon tuetur Christi innocentiam: quia nullum crimen est esse Iudæorum Regem, sed Dei donum, & gratia, de qua: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.* Et confirmatur: quia natus est Rex Iudæorum, vt Magi in eius natiuitate dixerunt. Secundo tuetur Christum à latronum consortio, & latrocinij persuasione. Tertio ostendit Pilati constantiam, qui rogatus à Pontificibus noluit titulum delere; vt saltem eius innocentię, ac dignitati attestaretur Regiæ, & per talem, ac tantam Pilati confessionem confirmaret Deus Scripturam Psal-

Chryf. hom 84. in Ioan. init. tom. 3.

Titulū Pilatus cur scripserit secundu Chrylost.

Aug. tract. in Ioan. post med. tom. 9

Psal. 59.

Prima ratio, vera & legitima positi tituli super crucem Iesu.

Psal. 2.

Matth. 2. Secūda ratio

Tertia.

B. Ambros. tom. 4.

III. ratio.

Deute. 18.

In titulo Crucis Dominicę perspicuè cernitur diuina prouidentia. Primus Xpi martyr, primusq; Christi confessor qui nam illi fuerint. Luc. 23. Matth. 27.

1. Cor. 1.

mi 56. 57. 58. in quibus ponitur pro titulo: *Ne corrumpas tituli inscriptionē, qui tres Psalmi, teste B. Ambrosio, de passione Domini intelliguntur, & titulum à Pilato positum non delendum designant. Quarto totum crimen in Iudæorum malitiam, & inuidiam reiecit, ac proinde in eorum dedecus, & infamiam, qui in Regem, ac Messiam proprium insurrexerunt ad Crucis vltimę necem: vnde grauari Iudæi illo titulo, dicebant, vt testatur Ioannes, Noli scribere, Rex Iudæorum; sed quia ipse se de regno iactauit, coronam ambiuit, regiamque sibi usurpauit dignitatem. Ac si dicerent, Hic nō est Rex noster, quia si Rex noster esset, tu nō potuisses eum crucifigere: cum Rex noster adierit, nihil erunt Romani in conspectu eius: interim dum ille venit, non habemus Regem nisi Cæsarem. Sed Pilatus constanter restitit, dicēdo: Quod scripsit, scripsit; id est, quod scriptum est, non immuto. Non vult mutare titulū, qui verum Christi continebat Euangelium, quo scilicet prædicabatur verus ille, & indubitatus Messias olim Iudæis promissus, ac tandem post multa secula ad eos destinatus, & iam Præses illud futurum hæc præludebat Scriptura, vt Christiani professio nominis, quam extinguere nitentur Iudæi, ad Gentes credulas, quę oliuę pingui, id est, Christo infererentur, demigraret, Sed illud pulchrum contemplare, quibus diuina prouidentia vtatur instrumentis ad complenda opera sua. Nam quoniam mors Christi omnibus Hebræis, Græcis, & Latinis prædicanda erat, & quod Christus omnium hominum venisset seruator; Pilatus veluti mirabile mysterium prædicauit, & scripserit etiam eodem die latro ille, ad quem dixit: *Hodie mecum eris in Paradiso*, primus visus est esse Christi martyr; & Centurio, qui exclamauit: *Verè Filius Dei erat iste*, primus est Christi factus confessor. Vsq; adeo stulta videntur opera Dei, vt confundat sapientes. Vide etiam Iesum in media morte cœpisse ad gloriam exaltari, & regnum suum*

à nece auspicari, vt verbum illud impleat Propheta: *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit à ligno.* Ita enim Ecclesia in hymno suo canit, & Psalteriū Romanum habet. Iustinus Martyr in dialogo contra Tryphonem Iudæum disputans, asserit, e rasum esse verbum ab Hebræis, ἀπὸ ξύλου, id est, à ligno. Ita etiam legit Tertullianus libro aduersus Marcionem: *Age nunc, inquit, si legisti penes Dauid, Dominus regnauit à ligno, expecto quid intelligas nisi forte lignarium aliquem Regem significari Iudæorum, & non Christum, qui exinde à passione ligni superata morte regnauit.* Et Arnobius in hunc Psalmum: *Vnus, inquit, Dominus regnat à ligno Crucis, quia per lignum cōcupiscentia regnum Dei ab hominibus recesserat, modo per lignum Crucis regnum reuersum est Dei, & reliqua.* Item Leo Papa serm. de passione: *Et ne sceleris, inquit, tantum vestri videatur ordo prædictus, nulla autem potentia prænuntiata crucifixi, non quidem legistis, Dominus descendit de Cruce, sed legistis, Dominus regnauit à ligno.* Hęc illi. Quam lectionem, & alij quoque sequuntur, & literę congruit: *Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini, nimirum peccatores vt ligna syluę, & apti ad ignem, vt Hieronymus interpretatur: qui exultant in primis, quia venit ad redimendum, deinde veniet ad iudicandum. Ad hæc aduertendum, inscriptionem ad caput Christi positam, & nō ad pedes: quia regnum Christi non erat terrestre, ac humanū, sed cœlestē, ac diuinum, & super eos, qui ex cælo, & à Deo vocati sunt. Et non est regnum tyrannicum, aut violentum, vt est omnium illorū, qui subditos pedibus calcant, spoliant, atque diripiunt, sed regnum charitatis, quo Rex suos portat, vt pastor ouem errantem super humeros, & vt Samaritanus gestans super iumentum suum vulneratum, & semi mortuum. Annotauit quoque Beda Venerabilis, Christo immolato superpositum titulum, vt cunctis credere volentibus pateat, quòd per Crucem non perdidit, sed corroborauit imperium suum; & ad significandum quòd Pontifex futurorum bonorum, neminem ad regnum suū pro-*

Psal. 95.

Iustin. Mart. tyr. to. 2.

Iudæorum, hæreticorūque corruptela verbi Dei hoc loco.

Tertull. li. 3. aduersus Marcionē; multo post med.

Arnobio in Psal. 95.

Leo Papa serm. 4. de pass. circa med.

Peccatores cur lignis siluę in Scripturis comparatur, teste Hieronymo. Hierony. in Psal. 95. tom. 8.

Inscriptio ad caput Xpi & non ad pedes cur sit posita. Quale regnū Christi sit, & quibus dominetur.

Luc. 15. supra 10.

Beda in Luca. cam. 6. 94. tom. 5.

Quid est, & Christo immolato titulus superpositus, teste Beda.

Heb. 9.

baturus est, nec ad gloriosos ordines Angelorum eleuaturus, nisi prius habeat titulum poenitentiae, ac tribulationis pro Christo perpeſſae, iuxta illud: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Ambrosius in Lucam inquit: Scribitur autem titulus, & supra Crucem ponitur, non infra Crucem: quia principium super humeros eius. Principium autem quid est, nisi sempiterna virtus eius, atque diuinitas? Et haecenus quidem de titulo hoc ad literam meditati sumus. Iam vero quaedam contemplanda alius de ratione tituli, & singula eius verba diligenter inspicienda, atque attendenda.

Quod ad titulum igitur attinet, moris erat olim, titulum praepone re sepulchris, vt ex Genesi constat, vbi Iacob, cum periclitata est vxor eius Rachel, & in partu mortua, erexit titulum super sepulchrum eius: *Hic est titulus, inquit, monumenti Rachel vsque in praesentem diem.* Adhibebatur etiam titulus aris, siue altaribus: vnde Paulus Athenis inuenit aram cum inscriptione ignoti Dei, & Moses erexit altare cum duodecim titulis. Adhibebatur & arcubus triumphalibus, quo intelligeretur victor triumphans de hostibus: vt constat ex fornibus Romanorum Imperatorum, & de Saule legitur, quod reuersus a caede Amalec, erexit sibi fornicem triumphalem. Et Ambrosius in Lucam: *Solet etiam titulus subiungatur gentium numerum designare. Sit in illis triumphis ordine quodam digesta misera bili deuictarum praecuntium contumeliosa captiuitas nationum: hic redemptarum gentium vernat gratia.* Haec Ambrosius. Adhibetur praeterea titulus libris, vt de dignitate argumenti, quo de agitur, & auctoris constare queat. Denique reis, & raptis ad supplicium applicabatur, quo de crimine, & supplicij causa constaret. His omnibus rationibus si dixerimus titulum positum Christo crucifixo, non errabimus. Nam eius Crux dici potest sepulchrum, vbi tenebris eclipsis quodam modo conditus fuit. Christus enim quatenus homo est, sancta est illa Rachel, quae in partu laborans extincta est: & quidem verno tempore, quemadmodum Christus in

vere Paschali. Verum priusquam exhalaret spiritum, peperit filium, quem ipsa vocauit Ben-oni, id est, filium doloris; pater vero appellauit eum Ben-iamin, id est, filium dexteræ. Quia potentia Verbi, & infirmitate sanctæ humanitatis natus est fidelium populus, quasi filius doloris, si respicias ad humanitatem: quasi filius dexteræ, si respicias ad Verbi diuinitatem: atque vt agnoscamus nihil boni nos posse parere, nisi cum dolore debilis carnis, & virtute Spiritus. Quadrat secundo hic titulus Cruci, quatenus altare est sanctissimum verè ignoti mundo Dei, qui Christum, aut scandalum, aut stultitiam existimat. Non est enim aliud Crux, nisi ara ignoti Dei, in qua Iesus quasi Summus Pontifex, vt orator, Deum deprecatur; vt magister, de cathedra homines docuit; & vt Sacerdos, sacrificium obtulit, Missamque sanctissimam in hac ara celebravit. Cuius introitus fuit per Incarnationem: hymnus Angelicus decantatus est in Natiuitate. *Gloria in altissimis Deo:* Orationes dixit, cum pernoctabat orando in deserto: epistolam explicauit, declarando legem, & Prophetas Euangelium, quando Euangelizabat: tandem confecit, dum se consecratum in coenaculo morti obtulit: Hostiam verò eleuauit, dum se exaltatum in Cruce, toti mundo ostendit: compleuitque sacrificium, cum dixit: *Consummatum est.* Est autem Christus summa, & compendium omnium sacrificiorum Veteris legis. Est enim agnus educens de Aegypto, propter innocentiam: ovis, propter mansuetudinem, in cuius ore non est inuentus dolus, nec cum malediceretur, regerebat maledicta: aries fortissimus, propter ducatum gregis Christiani: vitula rufa, ob effusionem sanguinis sui extra Ierusalem: bos laboriosus, qui aratro crucis cordis nostri terram profcindit: hircus, siue haedus, propter similitudinem carnis peccati; Columba sine felle meditans in nido Crucis, quae nostrae salutis sunt; turtur casta, & gemebunda, quia cum clamore valido, & lacrymis preces, supplicationesque pro nobis offerens, exauditus est: passer solitarius, quia solus, & nudus relictus est in lig-

I. ratio. Gen. 35. Ben-oni, & Ben-iamin, quid. II. ratio. Act. 17. I. Cor. 1. Crux quid sit. IOAN. 1. & Luc. 1. Infra 2. Infra 6. Infra 22. IOAN. 19. Summa, & compendium omnium sacrificiorum legis Veteris Christi esse. Exo. 12. & seq. Esa. 53. & Act. 8. 1. Pet. 2. Rom. 8. Heb. 5.

Act. 14. Ambros. in Lucam, ca. 20. to. 5. Titulus cur supra, non infra Crucem Christi positus sit, secundum Ambrosium. Esa. 9. Rom. 1. De titulo Crucis Dominicae cõsideratio. Tituli varius vsus apud Veteres. Gen. 35. Act. 17. 1. Reg. 15. Ambros. Quam multis rationibus hic titulus Christo conueniat. Rachel quaerens Christi ty pus.

no Crucis: sal, propter sapientiam: oleum, ob commiserationem, quam ad nos habuit: similia, propter intentionem purissimam: azyma, ob immaculatas carnes: vinum, propter amoris ebrietatem. Est hostia, pro delendo peccato: pacifica victima, ac coronata, pro donis impetrandis, ac gratijs agendis: holocaustum perfectissimum, totum igne charitatis incensum. Haec omnia iuxta spiritum in ara Crucis obtulit Christus. Est praeterea Crux Christi, arcus triumphalis in arcu, quo Dominus pepigit de non amplius immittendo diluuium in mundum: & Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi de non sumenda amplius vindicta peccatorum, quae in Christo vindicata abundanter fuerunt. In arcu erat nomen victoris proprium, & patria, ac dignitas seu officium. Quod satis explicant illa verba: *Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum.* Non nominatur prouincia debellata, vt in alijs fieri solebat: nam dicebantur, aut Africani, aut Parthici, aut Germanici: quia latissime patet Christi victoria, vt in nomine Iesu omne genus flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Nunc, inquit, iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Sunt autem eius hostes potissimi caedæmones, astuti, & versipelles; mundus ipse omnes alliciens, & ad se trahens, mors hostis saeuissimus, & quem nemo potest euadere; caro dominans spiritui, & in seruitutem trahens; peccatum regnans in mundo, & in nostro mortali corpore, & mortem generans, dæmonesque delectas. Fuit autem mirabilis victoria Christi, eo quod hostes sui erant in summo suae potentiae vigore, & quo magis suam vim exerebant, eo plus debellabantur. Nunquam enim tantum facinus extitit, quantum occidere iustum, & innocentem Filium Dei. Nam quod in ceteros omnes homines saeuigent, id quali cunque suo iure faciebant; at quod mors ausa fuerit agere in vitam, & peccatum contra iustitiam, & mundus contra eius conditorem, ac carnifex Satanas in proprium dominum, id non fuit nisi audacissimum, ac horrendum facinus. Quare merito factum est, vt

quo plus saeuierunt in Christum, eo amplius sint debilitati, atque confracti: & eo magis, quo Christus non alijs armis certauit, quam virtutibus humilitatis, patientiae, obedientiae, & charitatis. Habet quoque Crux quasi liber titulum suum, quo nomen auctoris, & argumentum libri comprehenditur: titulus profecto nouus, ac pulcher inuitans homines ad emendum, ac legendum, atque de eo disputandum. Est autem Christus liber scriptus intus, & foris: quia Deus est, & homo; vel quia intus scriptus est in anima, & extra in corpore: quem nemo nouit legere, nisi fuerit ei datum de caelo: & qui semel illum legerit, nihil potest ignorare. Liber hic, qui Deus est, & homo, dictatus fuit ab aeterno, dum Patris omnipotentis decreto constitutum est, vt Verbum caro fieret. Scriptus digito Dei, id est, per Spiritum sanctum, per quem conceptus est, publicatus, & in lucem editus per natiuitatem, rubricatus per circumcisionem, disputatus in templo, cum duodecim esset annorum, ablutus baptismo, approbatus a Deo dicente: *Hic est Filius meus dilectus: expositus in praedicatione, confirmatus signorum multitudinem, illuminatus in monte Thabor, inauratus charitatis operibus, furto sublatum, ac venditum a Iuda pro triginta argenteis, reprobatum, vt falsus, ac mendax a pontificibus, correctus flagellis Pilati, dicentis: Corripiam ergo illum, & dimittam; interceptus vulneribus, positus in pulpito Crucis, vt ab omnibus euerteretur, & in abominatione habeatur, annotatus, & scholijs illustratus per clauos, lanceam, & coronam spineam: solutus, ac diruptus per mortem: separantem animam a corpore, sed fortissime religatus in resurrectione. Explicatus fuit de integro Apostolis per diuersas apparitiones: in caelum sublatus, vt in eo legentes beentur: interpretatus in die Pentecostes, quo venit Spiritus sanctus, de quo dixit: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* O librum super omnem librum: hic sit nobis charus ac pretiosus liber, huc expedit nocturna versare manu, versare diurna, qui desiderio progrediendi in via salutis tenetur.*

Quibus armis hostes suos Christus debellauit. III. ratio tituli Crucis superpositi. Apot. 5. Christus, liber scriptus intus, & foris: quo modo. IOAN. 1. Luc. 1. Infra 2. Ibidem. Ibidem. Matth. 3. & 17. Infra 26. Iud. 23. Act. 2. IOAN. 16. Quo loco nobis habendus hic liber.

III. ratio. Gen. 9. 2. Cor. 5. Regni Christi, & imperij fines amplissimi. Philip. 2. IOAN. 12. Quibus de hostibus, & quam gloriosam Christum victoriam reportauerit. Rom. 6. Summum omnium facinorum atque sacrilegium quod.

Rom. 9. & Esa. 10. Hic sit nostrum enchiridion, isagoge ad sapientiam, verbum abbreviatum, contemptus mundi, soliloquium, stimulus diuini amoris, itinerarium mentis in Deum, summa totius Scripturæ, & quod dici solet; *Vade mecum & dormi secure*. Hic liber non est vt ille, de quo Plinius ait: *Non est liber ad eum malus, quin aliquid boni contineat*: quia hic nihil mali complectitur, & omne bonum, & verum, & nobis salutare comprehendit. Hic liber æquiualeat omnibus libris, quorum faciendi, & legendi nullus est finis. Continentur in hoc libro in primis nomina omnium electorum: nam in Christi diuinitate, tanquam in libro vitæ omnes prædestinati scripti sunt: deinde sunt etiam in anima Christi ex tempore atramento tristitiæ iterum scripti ab instanti incarnationis, vt mortem suam pro eis Deo offerret, & iterum in corpore per rubrum sanguinis atramentum, & duras pennas clauorum in corpore descripti sunt, sicut per Esaiam dictum est: *Ecce in manibus meis descripsi te*. Vides quam simus conscripti in libro diuinitatis, animæ, & carnis sanctissimæ Christi? Nam sicut in libro Episcoporum illi soli annotatur, qui digni sunt vt ad ordines promoueantur, & in libris Principum, eorum nomina militum, qui strenue pugnaverunt, aut vitam sui tutati sunt Principis, vt de Machabeo vitæ Assueri custode legimus: ita Dominus in libro suo omnes euehentos ad ordines Angelorum, & cum Martyribus coronandos, vt qui legitime certauerunt, scriptos habet, reliquos verò, qui nihil egregium pro Dei gloria præstiterunt, aut si quid præstiterunt, cessatores tamen fuerunt, aut non scribit, aut deleri iubet, iuxta illud: *Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non scribantur, Recedentes*, inquit Ieremias: *à te, in terra describentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuientium Dominum*. Deinde continentur in hoc libro omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, ita vt Paulus non gloriatur se aliud scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. In hoc libro quinque Vocales, sunt latiores plagæ; Consonantes ve-

ro, reliqua omnia membra afflicta, & exercitata. Ex quibus coniunctis fiunt syllabæ, dictiones, orationesque, quæ nos discere, & imitari in hoc pulchro debemus libro. Docemur enim in hoc libro artem Amandi Deum super omnia: *Vt autem*, inquit, *sciatis quia diligo Patrem; & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio; surgite, eamus hinc*. Bellandi artem contra carnem, mundum, ac dæmonia: à quibus persequendis non est desistendum, donec vicerimus. Tradit documentum castigandi peccata, & celandi dona Dei in nobis. Erudit de danda, & impendenda vita in salutem proximi: non enim Christus pro se, sed pro nobis mortuus est. Illuminat de exaltanda, & extollenda à nobis Cruce; quam Christus propterea & suis, & alienis Cyrenæi humeris gestari voluit. Docuit, famam omnino pro Dei honore, & gloria contemnendam. Expressit gratiam Deo, quâto pretio sit emptâ, & quâ chara nobis esse debuit. Aperuit humanam gloriam, quâ sit vana, ac vilipendenda; cum honor ei exhibitus in die Palmaram, in tanta ignominia sit terminatus. Significauit, iustitiam, & innocentiam ita amplectendam, vt nullis calumnijs inquinari diu possit. Ostendit, lacrymas pro aliorum peccatis, ac pro suis fundendas: & liberalitatem in miseris exercendam exemplo suo, quo latroni pollicitus est Paradisum. Rationem quoque moriendi sanæ, ac rectæ nos egregiè instituit, dum nudus omni præsidio, & libenter patiens, & conformis diuinæ voluntati, & commendando spiritum Patri mortuus est. Monstrauit non negandum Christum villo mortis timore, vt Petrus fecit, sed confitendum in finem, vt Christus confessus est bonam confessionem corâ Pilato. Docuit orationes, ac preces etiâ pro inimicis capitalibus, atque persequentibus ad Deum fundere exemplo suo, cum dixit: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*. Explicat perseverandum esse in obedientia vsque ad mortem Crucis: *Opus*, inquit, *consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam*: quam ad stabilitatem indicandam, pedes suos cõfigi voluit. Admo-

Libro vitæ, qui Christus est, quid doceamur.

Ioan. 14.

Rom. 4.

Matth. 27.

Supra 21.

Luc. 23.

Matth. 26.

1. Tim. 6.

Luc. 23.

Ioan. 17.

nuit

nuit, quinque suis vulneribus, nostros quinque sensus coercendos esse, ac reprimendos. Monuit, Regnum verum, ac perpetuum acquiri Cruce, ac tribulationum ignominia. Indicat superbiam declinandam in eo quod capite inclinato longe à titulo recessit. Tradit taciturnitatis armis pugnandum esse ad victoriam, sicut scriptum est: *In silentio, & in spe erit fortitudo vestra*. Vocandum esse Deum in tribulationibus nostris, vota que nostra Deo reddenda de textit. Denique docet zelandum esse nobis pro gloria Dei, & salute animarum, cum dispedio etiam propriæ vitæ. Postremo titulus affigebatur reis, quo constaret & supplicium illi conueniens: de quo superius satis diximus. Iam singula verba diligentius inspiciamus. Primò dicitur, Iesus, quod est nomen proprium; deinde Nazareus, à patria; Tertio Rex Iudæorum, à dignitate, vel officio. Iesus ergo significat Saluatorem. In quo diuinitas eius indicatur: *Ego sum*, inquit, *ego sum Dominus, & non est absque me Saluator*: & in alio loco: *Dominus petra mea, & robur meum, & Saluator meus*, & Paulus: *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, & Saluatoris nostri*. Et vt Angelus inquit, sic dictus est, *Quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum*. Est autem factus nobis autor salutis per condignam satisfactionem, & pretij solutionem: tanti enim Deus me facere voluit, tamque me tibi carum hoc pretio ostendit, vt ne perdat quæ tam carè emit, nisi per me illi obsistentem impedimentum præstitum fuerit. Voluit quoque tanti me fieri ab Angelis, vt gloriæ sibi ducant, quod mihi ad salutem ministrè: mali verò Angeli timeant me attingere, ne mihi incommodent, ne videantur impedire velle opus Filij Dei, ne tantæ dent pœnas audaciæ. Alijs quoque pastoribus, ac fratribus tam commendatum me esse voluit, vt pro suo munere cogantur pro mea salute seruanda sanguinem profundere. Ego quoque mihi ipsi non debeo nec audeo incommodare, & tantum mihi beneficium inuidere: ita vt à Domino

meo, & Christo Deo audeam petere, ne derelinquat me mihi, sed tanti me à se factum custodiat: quia nisi magna esset infania mea, nec à me medicabilis, ipse pro me redimendò non tam multa, nec tam indigna tulisset. Dicit ergo Christus de Cruce: Vide quid in me feceris, quid pro te passus sum: amplectere, & osculare passionem meam, & me ipsum: nam nec me poenitet vquam hæc pro te ipso passum. Dicit aliquis Deo: Quid in me vidisti Domine, vt hæc tu pro me paterere? Responderet potest Dominus, Quid ad te? inuides tibi ipsi? an non licet mihi facere quod volo de meo? an dedecet me honestare quemcunque ego velim? Est ne aliquid tam indignum, quod à me dignum effici non possit? Si tibi aliud sufficeret, nihil mihi, & amori meo sufficiebat. Quis enim terminos diuini præscribat amori? Iesus igitur Saluator est, id est, habens habitum, & artem saluandi: *Deus noster*, inquit David, *Deus saluos facienti*. Impositum est hoc nomen in circumcisione, qua fudit sanguinem in mysterium præsignatū fundendi totum sanguinem in Cruce, ad salutem totius mundi. Est autem potentissimus Saluator, vt eius miracula ostendebant: & sapientissimus, quia doctrina sua ostendebat se optime nosse scientiam saluandi mundum, volens etiam saluare, ac fructuosissimus salutis nostræ: quia honor Saluatoris est saluos facere, vt medici sanare infirmos, & aduocari vincere causam clientis, & artificis opera suæ artis præstare. Cœpit etiam iam nostram salutem operari per fidem, & baptismum. Dixit etiam, & promisit se perfecturum in nobis, quod cœpit; eius propterea est, qui fallere nequit, stare promissis. Dedit etiam pignus Spiritus in cordibus nostris, quod confirmatiores nos redderet. Fecit insuper expensas sanguinis sui, adhibuit instrumenta Sacramentorum, & ministros Sacerdotes, & Angelos, qui mittuntur propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. An quicquam potest desiderari in hoc potentissimo Salvatore? an quicquid illi addi potest? Secundum verbum, est Nazareus, id est, floridus, vel florigerus,

Quid dicat nobis Christus de Cruce.

Matth. 20.

Nullus potest terminos diuino præscribere amori.

Psal. 67. Quid Iesum esse Saluatorem.

Luc. 2. Sanguis fusus in circumcisione quid præsignaret.

Philip. 2.

2. Cor. 1.

Heb. 1.

Nazareus quid significet.

quia

Gen. 2. per Prophetas, implet, & mortem, quam comminatus erat peccati Adæ, qui causam hominum tuebatur, contra cacodæmonem, dicentem: *Nequam morte moriemini*, in se susciperet.

Infra 3. Quod si Attilius Regulus pro umbra quadam virtutis redire ad Carthaginenses, & acerbam mortem sustinere, gloriosum sibi esse duxit: quid de innocentissimo, & fidelissimo Dei Filio cogitandum? Tertio si ipse etiam est Rex, eius erat pro defensione populi vitam morti exponere, si Codrus Athenarum Rex, audito oraculo, dissimulato habitu ne agnosceretur, in prælium ingressus est, & ad certam mortem se prælio ingressit, quo patriam suam liberaret: ut ex externis testatur Valerius, ex nostris Augustinus. Postremo, si Rex est Iudæorum, mori profecto debuit: tum quia in lege Iudæis promissus est Rex, qui morte eos redimeret, & à ligno regnaret; tum quia testamentum non est validum, sine morte testatoris; tum quia hoc multis figuris erat adumbratum. Nam nisi morte Summi Pontificis non licebat ex ciuitate refugij cuiquam in patriam reuerti suam: Achab etiam Rex Israël cum mutato habitu in bello contra Syros existeret in curru suo, sagitta percussus est inter pulmonem, & stomachum, & fero mortuus est: & sanguis effluxit in curru suo, & præco insonuit in vniuerso exercitu: *Vnusquisque reuertatur in ciuitatem, & in terram suam*. In qua historia pulchre depicta est Christi in curru Crucis cæsi victoria in Syros, id est, dæmones insidiatores, eorumque ministros, qui insidiabantur Christi sanguini: nam in habitu assumpto humanitatis nostræ pugnavit contra eos. Currus autem, pulchre Crucem representat: quæ à quatuor equis portata est, id est, charitate Patris, obedientia Filij, desiderio Angelorum, & à nostra miseria, siue necessitate. Percussio illa fuit Longini in latere dextro: & stabat, quia mortuus est stans, & ut dixit Romanus quidam Imperator, stantem Imperatorem mori oportere, hoc est non victum. Sed insonuit præco: *Vnusquisque reuertatur in ciuitatem, & in terram suam*: quia Genturio exclamauit: *Verè Filius Dei erat iste*: quod perinde est ac dicere: *Vnusquisque reuertatur in patriam suam*: unde latroni, & in illo omnibus penitentibus, cælum est apertum. Adiungit historia: *Mortuus est autem Rex, & perlatus est in Samariam: sepelieruntque Regem in Samaria. Et lauerunt currum eius in piscina Samaria, & linxerunt carnes sanguinem eius*. Quia Christus ductus est in custodiã sepulchri, ita enim interpretatur Samaria, custodita. Et locus fuit currus in piscina: quia baptimus habet virtutem Crucis, & sanguinis Christi ad abluenda, & expianda omnia peccata. Et carnes linxerunt sanguinem currus: quia Gentiles in canibus representati, lingua animæ, ac pia fidei meditatione vulnera Christi lingere, ac sanguinem eius pretiosissimum adoratum degustare debent. Habes igitur quatuor rationes ex eisdem verbis elicitas, ob quas Christus ad extinguenda mundi peccata, & genus humanum sanctificandum pro sua incomparabili charitate mori debuit. Superest igitur, ut hunc titulum non tantum parietibus inscriptum, sed etiam in mentibus habeamus infixum, eoque in salutem nostram vitamur. Si ergo peccator es, ac damnari times, vide Iesum pro te in Cruce pati, ut te liberet. Si graui odore malæ famæ laboras, ut studium virtutis confecteris; respice Iesum Nazarenum tibi adesse socium. Si afflictione, aut infortunio vexaris; cogita Iesum esse Regem, ac vindicem tuum regnumque cælorum tribulatis promissum, Christumque regnare per Crucem, dando subditis partem Crucis suæ portandam, quo gloriosius secum in cælo regnare, & triumphare valeant, in gloriam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quibus æternus debetur honos, laus, & imperium in secula seculorum, Amen.

Matth. 27. *Vnusquisque reuertatur in ciuitatem, & in terram suam*: quia Genturio exclamauit: *Verè Filius Dei erat iste*: quod perinde est ac dicere: *Vnusquisque reuertatur in patriam suam*: unde latroni, & in illo omnibus penitentibus, cælum est apertum. Adiungit historia: *Mortuus est autem Rex, & perlatus est in Samariam: sepelieruntque Regem in Samaria. Et lauerunt currum eius in piscina Samaria, & linxerunt carnes sanguinem eius*. Quia Christus ductus est in custodiã sepulchri, ita enim interpretatur Samaria, custodita. Et locus fuit currus in piscina: quia baptimus habet virtutem Crucis, & sanguinis Christi ad abluenda, & expianda omnia peccata. Et carnes linxerunt sanguinem currus: quia Gentiles in canibus representati, lingua animæ, ac pia fidei meditatione vulnera Christi lingere, ac sanguinem eius pretiosissimum adoratum degustare debent. Habes igitur quatuor rationes ex eisdem verbis elicitas, ob quas Christus ad extinguenda mundi peccata, & genus humanum sanctificandum pro sua incomparabili charitate mori debuit. Superest igitur, ut hunc titulum non tantum parietibus inscriptum, sed etiam in mentibus habeamus infixum, eoque in salutem nostram vitamur. Si ergo peccator es, ac damnari times, vide Iesum pro te in Cruce pati, ut te liberet. Si graui odore malæ famæ laboras, ut studium virtutis confecteris; respice Iesum Nazarenum tibi adesse socium. Si afflictione, aut infortunio vexaris; cogita Iesum esse Regem, ac vindicem tuum regnumque cælorum tribulatis promissum, Christumque regnare per Crucem, dando subditis partem Crucis suæ portandam, quo gloriosius secum in cælo regnare, & triumphare valeant, in gloriam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quibus æternus debetur honos, laus, & imperium in secula seculorum, Amen.

Ioan. 15. Dicitur Romam cuiusdam Imperatoris moribus di.

(100)



TRACTATUS XXXVIII.

De diuisione vestimentorum Christi, & tunice inconsutis fortitione, deque illusionibus Dño in cruce factis, in illa verba: *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius: & fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutis, de super contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impleretur, dices: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.* Ioan. 19. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Lictorū mos atque carnificum.



Oris etiam nū est, ut vestes reorum damnatorum cedat in usum lictorum, etiam si fecti morte plestantur, quanto magis si nudi patibulo exponatur, ut in Christo factum fuit: quod fortassis alijs facere in vsu non erat, unde nec legimus latrones vestibus spoliatos Cruci fuisse suffixos. Verū in Christo vniuersa cruciatuū genera Satanæ opera, & Iudæorum ministrorum industria, qui aderant, & opus vrgebant, excogitata sunt, atque adhibita. Notandum præterea, hanc historiam de vestibus à quatuor Euangelistis enarrari: sed tres priores breuissimè illam absolunt. Ait enim Matthæus: *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, &c. Et sedentes seruabant eum*: & eodem modo Marcus. Lucas verò ait: *Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus expectans.* Ioannes verò prolixius hæc, & apertius est persecutus; quare post Ioanem, ut pote distinctius loquentem, veniunt alij Euangelistæ explicandi, ut docet Augustinus libro de consensu Euang. Nam quod illi dicunt indistin-

gè, & præsertim Marcus: *Et crucifigentes eum, inquit, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret*: explicandum est per Ioannem, fortitionem tantum fuisse de tunica inconsutis, & nō de omnibus vestibus. Quamquā nihil contra rationem diceret quis, si assereret vestimenta diuisa esse in quatuor partes, & sorte fuisse definitum, quæ pars cuique contingeret: ut insinuat Augustinus in Ioannem, & aliqui probabilius id esse putant propter verba Marci, quæ aperte id dicere videntur: & postea tunicam inconsutilem indiuisam fuisse sortitam. Itaque si præter inconsutilem tunicam vna fuit vestis, dicendum, illam in quatuor partes fuisse diuisam, ut cederet in usum quatuor militum, qui carnificum munus præstabant: & necesse erat in quatuor partes scindi vestem, quia præcipitur in Deuteronomio, ut Iudæi assuant simbrias per quatuor angulos pallij, quo operiuntur. Si verò duæ erant vestes illæ, diuisæ erant in quatuor partes, ita ut quilibet vestis scinderetur in duas, & sic fierent quatuor partes. Vocat autem Scri-

De vestium Christi partitione, quorūdam sententia non incepta. Aug. tract. 118. in Ioan. tom. 9.

Deut. 22.

De diuisione vestimentorum Christi plenius quæ ceteri Euangelistæ Ioannes edisserit.

Aug. lib. 3. de consensu Euang. ca. 12. to. 4.



TRACTATVS XXXIX.

**De primo verbo Christi in cruce ad Patrē,
in illa verba: *Iesus autem dicebat: Pater, dimitte
illis, non enim sciunt quid faciunt.* Lucæ 23.**

Verborū Do
mini in cruce
dicentium
quæ causæ.

QV AN QV A M paulo ante iturus Dominus ad Patrem per asperam & spinosam viam crucis iocundissimo ac prægnantissimo omnium quos habuit sermonem Apostolos salutauerit, illo, inquam, qui in cœna habitus est: nunc efficacissimo epilogo repetit, & inculcat, ne quid videlicet per obliuionem è memoria effluxisse sibi videretur, paucisque verbis illum replicat, plura eum loqui vel immensis doloribus prohibentibus, vel hebetudine nostra, atque imbecillitate plura ferre non valente, ut vel sic melius memoria retineri, & profundius nostris animis atque pectoribus possent inscribi. Siquidem apud omnes gentes naturæ cōsensu docuit, mandata, quæ à parentibus, amicisq; nostris extreme laborantibus traduntur, & à nullis temerari, & à cunctis obseruari oportere, tanquam diuina magis, quàm humana. Nemo ergo hæc ignoret, ne ignoretur: nemo spernat, ne spernatur: nemo deliramenta morituri alicuius, sed tanquam vera ac cœlestia Dei oracula, amplectatur. Nam ob id in altum eleuari voluit, ut ab omnibus videretur: ob id quasi tuba exaltauit vocem suam, qua cœlum penetrauit, terramq; tremore concussit, ac petras dirupit: ob id Ierosolymam totius Orientis clarissimam ciuitatem, ad rāta selegit mysteria, ut inde in omnem terram exiret sonus eius, & in fines orbis terræ verba eius: ob id denique in die Festo Iudæorum, in loco extra urbem patentissimo, in conuentu tot ciuim, in frequen tia tot alienigenarum, totq;

idiomatum passus est, septemque verbis passionem suam exornauit, ut nemini tantum passionis celatum esset mysteriū. Quiigitur in aulis Caiphæ, Herodis, ac Pilati tacuerat, iam ex loco crucis eminenti, aperto ore cœpit agere causam nostram apud Patrem: *Ego (inquit tanquam aduocatus) qui loquor infirmitatem, & propugnator sum ad saluandum.* In sex prioribus verbis, quasi in sex diebus creationis, laborauit agēdo causā nostrā; & in septimo quasi in Sabbato emisit spiritū, & requieuit. Istæ sunt septem illæ voces, de quibus David, *Vox Domini super aquas,* & quæ sequuntur, vbi septies vox repetitur. Dicuntur autem voces, quia docent, & dici possunt septem tonitrua Apocalypsis, quia perterrefaciunt; & septē candelabra aurea, quia illuminant tenebras nostras; & septem stellæ, quæ ornant cœlum Ecclesie militantis; septem tubæ, quæ excitant ad bellum spirituale; septem panes, qui succurrunt fami nostræ spirituali; septem columnæ, quæ sustentant doctrinam Evangelicam. Ad hæc septem verba, cōsecuta sunt septem miracula, nimirum tenebrarum per vniuersum orbem, terræ commotæ, petrarum scissurarum, veli templi rupti, monumentorum apertorum, ac corporum suscitatorum, denique confensionis Centurionis cum Iudæis percutientibus pectora sua. Cū igitur Dominus grauissimis iniurijs lacessitus, quas durius ipsa morte erat perferre, & ingente vulnerum dolore, ac corporis pondere vexaretur, omnium tamen dolorum ac poenarum oblitus suarum, paternæ iræ, ac indignationi

Vnde primū
Christus pro
nobis cœpit
apud Patrem
patrocinari.
Esaiæ 63.

Psal. 22.
Septē verba
Domini in
cruce prolata
quibus ad
optentur.
Apoc. 10.
Supra.
Ibidem.
Iosue 6.

Matth. 27.

Luc. 23.
Mira Christi
mansuetudo
& clementia.

Quid infirmitas
omni homini
a natura.

Verba Dñi
Iesu in cruce
dicta quanti
facienda.
1. Cor. 14.

Quid fecerit
Christus, nemo
vt passio
nis sue mysteriū
ignorat.
Matth. 27.
Psal. 18.

in

Ezech. 13.

Primum verbum Christi
in cruce cur
Lucas solus
enarrat.

*Bed. in Luc.
lib. 6. ca. 4.*
tom. 5.
Quando pro
crucifixibus
se, Dominus
rogauerit,
secundū
aliquos.
1. Pet. 2.
Matth. 5.

Altera sententia.

*Euthym. c.
81. in Luc.*

Expeditur
dictū imper
fecto tempo
re: Iesus autē
dicebat: Pater
ignosce il
lis, &c.
1. Cor. 1.

Leuiti. 16.
& *Hebr. 9.*

in crucifigentes concitata, precibus suis occurrit, officiumque boni Sacerdotis, ac mediatoris, protektorisq; & aduocati exorditur. Seque ipsum totū opponit murum pro domo Israel, dicens, *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Neque vacat mysterio, quod soli Lucæ Euangelistæ hoc primum verbum enarrare datum sit: quia enim Lucas in vituli typo Sacerdotiū Christi describere conatus est, rectè apud eum Dominus, & pro persecutoribus suis iure Sacerdotis interpellat: eodemque tempore, ac eodem munere latroni consententi Paradisi ianuam pādīt: vt rectè docet Beda. Nec enim putandum est, hæc preces frustra Christum ad Patrem fudisse, sed in eis nimirum, qui post passionem eius crediderunt, quod orabat impetrauiste. Quidam tradunt, Dominū dixisse hæc verba, eū illuderetur à prætereuntibus, Scribis, & Sacerdotibus, vt redderet bonū pro malo, & benedictionem pro maledictione, & oraret pro calumniantibus, & persecutentibus se. At verò quia apud Lucā post hoc verbum Christi dicitur, *Et stabat populus spectans, & deridebant eū Principes cum eis,* videtur quod non fuerit dictum ad illudentes, præsertim cū inter eos essent Sacerdotes & Scribæ, qui sciebant, vel scire poterant, quem crucifigeret: sed potius videtur postquā crucifixus fuit, & positus in medio latronum, tunc orasse pro militibus Romanis, vt ait Euthymius, qui verè ignorabant quid facerent. Commodaque est hæc interpretatio, sed præstare videtur prior. Inspiciamus iā singula Domini verba, & more nostre nostræ illa expendamus. In primis igitur nota præteritum imperfectum, *Iesus autem dicebat:* quia fortasse pluries illa verba inculcabat, vt probabile est credere, quod maiorem suum affectum ad remissionem illorum impetrandam indicaret. Cū enim illi malitia sua charitatem Christi vellēt vincere, contrā Christus Dei sapientia vincere malitiam decertabat, quod plus Deus ad se Sacerdorem offerentem sacrificium pro populi ignorantia, ac pro eis deprecantem, quàm ad

eorum clamores, maledicta, insanasque voces attenderet.

Pro intelligentia huius precationis obserua, Christum Dominum his verbis indicasse se quidem innocentem esse, iustum, & poena omni indignum; ac cruci, ac neci eum tradentes peccatores esse, ac misericordia Dei, ac venia indigere, pro quibus ipse, & non pro se preces funderet. Et fortassis, vt aliqui meditantur, non defuit aliquis, qui audiens Christum sic precari, diceret: Iste pertinaciter est arrogans, qui nec in morte ipsa confitetur se dignū supplicio, quod patitur, sed quasi ipse esset iustus, & sanctus, Iudæi verò Sacerdotes, & seniores, qui iudicium officio fugebantur, peccatores essent, pro eis deprecatur, cūque sit reus, facit se aduocatum. Et fortassis conuersus ad Christum, dicebat: Ora miser pro te, & ne addas peccatum peccato: veniam pro te postula: confitere quod tu nescis quid facis, vt tibi Deus salutem poenitentiam ignoscat. Quamobrem quidam non credentes, putarunt quod Christus propter hæc verba sit mortuus obstinatus, ac condemnatus, eo quod diceret, *Pater dimitte illis.* Iesus igitur volens vincere in bono malum, accepto clypeo non contra istos proprios, sed super illos, qui desuper venturi erāt ab ira Dei in offensores, pro eis preces fundit, docens nos, quid in similibus causis sit faciendum, ne videlicet ob nostrum dolorem, vel infirmitatem excusamur, quod pro alijs precari non possumus, & quod satis sit, si non nihil pro nobis oremus: contra quod Christus pro crucifixoribus orabat, plus illorum peccata sentiens, quibus Deum offendebant, quàm vulnerum suorum dolores. Nam ægroti de eo, quod acerbius dolent, prius lamentantur, ac querulas voces edunt: & plus Christus doluit de offensa Patris, quàm de poenis sui corporis. In hac autem voce impleuit Christus figuram Moysi, qui olim dixerat, *Aut dimitte eis hæc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Implebit & *Esaiæ vaticinium, dicentis, Et pro transgressoribus rogauit.* Eamque Christus, quam

Et verbo: Pater ignosce illis: qualem se Christus declarauerit, quales verò ipsi crucifigētes.

Quorundam non incepta certe mactatio.

Rom. 12.
Quid doceat nos Christus, veniam suis crucifixibus implorans.

Christi zelus gloriæ Dei.

Exod. 32.
Moses Christi typus.

Esai. 53.

peritiam fecerit, quod contra mandatū Domini est, & postea intellexerit peccatum suum, offeret pro eo vitulum. Ecce me obtulerunt, tam in vitulis, quam in alijs sacrificijs designatum: cæci ipsi, & ingrati modo non vident quid faciant, sed mox videbunt, in quem transfixerunt, & reuertentur percussæ pectora sua. Nonnulla dubia circa hoc primum Christi verbum enucleabimus: quædam etiam documenta ad vitam nostram rectè instituendam eliciemus. Primum dubium est: quomodo Christus orat illis dimitti peccatū, qui actu delinquebant, cum ipse nobis actu orare pro eis peccantibus minimè præceperit: sed quando solum fratrem iniuriæ pœnitet, præcipit nobis illi parcere? Respondemus, Christum non orasse pro istis ita remitti, vt permanent in propria ignorantia, & peccato: sed nunc vult ita parci, vt non subito occidantur, vt digni erant, vel vt non indurarentur, seu obstinarentur, vt merebantur; sed vt expectarentur, donec veniat lux, quam non obstante peccato valeat acceptare. Quia enim qui facit peccatū, seruus est peccati, & peccatum dum dominatur homini, non permittit nos eius veniã accipere, nec gratiã, quæ esset contra peccata; Deus iustificans suauiter mittit lucem, qua per pœnitentiam disponamur, & iustiã, qua iustificemur, & remittantur peccata, accipiamus. Hinc Chryostomus egregiè dicit: *Quia Dominus dixerat: Orate pro persecutibus vos, hoc etiã crucè ascendens fecit, dicens, Pater dimitte illis: nõ quod ipse nõ posset relaxare, sed vt nos pro persecutibus orare doceret, non solum verbo, sed opere. Dicit autẽ, Non dimitti eis, si pœnituerint: fauet enim pœnitentibus, si velent tantam nequitiam reatus per fidem diluere.* Hæc ille. Nota etiam, triplicè esse peccati pœnam, alteram, qua meremur subito extingui, & luce priuari: quod si Deus non facit, est quædam venia peccati, vnde dicitur, *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.* Item est alia pœna, qua meremur, vt Deus non det amplius lumen, nec vocet ad gratiam suam: sed sæpè hanc

*Apoc. 1.
Ioan. 19.
Luc. 23.*

Quomodo Christus orat illis dimitti peccatū, qui actu delinquebant, cum ipse nobis actu parcere peccantibus non præcepit.

*Ioan. 8.
Effectus peccati in homine.*

*Chryost.
Matth. 5.*

Triplex peccati pœna.

Thren. 3.

pro charitate sua relinquit, dando lucem, & vocando. Denique est alia pœna, quod postquam nos disposuit ad iustificationem, expectat operam, ac diligentiam nostram in acceptanda gratia ipsius luce: quod si hæsitates & negligentes fuerimus, digni erimus, quos Deus deferat. Sæpè tamen Deus remittit hanc pœnam, quando per interiores inspirationes, & fortes, ac efficaces motus corroborat ad actum consentiendum, ac acceptandum: & hæc est principalis gratia, & remissio pœnæ, & pro hac semper orandum est in virtute huius Christi orationis. Dicens ergo, Dimitte illis, non enim sciūt quid faciant: non orauit ita remitti, vt non vocentur ad pœnitentiam; sed vt subitanæ mortis pœna remittatur, & obstinatio, & aliæ pœnæ, donec credentes acceptent gratiam, & iusticiam, etiam cum facilitate. Et hæc oratio viguit à principio mundi, tū quia Christus est agnus occisus ab origine mundi, ob præuisum huius orationis meritum: ideo ob hanc orationem dictum est Adæ: *Ipsam conteret caput tuum,* & illuminatæ omnes gentes: & quicunque lumen diuinum, & conuersionem à Deo habet, hac impetratum est oratione. Secundum dubium est: Peret aliquis, an posse non acceptare gratiã, sit pœna peccati? Respondeo, quod posse non acceptare gratiam oblatam, & posse peccare, est infirmitas, nõ potestas; est defectus libertatis, non libertas, quo Deus suapte natura caret, & munere diuino confirmati in gratia, siue illi sint comprehenses, id est, Angeli, & beati, siue viatores, qualis fuit B. Virgo, Ioannes Baptista, & Apostoli, qui post haustum cœlitus spiritum sanctum saltem mortifere peccare non potuerunt. Et quanquã posse respuere gratiam sit uatura: est tamè pœna peccati Adæ in hoc, quia facilius Dei gratiam amplecteremur, si Adam non peccasset, vel si nos peccatis non tanta adderemus peccata, quanta addidimus. Maxime quia in exilio sumus, in quo multa nos impediunt, & retardant ab acceptanda gratia. Hæc ergo Christi oratio obrinuit, vt remittatur nobis omnis pœna, dum cre-

Quando primum veniã, & indulgentiam peccatorum Christus orans impetrauerit. Apoc. 13.

Gen. 3.

An posse gratiam non acceptare, sit pœna peccati.

Posse gratiam non suscipere, quid sit.

Act. 2.

dimus in illū, & incorporamur illi per Baptismum, & vt tanta ferè facilitate Dei gratiam nonnulli ex sanctis amplectantur, quanta amplecterentur, si Adam non peccasset: etiam si communiter permaneat naturalis infirmitas, qua postumus non acceptare, & non acceptandum peccare, vt Adã fecit, qui omni natura sua integra, & facilitate quam habuit non peccandi, peccauit nihilominus. Vnde opus est orare, vt fiat gratia amplectendi re ipsa iustitiã Dei. Tertium dubium est, an Iesus orando Patrem, vt illis parceret, licuerit nihilominus illis, perseverare in peccato, ac grauius delinquere? Respon- demus non licuisse, quia nec hoc postulauit Iesus à Patre, sed tantum vt expectentur, & tolerantur ad tempus: quia ipsi sponte peccabant, atque horum peccato Christus Dei Filius utebatur, ad illustrandam suam paciẽtiã & charitatem, in Dei gloriam, & nostram eruditionem. Quartum dubiũ est, Nonne melius fuisset, orare, vt statim conuerterentur, accepta gratia pœnitentiæ, resipiscentiæque? Dicimus opus prius fuisse perficere sacrificium, vt daret perfectum exemplum paciẽtiæ. Et non tollit Dei ordinem: quia non vult omnia simul facere, etiam si possit, sed per adminicula, & media instrumenta, vt & in hoc sibi cooperentur, & honorentur creaturæ. Sæpè sunt necessarij persecutores, & demones ad malum sollicitantes, vt Ecclesia pulchra ostendatur, & fortis, quæ potest hostes suos ad fidem conuertere. Reddit etiam illam illustrem, & gloriosam, quod nonnulli à persecutoribus pro Christo, & eius sponsa patiantur. Quintum dubium, an peccatum sit orare pro nostris persecutoribus, quod subito ad fidem, ac pœnitentiam conuertantur? Respondetur, nequaquam, si talis oratio ex amore Dei, & proximi procedat, secus si tantum vt nostra tormenta aut finiantur, aut leuiora fiant: quia hoc posset imputari quandoque amori proprio: & cū hoc Deus nostro, & non suo modo faceret. Sed Christus, qui nouerat Dei ordinem, orat pro eo, quod nouerat ef-

An Iesus orado Patrem, vt inimicis parceret, licuerit propterea illis in peccato persistere.

Quare Christus non orauerit, vt statim conuerterentur, accepta gratia pœnitentiæ, resipiscentiæque.

An sit peccatū orare pro nostris persecutoribus, quod statim ad fidem conuertantur.

se Dei voluntatem. Et ita Stephanus non orauit vt subito conuerterentur, sed ne imputaretur lapidatio illis in peccatum. Quanquã autem orando Christus petisset remitti illis omnes peccati pœnas, & quod subito per efficacem gratiam illuminarentur, quia ipse exauditur pro sua reuerentia: opus est subintelligere quod orauerit, & intellexerit sub illa conditione: Nõ mea voluntas, sed tua fiat, vt oratio esset rationi consona, & non repugnans primæ acceptationi calicis bibendi: quæ vel in totum, vel ex magna parte fuisset completa, si illi eo puncto temporis fuissent ad Deum conuersi. Sextum dubium est, an Christus hac precatione petierit, vt remittatur nobis omnis satisfactio pro peccato debita, ob illam Christi deprecatoriam satisfactio- nem, & satisfactoriam precationem? Respondeo, omnem satisfactio- nem quã debemus ex nostro, sine noua gratia, & auxilio Dei omnibus fidelibus fuisse concessam; quare & pro culpa, & pro pœna æterna quadranti culpæ satisfecit. Illa tamen satisfactio, quam ex gratia, auxilioque Dei debemus, haud fuit remissa, quia non tantum est pœna, sed etiam lucrum nostrum, quod Christus fecit: quare à nobis requiritur, vt saltè sic: seruiamus peccato, seruiamus iustitiæ Dei: vt docet Apostolus ad Romanos. Itẽ Ipse Christus est, qui vt caput per membra sua, ira ipse per nos vult satisfacere: atque hoc sua oratione promeruit, vt ille in nobis, aut nos in illo satisfaceremus. Dat ergo virtutem Christus detestandi peccatum, pudorem etiam de peccato, ac dolorem, studium quoque faciendi satis, per opera virtutum, contraria antiquis malis operibus. Soluimus etiam sic multas pœnas temporales pro nostris peccatis: sunt etiam vitæ æternæ, & multorum bonorum merita. Qui etiam vult dolere, atque affligi aliter quàm Deus vult, cadit in laqueum Satanæ, vt Iudas: vnde Paulus Chinthijs præcipit, vt consolentur pœnitentem: quia, inquit, non ignoramus cogitationes Satanæ. Quales sunt illæ cogitationes? Fortassis quando Deus

AA. 7.

Côditio huius precationis: Pater, dimitte illis.

Hebr. 5.

Matth. 26.

An Christus hac precatione petierit, vt remittatur nobis omnis satisfactio pro peccato debita.

*Rom. 6.
Qualis nostra satisfactio.*

*2. Cor. 2.
Quales sint Satanæ cogitationes, quas se non ignorare inquit Apostolus.*

inspirat de peccato detestando cogitationem nobis persuadere Satanas nititur, ut quæramus mundi solatia, vanasque creaturarum delectationes, ut ita istum doloris de peccato euadamus: quando verò videt nō posse nos obtinere, conatur nos adducere in maiorem tristitiam, ut inde abforti cadamus in accidiā, ac desperationem. Et hæc quidem de his, quæ dubitari poterant.

Quæ nobis documenta præbeat hæc Christi precatio.

Matth. 5.


Hac verò Christi oratione mone-mur in primis, iugiter petere à Deo veniam peccatorum, quæ nos reddūt stultos, & ut iumenta insipientia, & ut det intellectum, quo faciat nos scire illud quod facimus, non tantū pro nobis, sed etiā pro illis, qui nos persequuntur, ut Deus pro istis, & pro nobis gratam habeat hanc Christi orationem, ac largiatur gratiam illo spiritu & amore deprecandi, quo Christus fecit: & ut illis parcat, ac nobis donet, ut verè parcamus, & oremus pro quocunque à nobis verè offenso, vel qui se habet pro offenso, ut sequatur Christum, & sic precetur, atque in societate, & vnione cum hac Domini oratione, & fiducia, quod sit pro nobis facta, & viuat semper in conspectu Dei, sperare debemus. Quod si quid mali facimus, vel si quid minus in bonis operibus præstamus; dimittatur, quoties cum fide, & humilitate dicimus, Parce nobis: quia ut ait tuus Filius, nescimus illud quod facimus, etiam si maxime nobis scire persuadeamus, quod nescimus. Nec conturbet hanc orationem, quod nescire illud quod facimus, non est causa omnimoda ve-

niæ, sed potius quandoque maioris supplicij: quia nos fuimus nobis causa ignorantie, nam etiam Christus pro hac nostra culpa patitur, & satisfacit. Quia per peccatum Adæ ingressa est mors, & ignorantia in mundum, & Christus orauit pro quacunque ignorantia, quæ est peccato innata, etiam pro illa, quæ ex mera malitia & cum certa scientia peccamus, & oculos veritati spontè claudimus: quāuis in his ita peccatibus rarius & difficilior solet exaudire. Discamus igitur agnoscere peccata nostra, nos enim primi, & veri autores necis Christi sumus, & pro nobis quoque inquit, Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Milites enim illi peccatorū nostrorum ministri fuerunt, qui hoc ei irrogarunt, quod meruerunt peccata nostra. Quis autem sciuit, aut etiam nunc cogitat, quod peccata nostra Christum crucifixerunt, ut Paulus docet? Sed & hoc nescimus, quā magnum sit qui offenditur, & quā graue sit peccatum, nisi offensionem ipsam, & damnationem, in quam ducit, expendamus: quia hæc abscondita sunt ab oculis nostris. In primis verò ignorantiam omnium errorum, ac scelerū parentem fugiamus: nam illa tanquā alumna, & face deducimur in infernum, sicut scientia, ac sapientia recta tendimus ad æthereas sedes, imitaturque præcipuè Dominum Iesum Christum, qui etiam in hac precatione nobis est lux mundi, cui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuas laudes decantemus, in secula seculorum, Amen.

Rom. 5.
Pro qua igno-
rancia Christi
nobis agnos-
cenda roga-
uerit.

Hebr. 6.

Errorum om-
nium, ac scelerum
parentis
ignorantia est.



TRACTATUS XL.

De secundo verbo Christi ad latronem, in illa Lucæ verba: *Vnus de his, qui pende-bāt, latronibus, blasphemat eum, dicens, Si tu es Christus, saluum fac te ipsum, & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens, Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus; hic autem nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Lucæ. 23.

ANTILLANTE Dulciter philomela, plerūque viator, & peregrinus silit gradum sub arbore ad umbrā, ut ad tempus delectari valeat tam suauis, tamque grata animalis tam parui cantione: ad quem modum nos dum in hac vita peregrinamur, Christum nostrum Philomelā in Crucis arbore dulcissimè modulantem, variasque voces, & sonoras edentē audire, si Christiani sumus, debemus: nec enim hinc tantum est delectatio; sed etiam utilitas, ac salus nostra. Nam quid salutaris remissione peccatorum? Quid dulcius, quā audire, Hodie mecum eris in Paradiso? Expediuimus priorē vocem, agendum de secūda. Et in primis aduerte, ex septē verbis duo hæc priora, ac postremum illud, *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, enarrari à solo Luca: Matthæus verò, & Marcus referunt quartum verbum, *Eli, eli* (seu Eloi, eloi) *lamma sabathani*: solus autem Ioannes meminit reliquorum triū, nempe, *Ecce mater tua; Sitio; Et, Consumatum est.* Atque ita, ut testatur August. lib. De consensu

Christus philomelæ simili.

Mos Euangelistarum.

Matth. 27.

Marc. 15.

Ioan. 19.

Aug. lib. 3.

De consensu Euangel.

cap. 6. to. 4.

Euangelistarū, quisque expressit aliquid, quod nō alter, & vnus alteri nō repugnat. Pro hoc ergo secundo verbo explicādo, ait Lucas: *Vnus autem de his, qui pende-bāt, latronibus, blasphemabat eum, dicens, &c.* Primum dubium est, an Lucæ verba pugnent cū illis Matthæi & Marci, apud quos dicitur: *Id ipsum autem & latrones, qui crucifixi erāt cum eo, improperabant ei.* Id ipsum, id est, eadem verba, quæ alij obijci-bant, nimirum: *Si Filius Dei es, descende de cruce.* Hunc nodum ita dissoluit Hieron. in Matthæū. Primò enim per tropum Synodoches pro vno latrone vterque inducitur blasphemasse. Ambrosius etiam & Beda in Lucā. Deinde addit Hieronymus, vtrumque quidem latronem à principio blasphemasse, cæterum vnus illorū videns tenebras, credidit, & alterum compescuit, & conuersus ad Dominum, dixit, *Domine, memento mei.* Ita etiā Chrysostom. in Matthæū, & eius sequaces, Theophylactus, & Euthymius. Et confirmari potest exemplo Pauli, qui dicit se prius fuisse persecutorem, & blasphemum; postea autem Dei mise-

Quomodo
Matthæus, &
Marcus cum
Luca conueniant dicēte vnū ex latronibus insultasse, alitū credidisse.
Hieron. in
in Mat. ca.
27. tom. 9.
Amb. li. 10.
in Lucā, to-
mo. 5.
Beda. in Luc.
lib. 6. to. 6.
Hier. vbi supra.
Chrysost. in
Mat. to. 2.
hom. 33. &
sequaces,
Theophyl. &
Euthym.
tom. 2.

Horum verborum: Nos quidē iuste: nā digna factis recipimus, altera in interpretatio.

Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus. Id est, conueniunt nobis istae irrisiones, & insultationes: recordare quoties spreuerimus potentiam Dei, quasi illo essemus fortiores, quasi nec Deus, nec homo vllus posset supra nos: Quoties in magnis nostris iniquitatibus contra omnes interminationes, & admonitiones nobis factas diximus, quod fidebamus in Deo, & praestaret nobis auxilium euanendi ab omni malo: & ided non in Christum, sed in nos militat haec improperia, qui peccando audacter asserimus, quod fiduciam habemus in Deo, quasi Deo placeret impius, & impietas nostra: ided iuste diceretur nobis: Saluate vos metipsos. Dicebatis quod Deus vos saluaret, sub cuius fiducia impudenter peccastis: & qui contra nos haec diceret, nihil mentiretur, ac diceret quae digna sunt nostris auribus.

Sapient. 14.

Vnde latro agnouerit, quod Christus mali all gesserit.

Prima opinio Iaco. de voragine, ser. de Innocentibus.

B. Anselm. Matth. 2.

Secunda opinio.

B. Aug. lib. 1. de anima, c. 9. tom. 7.

de vulnere lateris eius emicuit, tanquam sacratissimo Baptismo fuisse perfusum. Sed reuera neque illa aqua erat baptismalis, nec forma vlla verborum adfuit, nec interrogatio si vellet baptizari: & apertio lateris Christi post mortem contigit, cum tamen latro ipso viuente esset conuersus. Ided ipse Augustinus alibi scribit: Satis erat Baptismus fluminis, vel inuisibilis Dei sanctificatio, quae sapē affluit, & sine visibilibus Sacramentis profuit, quando non contemptus, sed casus extrema necessitatis Sacramenta excludit: vel ipse etiam sanguinis Baptismus, qui etiam non pro Christo, cum Christo tamen effudit sanguinem: vt alibi idem Augustinus tradit. Tertio, Petrus Damianus in sermone quodam scribit, fidelem hunc latronem ad dexteram Christi fuisse versus Aquilonem; & ided in meridie vmbra corporis Christi obumbravit illum, & B. Virginē, quae astabat Christo crucifixo, ex parte huius latronis, pro eo preces fuisse; & propterea conuersum fuisse. Nam si vmbra Petri Christi discipuli sanabat infirmos, quanto magis vmbra corporis Iesu pendens in ligno, poterat animam latronis restituere sanitati? Sed haec magis pie, quam solide dicuntur, praesertim cum multos vmbra Christi tetigerit, nec tamen fuerint conuersi. Ad haec si hora sexta Christus crucifixus est, vt ait Ioannes, & ab hora sexta vsque ad horam nonam, in qua Dominus exspirauit, tenebrae factae sunt super vniuersam terram, vmbrae vlli locus esse non potuit, non existente luce. Proinde probabilius est, latronem hunc visa, ac probē perspecta Christi patientia, & insigni mansuetudine, & audita eius charitate, qua pro crucifixoribus orabat, cognitis quoque signis tenebrarum, terrae motus, & lapidum scissorum, dispositū fuisse, quod intus Dominum illustrantem, & irradiantem audiret, ac tam magnificam fidem conciperet eo tempore, quo & ei mors imminerebat, & Apostoli eius latitabant, vel negabant, & sancti, & perfecti viri tunc habitati, hoc est, Scribae, & Pharisaei, seniores, & Sacerdotes, ei insultabant. Latro non tantum

Ioan. 19.

Idem lib. 3. qu. est. super Leuit. quaf. 34. tom. 4.

Tertia opinio.

Petrus Damian.

Act. 5.

Ioan. 19.

Quarta opinio ceteris probabilior, quae placet auctori.

Iesum

Leo serm. 2 de pas. ini.

De Christo quale praeconium boni latronis.

Documentum nobis quale bonus latro praebat.

Quid est: Dominus memento mei, cum veneris in regnum tuum.

Ad percipiendam Dei gratiam qui sunt aptiores.

Iesum credidit resurrexerum, sed etiam regnaturum. Hinc Leo Papa sermone de Passione: Memento, inquit, mei Domine, dum veneris in regnum tuum. Quae istam fidem exhortatio persuasit? quae doctrina imbuit? quis predicator accendit? Non viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languentium curatio, cecorum illuminatio, viuificatio mortuorum; ea ipsa, quae mox erant gerenda, non adierant; & tamen videt supplicij sui esse consortem. Inde ergo oriebatur hoc donum; vnde accepit fides ipsa responsu. Ait enim ei Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Sic Leo. Haec Christi defensio, & patrocinium a latrone, non erat admodum honorificum in oculis mundi, sed etiam cum dedecore atque infamia coniunctum, nimirum quod Christus iustus, & sanctus, ac Rex haberetur a latrone; cum tamen ab illis qui docti ac religiosi habebantur, tanquam seductor & illusor condemnatus esset. Sed in oculis Dei aliter se res habebat: nam plerunque qui videntur docti, ac iusti, ignorantes sunt ac scelerati in oculis Dei: & latro, qui fuerat iniustus, modo tamen conuersus Iesu causam agit. A quo nos proinde discere par est, quando simili poenitentiae sensu tagemur, & gratia Dei iustificati sumus, vt Iesum tueamur, qui in conspectu carnalium & mundi videtur impugnat & accusatus a Sanctis, ac defensus a peccatoribus.

Sequitur in textu: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Iam incipiebat potestas tenebrarum superari a gloria Crucis Christi: iam Christi precatio fructum condebat, vt etiam latro spem salutis conciperet. Ex quo apparet, quod crucifixi, id est, afflicti in hoc mundo, aptiores sunt ad percipiendam Dei gratiam, cum videlicet omnem spem vitae deposuerunt, & honoris sui iacturam apud mundum fecerunt: quanquam non omnes afflicti equaliter accipiant conuersionis gratiam, tamen sunt magis apti, quam alij: vnde alter latro suo vitio perijt. Quanquam autem correctio alterius latronis, ex quadam misericordia orta sit, tamen haec con-

fessio ex magno lumine, quo videbat Christi crucifixi regnum, & potestatem seruandi, ad latrones vsque, qui nihil boni fecerant, profusam, profusa nata est. Memento ergo mei, Domine: mysterium crucis agnosco, & quod recordatus sis mei largiendo gratiam, qua viderem peccata mea, & innocentiam tuam profiterer, ac defenderem: charitatem tuam sum expertus in me, cum omnes diligas, pro quibus preces fudisti. Sed volo, ac peto, vt dum fueris in regno gloriae tuae, mei pro tua incomparabili bonitate velis meminisse: neque facias vt pincerna Pharaonis, qui succedentibus prosperis, oblitus est sui coniectoris, siue interpretis. Et non vidit latro, quod nihil boni annuntiauerat Christo, vt Ioseph fecerat pincernae, quia ipse bene se nouerat Regem: sed satis est illud vidisse Iesum posse dare regnum suum etiam latroni petenti, postquam Iesus pro omnibus precatus fuerat. Ided memento mei, quia iam memet mei poenitet, & amator factus sum, ac defensor tui, accusator mei, ac corrector alterius. In regno, inquam, tuo, quando eris liber ab omni poena: vbi potes esse liberalis, quia hic potestas tua est restricta: nec liberabis te, vel me, vel alium in hac hora, quia si sic faceres, poena tua esset minor ob gloriam, quae tibi cederet ex tali liberatione. Quare non peto vt memineris mei plusquam fecisti, faciendo me cernere peccata mea, & cognoscere te, ac me, & me pati pro te, & te pro me. Quia ergo facis me participem tuae crucis, fac & gloriae tuae: gratiam tuam desidero, quae ego non promereor, & habere partem de his tuis meritis, quae non hic, sed in regno remunerantur tuo, & quia tu hic recipis, non quod tu promereris, sed quod ego mereor; fac, vt in regno tuo ego recipiam, non quod ego mereor, sed quod tu promereris. Ego hic in patria mea feci te participem meritorum meorum, id est, suppliciorum, tormentorumque quae tu sustines, recipiendo non digna tuis operibus, sed meis. Idcirco quando eris in regno tuo, & accipies digna tuis factis premia, memento mei, vt ego sim particeps bonorum,

Correctio latronis Christi blasphemantis a bono latrone adhibita, vnde potissimum sic orta.

Genes. 40.

Ephes. 3. Ambrosius. Genes. 15. Infra. 26. Infra 43. Infra 45.

quàm petimus, aut intelligimus, ut ait Apostolus: ita ille pro suo ingenio facere solitus est, ut annotavit B. Ambrosius. Petijt Abraham à Deo filium heredem; sed Dominus donavit filium, ex quo etiam Christus descenderet, quod maius est. Precatus fuit Iacob, ut reduceret Ben-iamin, quem mittebat in Ægyptum: reductus est & cum eo frater eius Ioseph Princeps Ægypti, ac charissimus patri inuentus. Orabat bonus Tobias ut reduceret filium saluum: redijt saluus, diues, & vxoratus. Iudith petebat à Deo solui obsidionē ciuitatis: & adhuc Holofernen ducē exercitus proprio gladio capite truncavit. Anna vxor Helcanæ postulauit filium à Domino; & obtinuit Samuel virum sanctum, & Prophetam. Ita cum latro petijset à Iesu ut sui esset memor, cum venisset in regnū suum: Christus non solum se memorem futurum respondit, sed, quod maius est, illum, ut erat secum in cruce, ita secū futurum in paradiso, hoc est, liberum, & immunē ab omnibus malis; & participem suæ felicitatis & gratiæ. Et non dixit, In regno meo, sed, In Paradiso, ut indicet, se per mortē homines reducere in paradysum, vnde per peccatum Adæ eiecerant. Ob eam quoque rationem; quod ascensio propriè fuit Christo introitus in regnū ipsius, quando sublatuſ est ad dexterā Patris, noua ratione cum illo regnare incipiens. Rectè igitur frater Domini de orantibus: *Si quis vestrum, inquit indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; & dabitur ei. Dat quidem affluenter, & dat omnibus: quod non possunt Reges efficere, quia ut vni donent, alios spoliant. Et non improperat, ait; cum tamen humanæ imbecillitatis sit, collata improperare beneficia. Cyrillus Ierosolymitanus rectè inquit; O ingentem & inenarrabilem gratiam! Nondum Abraham fidelis ingressus est, & latro ingreditur: nondum Moyses, & Propheta, & iam latro iniquus ingreditur. Admiratus est te etiam Paulus, dicens: Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Qui tulerunt æstum, nondum ingressi sunt: & qui vndecim hora venit, ingres-*

sus est. Nemo murmuret contra patrem familias, cum ille dicat, Amice, non facio tibi iniuriam. Sic ille bonus Pater. Sed hoc loco interrogabis, qua ratione in paradysum introducat latronem; cum inde ob latrocinium expulsus fuerit Adam, & positus fuerit Cherubin cū igneo gladio ad custodiendam viam ligni vitæ à latronibus? Adhæc parum est honorificum & gloriosum introducere latronem in Regium palatium illud, in quod nihil coinquinatum intrat: præsertim eo die, quo ipse ingressus suum in regnum facit. Et cur non potius comitatus à sanctissima Matre, & Ioanne Baptista, atque alijs iustis, Patriarchis, & Prophetis ingressum facit? Iniuriam videtur Imperatori, comites infames & viles habere; & latroni pulsanti ad ostium regni statim aperire, cum iustos per tot secula expectare fecerit. Respondemus ex doctrina Chrysostomi, comitatum latronis cū Christo regnum introeuntis, dedecus non esse, sed magnum & eximium honorem Christo peperisse. Nam ut laudibus celebrandus esset medicus, & de sapientia commendandus magis, qui infirmum iam deploratum sanitati restituit, quàm si alium languidum non mortiferè laborantē curaret: ita Christi gloria medici est, tot mortiferis plagis istum sanare. Deinde posset Christus dicere: Inueni mūdum latrocinij refertum, comperi homines antiqui latronis Adæ filios existere: vnde præda mea non potuit esse nisi ex latronibus; quos ego nouam rationem furandi, & rapiendi regnum cælorū docui: neque de hoc sancto furto vnquam fiet querela, quia isti latrones sunt sanctissimi, mihiq; perfimiles: nam regnū cælorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et latro in ostio paradisi non est cognitus ut latro, sed ut gloriosa Christi præda; ideo cū horrore magno permiffa est intrare: nam ascēdens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Quod autem Adam de paradiso fuerit exclusus; merito factum est, quia ille impœnitens erat, & vix agnouit peccatū suum; hic autem non tantū agnouit, sed & accusauit, & confessus est; ideo dignus paradiso. Potest etiam

Ibidem. Genes. 3. Quomodo latro in paradysum inducitur, cū inde Adam fuerit expulsus. Apoc. 21. Chryf. hom. de cruce & latrone. tom. 3. Mat. 11. Psal. 67. Ephes. 4. Adam de paradiso cur fuerit exclusus. Genes. 3.

Matth. 20. Clavis paradisi quænam illa. Supra 14. Iacobi 2. 1. Reg. 22. Aug. serm. 130. de rep. ante mediu tom. 10. Christi beneficentia soli, ac munificetia. Matth. 21. Christi medici patientia.

Christus dicere, Patrem familias sibi procuratori vineæ præcepisse, ut operarijs reddat mercedem, incipiendo tamen à nouissimis vsque ad primos. Ego igitur ut Patris procurator ultimo venientem remunerare coepi. Si clavis Paradisi (quæ mea est crux) fuisset in manu mea, quando decollatus est Ioannes Baptista, confestim absque pulsū ianuz esset ingressus: nunc autē cum in manu existat mea, & latro pulset, quidni aperiam? Adhæc si latro est meus commensalis, utiturque eodem cibo & potu mecum; quid mirū si ego diues pro eo paupere symbolum pendam? Si iuste Adam latro excusando suum delictum, exulauit à Paradiso; cur hic latro seipsum accusans, & Deū excusans, non introducatur in regnū? præsertim cum misericordia super exaltet iudiciū. Neque mirum est, Christū latroni regnum distribuisse; quia iam in huius rei typum Dauid, cum persecutionem pateretur à Saule, socios habuisse exules, & amariatos animo, atque ære alieno obæratos scribitur. Audi Augustinum sermone in Parasceue, de cruce & latrone dicentem: *Et quidem nemo Regum aliquando passus est latronem hominem, aut quenquam alium eiusdem nature conseruum secū assumens ita in ciuitatem introducere, sed Christus hoc fecit, qui mortis & diaboli victor, & sacratissimam ingrediens patriam, secum latronem introducit, non conculcans paradysum istius pietatis opere, sed honoras; neque confundens latronis introitu, sed illustrans. Honor namque paradisi est talem Dominum habere, qui etiam latronē dignum facere posset paradisi deliciarum. Etenim cum publicanos & meretrices introduceret in regnum cælorum, non confundit, sed extulit regnum cælorum; neque deiecit, sed potius honorauit paradysum. Honor enim, ut dixi, est paradisi, talem habere Dominum, qui & latronem dignū facere possit delictis & possessione paradisi. Talis est enim Domini regnum cælorum, ut & meretrices & publicanos ita probabiles reddat, ut digni appareant gratia, & gloria, qua illic est. Quemadmodum enim medicum tunc maxime admiramur, cum viderimus eum difficiles hominum valetudines curantem, mortisq; pericula*

medendi arte vincentē: ita & Christum admirari iustum est, quando insanabilia vulnera in corporibus & mentibus curat, quando publicanum & meretricē ad tantam sanitatem perducit, ut etiā cælo dignos ostendat. Et quid tali dignum quiereregerat latro, ut post crucē, quæ meruerat, repente paradiso dignus indicaretur? Vis breuiter dicam virtutē fidei eius? Quando Petrus negauit deorsum, tunc ille confessus est sursum. Rursus idem sermo, de feria tertia Pasche: Magna fides (scilicet latronis) huic fidei quid addi possit, ignoro. Titubauerunt, qui viderunt Christū mortuos suscitantem: credidit ille, quem videbat secum in ligno pendentem. Quando illi titubauerunt, tunc ille credidit. Qualem fructum Christus de arido ligno percepit? Quid enim Dominus dixerat: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso? Tu differis te, ego agnosco te. Quando hoc speraret latro, adductus de latrocinio ad iudicem, à iudice ad crucem, de cruce ad paradysum? Deinde ipse attendens merita sua, non dixit: Memento mei, ut liberer me hodie, sed, Cum veneris in regnū tuum, tunc memor mei esto: si mihi tormenta debentur, vel quousque veneris in regnum tuum. Et ille: Non inuastisti regnū cælorum, vim fecisti, credidisti, rapuisti, hodie mecum eris in paradiso, Non te differo. Tanta fidei hodie reddo, quod debeo. Latro dicit: Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Non solum credebatur resurrecturum, sed etiam regnaturum. Hæc ille.

Secundum dubium est: Quomodo dicente Domino: *Hodie mecum eris in paradiso*, Paulus dixit, quod nullus sanctorum receperit promissionē. Respondet Theoph. his verbis: *Et quidam dicunt, quod Apostolus non de omnibus sanctis asserat, quod receperint repromissionem; sed de his, quos ipse solum enumerauit. Enumerauit autem alios quidem multos, latronis autem non meminit. Audi enim quid dicat: Hi omnes, demonstrando eos, quos sermo enumerat, quibus latro connumeratus non est. Alij autem dixerunt quod latro nondum sortitus sit in paradiso conuersionem; sed quia inuariabilis sit, & mentiri nequeat Domini promissio, ideo dictum esse: Hodie mecum eris in paradiso. Est enim & hac species*

Luca 18. Fidelis latronis præstia ex August. Marci 14. idem serm. 147. post med. Matth. 11. Quomodo dicente Dño: Hodie mecum eris in paradiso, Paulus inquit, quod nullus sanctorum receperit promissionē. Hebr. 11. Primus latio Theoph. in Lucam.

Paradisus quid proprie significet

Christi liberalitas in sanctum latronem.

2. Cor. 12. Ibidem.

Apocaly. 2.

Esther. 2.

Matth. 14.

Boni latronis documentum.

In peccatores nimirum confidentes. Eccles. 5.

quæadmodum dici solet, Vbi Rex, ibi curia, vbi Papa, ibi Roma: ita vbi Deus finit se videri, ibi est paradísus, qui idem est cum regno, quod latro petierat. Nam ita hæc vox paradísi, quæ proprie hortum deliciarum significat, extenditur ad significandum metaphoricè Dei visionem, ac cælestis regni delicias. Hinc Paulus dixit se raptum in Paradísium, & in tertium cælum: & Dilectus ait: *Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in Paradiso Dei mei.* Neque dimidium regni sui, vt promisit Esther sponsæ suæ Assuerus, & Herodiadi tanti Herodes in Euangelio, sed Christus totum liberaliter regnum promittit. Magnum igitur exemplum exhibetur etiam ingentibus peccatoribus nõ desperandi, si latro vno suspirio ac verbo regnum est adeptus: & in extremo vitæ spatio dum ab eo vitam temporariam eriperet Pilatus, ipse sancto furto furatus est à Christo vitam æternam. Et timendum, ne huius latronis exemplo tardent multi conuersionem suam, ac procrastinando pereant, contra illud: *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Sed isti respicere de-

bent lateri Christi adfuisse alterum latronem, qui non est conuersus: & non semper est dies illa Veneris sancta, & Iubileo insigni sanguinis Christi effusi ornata. Præterea priuilegia paucorum non sunt in consequentiã trahenda, & qui promisit omni hora exauditurum ingemiscientem peccatorem; non tamen promisit pœnitentiam veram, & gemitum quo caruit Esau, & ipse Iudas Christi proditor. Adhæc qui pollicetur se omni tempore, atque omni hora exauditurum, nõ promisit crastinum diem, cum multis de causis possit vita deficere, vt experientia docet quotidie. Difficile postremo est in fine vitæ verè respiscere, & fructus dignos facere pœnitentiæ. Proinde demus operam, ne tempore ad pœnitendum concessio abutamur, perniciosèque fallamur: nemo tamen etiam, vel vndecima hora vocatus de Domini bonitate diffidat: nam omnibus nostris delictis, atque sceleribus fortior est sanguis effusus innocentissimi agni Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis detur honor, & gloria, atque imperium in seculis seculorum, Amen.

Ezech. 18. & 33.

Gen. 27. Heb. 12.

Quid nos ad spem venturæ possit erigere.



TRACTATUS XLI.

De verbis Christi tertio loco dictis ad Matrè, & ad Ioannem, in illa verba Ioannis: *Stabat autè iuxta Crucè Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & Discipulum stantè quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, Ecce filius tuus. Deinde dicit Discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accipit eam Discipulus in sua.* Ioan. 19.

PRIMO verbo cum profexisset Iesus peccatoribus nondum pœnitentibus, pro quibus rogauit Patrem, de-

inde pœnitentiam agèntibus, significatis in latrone, cui pollicitus est Paradísus, nunc verò iustis omnibus in vtroque sexu repræsentatis consulere voluit,

Christi in matrem, & Ioannem benevolentia. Luc. 23.

Ibidem.

Cur hæc historia solum Ioanni obliget enarranda.

Matth. 27.

Marc. 15.

Aug. lib. 3. de consen. Euang. ca. 21. 10. 4.

De mulieribus quæ ad Crucem Domini stabant, quomodo inter se Euangelistæ consentiant, cum alij prope, alij à longe eas stetit commemorat.

eos sibi inuicem commendando. Obserua etiam, duo fuisse Iesu verba, alterum ad matrem, alterum ad Ioannem, ita vt verè dici possit octo fuisse verba Iesu in Cruce: sed nos hæc duo pro vno computamus, eo quòd cõiunctim, & sub vno contextu fuerint à Domino dicta. Ac merito Ioanni, qui præsens Cruci adfuit, & huius sermonis fuit auditor, datum est inter Euangelistas hanc vocem describere: quòd vidisset ab alijs esse prætermissam, & quòd in ea summa eius dignitas, atque prærogatiua declararetur. Nam custos B. Virginis his verbis fuit deputatus, illique in filium assignatus. Sed iam expendamus Euangelistæ verba: *Stabat, inquit, iuxta Crucè Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene.* Quibus in verbis considerandum est, quomodo dicantur stare iuxta Crucem, quas Matheus dicit stetit à longè, his verbis: *Erant autem ibi mulieres, multa à longè, quæ secuta erant Iesum à Galilea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.* Similia ferè dicit Marcus. Deinde aliud exurgit dubiũ: *Quid est quod Matheus, & Marcus non meminerunt virginis, cuius tamè meminit Ioannes.* Ad primum dubium respondet Augustinus libro de consensu Euangelistarũ, quòd nisi apertissime Matheus, & Marcus Mariam Magdalenam nominassent, possemus dicere alias iuxta Crucem, & alias longè stetit nullus enim eorum, præter Ioannem, matrem Domini commemorauit. Nunc ergo quomodo intelligitur eadem Maria Magdalene, & à longè stetit eum alijs mulieribus, sicut Matheus, & Marcus dicunt, & iuxta Crucem fuisse, sicut Ioannes dicit, nisi quia in tanto intervallo erant, vt & iuxta dici possent quia in conspectu eius præsto aderant, & à longè in comparatione turbe propinquiũ circumstantis cum Centurione, & militibus. Possumus etiam intelligere quòd illarũ, quæ simul aderant cum matre Domini, postquam eam Discipulo commendauit, abire iam coepissent, vt à deo straturæ se exuerant;

& cætera, quæ facta sunt, longius inuenerunt; vt cæteri Euangelistæ, qui post mortem Domini eas commemorauerunt, iam longè stantes commemorarent. Hucusque Augustinus, cuius secunda solutio primum, & secundum dubium euacuat. Quòd verò Ioannes hoc solum scripserit, scitè admodum Ambrosius libro de institutione Virginis annotauit, dicens: *Docuit hoc Ioannes, qui mystica magis scripsit. Alij enim Euangelistæ scripserunt quòd in passione Domini terra cõtremit, Sol refugit, persecutoribus venia postulata est. Iste Dilectus Domini, qui è pectore eius hauserat secreta sapientiæ, & piæ voluntatis arcana; ab alijs dicta præterijt; hoc diligentius persecutus est, vt maternæ virginitatis perseverantiam suo iudicio comprobaret; quasi filius de matris pudore sollicitus, ne quis eam tanto conuitio temerata integritatis aspergeret, dignum quippe erat, vt qui latroni veniam donabat, matrem dubio pudoris absolueret. Dicit ergo ad matrem: Mulier, Ecce filius tuus. Dicit & ad Discipulum: Ecce mater tua. Ipse est Discipulus, cui mater cõmendabatur. Sic ille. Euthymius autem secundum dubium attingens, sic resoluit, Quidam dicunt quòd Dei mater est (Gregorius Nysseus, & sententiam Theophylacti apud Marcum, vt put o impugnã) quæ apud Euangelistas nunc quidem Iacobi; interdum verò Maria Ioseph mater nominatur, quãdoque autem Maria Iacobi, interdum verò Maria Ioseph. Nam hi filij erant Ioseph: & quẽadmodum pater illorum vir eius dicebatur propter dispensationem, ita rursus ipsi filij Virginis. Verũ sermo istè absurdus videtur. Primum siquidẽ, quid prohibebat eam appellare matrem Iesu? præsertim cum in præcedentibus narrationibus, vt plurimum ita eã appellauerint? Deinde absurdum quòque foret in locis sequentibus vbi que Magdalene ei præponi, & ostendere illam fuisse matre Dei feruentiorem. Vnde suspiciantur alteram quãdam fuisse hanc Mariam, quæ mater erat Iacobi parui, & Ioseph, non filiorum Ioseph, sed aliorum, qui erant & septuaginta Discipulis: nam multæ tales similes erant nominis apud Iudæos. Verissimè est*

Cur historiã hanc cõmentat sibi? Virgini scripte rit solum Ioannes.

Ambros. li. de institut. virgi. ca. 6. in fine, to. 1.

Alterã solutio.

Euthym. c. 67. in Mattheum. Greg. Nyss. de resurre. Christi orat. 2. Theophy. in Marci 15.

autem tunc Dei matrem propinquius Cruci assistisse, quam ceteras mulieres, idque viscerum inflammatione Iudaeorum vincente timorem, fortassis verò etiam circumfisse, cum propter naturae aculeos in eodem loco manere non posset; postmodum autem apud monumentum mansisse, & singula conspexisse. Quod si hoc recipimus, quaerendum est, quomodo ipsius non meminerunt Evangelistae? Quia de ea notum erat quod adfuerit, & quae matrum sunt, demonstraverit. Idedque neque plantam eius scripserunt: abunde enim satis fecerunt pronuntiantes, quod filium docentem sequebatur. Tertium dubium est: Quomodo verum est quod David de Christo praedixit: *Qui iuxta me erant, de longè steterunt: & vim faciebant, qui quaerebant animam meam,* & sic Matthaeus, & Marcus mulieres steterisse narrant, cum tamen Ioannes dicat quod stabat iuxta Crucem mulieres, ac simul Ioannes cum illis? Respondemus, haec invicem non pugnare. Nam reuera, & longè steterunt, & iuxta Crucem steterunt: verè siquidem steterunt longè dicuntur, quod attinet ad defensionem, & auxiliium praestandum: nullus siquidem ea ratione Christo appropinquavit, ut eum defenderet ac tueretur. Possunt quoque dici iuxta Crucem steterisse, ut ait Ioannes, non tantum situ corporis, sed etiam, ut animis suis illi condolerent: & cui manibus ministrare non poterant, saltem cordibus completerentur. Quartum dubium: Cur Dominus voluit suos adesse Cruci, praesertim verò matrem, ac Virginem sanctissimam? Respondetur, primum quidem in communi voluisse multos, ex suis sibi adesse morienti: quia poena peccati est in praesentia suorum pati, ut eorum conspectu maiori conficeretur dolore. Adhaec voluit illos esse à longinquo, nullam defensionem praestantes: quia etiam hoc supplicium est peccati. Providere etiam voluit iustis, ut se mutuo agnoscant, & ament, etiamsi mundus ignorans eos persequatur: neque permittant se decipi, putando se solos, ut fecit Helias, qui dicebat: *Derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam, ut auferant eam.* In specie

autem voluit adesse Mariam Virginem, non sine magnis rationibus. Ut fides eius insignis, & à beata Elisabetha commendata elucesceret, & declararet se non excidisse à fide eorum, quae Angelus praedixerat, nempe quod saluaturus esset populum à peccatis eorum, & quod accepturus esset sedem patris sui Davidis, & regnurus in domo Iacob. Deinde ut in illa praesente, & dolores filij spectante, gravius pateretur non tantum in se, sed & in amantissima matre, & Virgo non solum in seipsa, sed & in filio suo charissimo cruciaretur, cuius clavi manus, ac pedes suffigentes, cor matris penetrabant. Hinc iuxta Crucem esse dicitur, corpore scilicet: nam mente, atque animo in ipsa Cruce Christi erat, sicut & Christus in matre: habebantque se tanquam duo specula mutuo se spectantia, ita ut quicquid esset in uno, esset quoque suo modo in altero. Hac igitur ratione dolores Christi in Maria, & dolores Mariae in Christo extiterunt: atque hic fuit gladius ille à Simeone praedictus. Adhaec mater cruci assistit, ut humani generis reparatio ruinae mundi congrueret. Ut enim ruina ex eo est secuta, quod mulier ad lignum scientiae boni, & mali accedens comedit, ac proinde mortua est, & viro tradidit in mortem ad edendum: ita hic è contrario (siquidem contraria contrariis curantur) vir primò de ligno amaro Crucis gustavit, ac foemina gustandum praebuit. Et ut ibi à duobus, sed praecipue à viro casus mundi profectus est, ita salus, ac redemptio à duobus, sed praesertim à Christo proficiscitur. Nam quicquid habet virtutis Maria, à Christo accepit: non tantum propter decentem quandam congruentiam, sed etiam propter excellentem Christi in redimendo virtutem, quam matri suae (cuius opera minime indigebat) tanquam cor redemptrici communicare voluit, non solum sine dedecore suo, sed cum magna gloria ipsius Christi. Nam ut prior foemina à viro habuit costam, ex qua condita fuit, ita secunda Heua haec spiritum à Christo accepit, quo posset esse alijs auxilio, & saluti. Quarto, matrem prope Crucem vocavit Iesus, ut ipsa

Luc. 1.

Matth. 1.

Luc. 1.

Il.ratio.

Luc. 2.

Ill.ratio.

Gen. 3.

Quaequid virtutis in Maria extitit, id totum Christo debetur duplici nomine.

Supra. 2.

III.ratio.

Quomodo iuxta Crucem Iesu hic mulieres stabat, cum David praedixit notos, & proximos à longè steterisse. Psal. 38.

Cur Dominus suos Cruci ad esse voluerit, praesertim verò matrem, ac Virginem sanctissimam.

3. Reg. 19. Cur Virgo in primis Cruci Dominice assistit.

Gen. 22.

Marris septem Machabaeorum cum matre Xpi comparatio. 2. Macha. 7. & seq. B. Virgo Cruci assistens quos referat.

1. Reg. 1.

Infra 2.

V.ratio.

Psal. 22.

Esai. 11. Quae nã illa virga, qui baculus, de quibus propheta, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Gen. 32.

Deipara Virgo Cruci assistens, quor & quanta à Christo beneficia sit consecuta.

Ioan. 2.

In morte cuiuslibet hominis electi celebrantur nuptiae in caelo cum Christo. Stabat igitur Maria iuxta Crucem Iesu, non solum corpore, & mente, sed etiam fructu: quia de Crucis virtute participavit gratiam praeservantem ab omni pec-

cato, non tantum mortifero, sed etiam veniali, quod paucorum est; imò etiam ab originali mea quidem sententia, quod solius est matris. Accepit & tantam gratiam, ut simul esset & mater, & virgo, & ne quovis modo maternitati Virginitas repugnaret: Gratiam etiã constantiae, quae ut Ecclesiae sanctae firmissima columna, & magistra, & advocata fuit, dum viveret: obtinuit & ex hoc ligno Crucis, suavissimae mortis, hoc est, sine ullis doloribus donu, & resurrectionis citae, & ascensionis in corpore, & anima, & exaltationis super omnes choros Angelorum gratiam: & ut tanquam Domina nostra, & advocata filios suos ad se clamantes exaudiat, & consoletur, & sua insigni charitate ad se alliciat, atque recipiat. Denique obtinuit, ut sua virginea lampade utramque Ecclesiam, & Militantem, & Triphantem, illuminaret: & ut mulieres illas, quae longè erant, suo exemplo pertraxit ad Crucem, ita filios suos meritorum suorum opibus locupletatos, ad mortem sustinendam pro Christo invitare posset. Stabat igitur iuxta Crucem Iesu mater eius: constans nimirum, intrepida, invidua, atque adeo ipsa Cruce, & omnibus tormentis superior. Quare stultum est, & temerarium, quod Brentius in hac Ioannis verba scribens, definire est ausus, B. Mariam in passione Christi à fide excidisse, autus sit affirmare. Quare stultum est, & temerarium, quod Brentius in hac Ioannis verba scribens, definire est ausus, B. Mariam in passione Christi à fide excidisse, autus sit affirmare.

Qua ratione ductus Brentius, B. Virginem in passione Christi à fide excidisse, autus sit affirmare.

Qua ratione ductus Brentius, B. Virginem in passione Christi à fide excidisse, autus sit affirmare.

Matth. 26.

Irena. li. 4. adversus haeres. 51.

Aurca Irenaei martyris, & episcopi regula.

Luc. 2.

**Quibus ratio
nibus quidā
contenderit,
Ioannē Euā-
gelistam dig-
nitatem filij
naturalis Ma-
tris Dei ob-
tinuisse.
Math. 26.
Prima ratio.**

**Secunda ra-
tio.**

Tertio ratio

**Improprie
quis dicitur
filius.**

Iob. 38.

ciuitate, quidā alius concionator inter alias dotes, & priuilegia B. Ioannis Euangelistae, istam reculit, Ioannem dignitatem filij naturalis Matris Dei obtinuisse: quod his rationibus se putabat euincere. Primò, quia sicut illa verba, *Hoc est corpus meum*, tantae sunt efficaciae, vt per illa efficiatur verum Christi corpus: ita hæc Ioannem filiū naturalem instituerunt, efficiendo in eo relationem filiationis, non autem quod per ea verba fuerit facta trās substantialiatio Ioannis in Christum. Secunda: Generatio est causa efficiens huius relationis, quæ dicitur filiatio, & non causa simpliciter prima, quia illa est Deus: sed quicquid Deus agit medijs causis secundis, potest operari sine illis, cum causa efficiens sit extrinseca, & non de rei essentia, & plus insuat in effectum, quam ipsa causa secunda, quæ in virtute primæ agit: potuit ergo Deus relationem illam realem, quæ dicitur filiatio, in aliquo homine absque vlla generatione actiua, passiuæque alterius efficere. In quocunque autem est relatio filiationis realis, ille est verè filius, & non genitus, nec etiam adoptiuus, & improprie dicitur. Voco autem naturalem hanc filiationem, non quod ex principijs naturalibus secundum communem naturam cursum prouenerit, quia re vera fuit supernaturalis prærogatiua tanta Ioannis; sed dicitur naturalis, vt distinguitur contra adoptiuum, id est, eum, qui loco filij naturalis adoptatur, cum sit alienus. Præterea hoc videtur insinuarè Textus, qui dicit, quod discipulus accepit eam in suam, nimirum parentem, siue matrem. Hæc sunt illius opinionis fundamenta.

Respondemus, quæstionem hanc facile habere posse expeditionem, si sermo esset de filiatione impropria, & ea, quæ per analogiam, aut similitudinem quandam accipitur. Dicitur enim improprie, & metaphoricè filius, quicquid habet aliquas similitudines ad illud vnde processit. Hinc creaturæ omnes cum similitudinem, aut vestigium aliquod Dei habeant; dicuntur filij eius. Ait enim in libro Iob: *Quis est pluuia pater? vel quis ge-*

*nuit stillas roris? Perfectius adhuc homo, qui filius Dei dicitur, quod in natura intellectuali conditus fuerit: hinc dicitur: Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Adhæc; erat super hanc typica quædam, & umbratilis ratio filiationis in lege, vnde dicebat: *Filius meus primogenitus Israel*, quod videlicet illum populum peculiari munificentiæ ex Ægypto eduxisset, singulari prouidentia, lege, & Prophetis gubernasset. Super has eminet ratio filiorum Dei per gratiam, qui spiritu adoptionis præditi sunt, & excellentius Deum repræsentat. Hæc autem filiorum Dei per gratiam adoptio in gloria perficitur, ac consumatur, vt præ illa hæc vix nomen filiorum mereatur. Quare Apostolus dixit: *Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.* Quod si etiam mentis oculos ad Angelos attollamus, inueniemus & illos peculiari ratione appellari filios. Ita frequenter in libro Iob dicitur: *Cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*: quod peculiari ratione similitudinem Dei gerant. Rationes istæ enumeratæ metaphoricæ sunt, & improprie, & Deus præter Verbum suum, neminem alium habet filium naturalem: ad quem si cõponamur, à ratione filiorum cadimus, & planè eius sumus serui: quia Verbum solum de substantia Patris gignitur opere vitali, & non in specie, sed in eadem numero natura. Si autem hic sit sermo de vera, propria, naturalique filij ratione, non videtur verum, Ioannem illis verbis naturalem Virginis filium institutum fuisse. Quod his rationibus euincitur. Primò, quia fieri nequit, vt aliquid recenter ad aliud referatur, sine aliquo huius relationis fundamento: relatio autem filij ad matrem, habet pro fundamento fuisse ab ea genitum: nam vt dicitur in libris Metaphysicis, pater, vel mater, ac filius, pertinent ad secundum modum eorum, quæ ad alterum dicuntur, & quibus ad se inuicem*

Deut. 32.
Populus Iudæorum qualis erat primogenitus Dei.
Exod. 4.
Ratio adoptionis filiorum Dei in quo sita sit.
Rom. 8.
Angeli cur filij Dei ipsi quoque nominentur.
Iob. 38.
Filius Dei qualis Christus.
Quod Euangelista Ioannes naturalis Virginis filius non sit à Domino cõstitutus, multis ostenditur. Prima ratio.
Arist. li. 5. metaphys.

**Secunda ratio
ab accidentis
natura.**

Tertiatio.

Quarta ratio

**Propositæ
opinionis ar-
gumenta sol-
uuntur.**

**Secundum
argumentum.**

referantur, agèdi vis, atq; patiendi fundamentum præstat. At Euangelista nunquã fuit ex Virgine progener, ergo nec dici, nec esse filius naturalis potest. Deinde quia non poterat Christus insitam sibi, & antiquam filij rationem in discipulum transferre accidentis respectui natura obistente: quæ ea est, vt nequeat ab alio in aliud transferri subiectum, ne contradictorias assertiones de eadem re admittere compellamur, vt vnus, & idem sit de eadem fœmina genitus, & non genitus; ac proinde eiusdem simul sit filius, & nõ filius, quod est absurdum. Tertio illud quoque minus tolerabile, quod vnus & idem homo duas habeat matres, ex quibus sit progenitus. Quarto repugnat, iantum priuilegium filiationis naturalis matris Dei in Ioanne, tot seculis Eclesiæ Doctoribus fuisse ignotum atque celatum. Nec obstant in contrarium argumenta proposita. Nã quod Iesus diuina virtute mysticis verbis conuerterit panem in corpus, & vinum in sanguinem: hoc est, quia res absoluta in aliam transmutari potest; at illud quod est ad aliud, de integro referri absque alio relationis fundamento ad aliud non potest, quia id rei natura non patitur. Sicut non potest facere similitudinè sine qualitate, nec æqualitatem sine quantitate ponere, sicut nec definitum sine definitione, aut partibus eius: ita nec relationem sine fundamento: nam similitudo in sui definitione includit eandem qualitatem, & æqualitas eandem quantitatem. Secundum argumentum non obstat, quod quanto Deus agit aliquid in causa secunda, quæ sit in genere causæ efficientis, tunc potest agere sine illa: hoc enim tunc verum est, nisi vltra quod sit causa efficiens, habeat etiam alium modum causæ formalis, vel materialis: quia tunc non oportet quod possit agere sine illa: sicut non potest efficere volutatis, vel intellectus actiones sine facultate intellectus, & voluntatis, vel sine anima ipsa omnino. Quia etsi anima sit causa efficiens actus sui in genere causæ efficientis; tamen est etiam in genere causæ materialis, & recipientis. Quod autem idem possit

esse recipiens, & efficiens: non est obsecurum. Quia sufficit quod anima sit efficiens principale, & recipiens mediatum: at potentia est recipiens immediatum, & efficiens, non primariũ, sed secundarium, aut instrumentum. Hinc Philosophus in libris Physicorum docet efficiens non concurrere cum materia, nec efficiens cum forma ad idem numero efficiendũ. Intellige de efficiente principali, & materia ex qua, & de forma, quæ proprie est altera pars compositi, & non de illo, quod largo modo dici potest forma. Nec valet illa distinctio de naturali contra adoptiuum, & sic sit supernaturalis. Sed certè hoc est expressè cõtra dicta Sanctorum. Nam Hieronymus super epistolam ad Ephesios colligit, Christum non posse dici filium adoptiuum, sed naturalem: quia nullum vnquam tempus fuit, quo non fuit, & postea filius est factus. In hoc ergo constituitur differentia inter natura & adoptione filium, quod naturalis nunquã fuit non filius; at adoptiuus aliquando fuit nõ filius. Et Ioannes ante verba Christi non habuit illam relationem; ergo nõ potest esse filius naturalis. Adhæc Hilarius libro de Trinitate ostendit Christum non dicendum adoptiuum: *quia neque non natus est, qui filius est; neque qui filius est, aliter potest quam nascẽdo esse, qui filius est.* Hæc ille: quæ probatio periret, si vera esset istorum doctrina. Idem pertractans illud: *Filius primogenitus meus Israel*: *Non est, inquit, vera & perfecta natiuitas, vbi deputatur magis, quam generatur: quia non ambiguum est eum populum, qui in filium nascatur, & fieri. Quod autem sit, cum non fuisset, & per id, quod factum est, dicitur nasci: non est in eo vera natiuitas, quia ante aliud quam natum est, fuerit.* Hæc ille. Quod autem filiatio consequatur generationem, docet verbum Prophetæ dicentis: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: vbi vides ex generatione oriri filiationem. Ad illud verò, quod vltimo loco obijciebatur ex textu, quod Discipulus accepit eam in suam: respondemus, Græca exemplaria, & emendatiora Latina

Philosoph. 2. Physic.
Hierony. in cap. 1. epist. ad Ephesios tom. 9.
Naturalis filius & adoptiuus differunt.
Hilar. li. 1. a de Trinit. sub initium
Quare Christus non sit filius Dei adoptiuus, sed naturalis secundum Hilarium Idè ibidem. Exod. 4.
Vbi vera nõ sit nec perfecta natiuitas, eodẽ autore.
Vnde ortatur filiatio.
Psal. 2.
Tertium argumentum

suum? Dicendum est, quod illa ob honorē, quem deferebat verbis Christi, proculdubio accepit Ioannē in filium: nam cum Christus sit pastor, & Maria ouis, Maria vocē pastoris agnouit sui. Et cum Christus esset, & mater ouis, quæ balatum agni sui agnoscat; ita Maria Ioannem accepit in filium. Quia verò dubitari poterat, an Ioannes Mariam in sua acceptaret, quoniā adhuc nondum plena lux illuxerat, nec Spiritus sanctus eum donis suis illustrauerat, expressit quod magis dubiū esse poterat, tacuit quod min⁹ erat dubiū, vt intelligas verbum Christi fuisse cū potestate & gratia, non tantum præceptum, siue legem. Ades præterea habebat Ioannes, in quibus reciperet Deiparam, Maria verò nullas in quibus reciperet Ioannem, sed pro illis ædibus in cœlestibus mansionibus & æternis tabernaculis tanquam peculiarem filiū suum. Ioanni igitur contulit virtutem & voluntatē præstandi quod Christus præcipiebat, deditque bonum vsum gratiæ, non obstāte potestate tenebrarum. Et reuera plus egebat Ioannes matri Dei commendari, quā contrā, ipsa Ioanni: quia incōparabiliter maiora, ac plura dona consecutus est Ioannes ex consortio Virginis, quā B. Virgo ex custodia, ministeriove Ioānis. *Ecce*, inquit, *filius tuus*, curam illius habe, & tanquam mater. amantissima gubernauit eum. Quasi diceret: Hic discipulus mihi charus est, qui de cruce mea nō confunditur, nec de morte ignominiosa verecundatur, sed in finem vsq; amat me, & facit voluntatem Patris mei: hic reuera meus frater est, quia audiuit verbum Dei, & custodiuit illud: sit mihi frater, sit tibi filius. Est autē Maria multis rationibus mater: & fide, vt Abraham, qui pater est omnium credentium; & passione in cruce parturiens nos doloribus, cui sumus in Ioanne vt filij dati; & cura siue diligentia, quia ac si esset propria mater, omnibus necessitatibus spiritualibus succurrit: vnde

Ioan. 10.

Deiparę Virginis in Ioannem custodiē suum & tutore beneficia.

Luca 11. Rom. 4. Maria quā multis rationibus sit mater nostra.

in nuptijs pro vini defectu filium exorauit. Est & mater antiquitate, nam seniores, parentes dicuntur: hinc Maria, prima est post Christum in prædestinatione Dei, in cuius honorem legit Ecclesia illud: *Ab initio, & ante secula creata sum*. Denique mater est dignitate: personæ siquidē in dignitate constitutæ, siue viri, siue fœminæ, patres, & matres dicuntur, vt Abbatissæ, hoc est, alijs fœminis præfætæ: at B. Virgo toti humano generi præfæta est cum summa mundi dignitate & consolatione. In Maria commendata Ioanni, & accipiente illam in sua; intelligitur primò Ecclesia credita ministris eius, vt ei seruiant & assistant, eamque doctrina & precibus pascant, presentiaq; consolentur. Non est autem à quoquā suapte voluntate Ecclesia vsurpanda, sed per Christum ministri eius sunt vocandi. Quanquam non desunt multi, qui fingant per hypocrisin se esse prope crucem Christi, ambientes aliquam Ecclesiam, & pro ea interdum contentiosè decertantes. Deinde in Ioanne virgine commendantur omnes virginēs sanctissimæ Deiparæ: quia & virgo virginum, & quæ peculiarem eorum, qui virginitatē suā Deo dedicauerūt, curam habet. Adhæc in matre Ioanni commendata, addiscant omnes religionis cruci affixi carnales parētes nō agnoscere, vel propter eos à cruce nō declinare, sed potius ad crucem attrahere, & commendare eos Ioanni, hoc est, gratiæ Dei. Magnus igitur est Ioannes Euangelista, qui in vita singularia priuilegia à Christo habuit. Nam erat discipulus, quem diligebat Iesus: in cœna habuit recubitus in sinu Christi; in morte Domini Iesu peculiari gratia assistendi sibi in cruce inter Apostolos cumulat⁹ est; ac proinde amplissimū, pretiosissimum, ac iocūdissimum legatum habuit, commendatæ nimirū sibi matris Domini Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto sempiternas laudes decantemus, & gratiarum actiones persoluamus in perpetuum. Amē.

Ioan. 2.

Eccli. 24.

Abbatissæ quæ dicatur

In Maria commendata Ioanni quid præfiguratum sit

In Ioanne Virgini Deiparæ commendato qui intelligantur commendati, qui verò in matre Ioanni commendata.

Ioannis Euangelistę dotes singulares.

Ioan. 13. Ibidem.



TRACTATVS XLII.

De tenebris à sexta hora, in horam vsque nonam factis, in illa verba: *A sexta autem hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam.* Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23.

De tenebris Christo patiente & moriente factis cur non meminerit Ioannes.



ANTE QVAM ad quarti verbi explicationem accedamus, breuiter de tenebris his, quæ præcesserunt, philosophandum est: de quibus tantum tres priores Euangelistæ loquuntur. Ioannes verò, qui descripsit Christum lucem veram, & inaccensam, siue lucē mundi, earum non meminit: & Matthæus, & Marcus ferè idem continēt, Lucas verò non nihil diuersus est ab illis. Ait enim: *Erat autem ferè hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. Et obscuratus est Sol, & velum templi scissum est medium, &c.* Vbi quod ait: *Erat ferè hora sexta*, idcirco dicitur, quia scilicet iam præterierat, sed non multum: nam ab hora sexta, scilicet iam facta, atque completa, factæ sunt tenebræ, vt Matthæus habet: nam paullo ante horam sextam crucifixus Dñs pependit: nam ante tenebras probabile est accidisse omnia illa improprij generis, quæ narrant Euangelistæ: (plus ergo, quā tribus horis in cruce pependit Christus) & cum hora ferè sexta appeteret, condemnatus est à Pilato, vt Ioannes ostendit. De his tenebris statuendū primò, an fuerint naturales, an supernaturales. Secundò, quomodo factæ sint, an per interpositionē nubiu, an per subtractionem radiorū, an per hoc qd Luna se Soli supposuit, vt eclipsin efficeret. Tertio, an fuerint vniuersales tenebræ per vniuersam terrā, an verò solum per terram Iudææ. Quarto, cur tantum per tres horas hæ

Illud: Erat ferè hora sexta quomodo intelligitur.

Quot horis Christus in cruce pependit.

Ioan. 19.

De tenebris quæ in Dñi passione cōtingerūt variegatæ quæstiones diluendæ.

tenebræ durauerint. Quintò, quid portenderent istæ tenebræ, quidve significarent. Ex his, vt puto, bene discussis, luculentiorē harum tenebrarum intellectum habebimus. Ad primum igitur respondemus, prorsus has tenebras fuisse supra naturam: & ratio facillè conspicitur, & quasi manu conrectatur. Nam cum Iesus sit crucifixus in decima quinta Luna, siue in plenilunio, sequitur quod Sole existēte supra verticem cœli in meridie, siue hora sexta, Luna erat in opposito puncto Solis sub terra; & ideo consueto & regulari naturæ ordine non potuerunt hæ tenebræ effici per Lunæ interpositionem. Atque huic veritati attestatur Dionysius Areopagita, qui huius Solis deliquij spectator fuit in Heliopoli ciuitate Ægypti: qui cum rem præter naturæ ordinem videret, pronūtiavit: *Aut Deus natura patitur; aut tota machina mundi dissoluitur.* Accedit quod tenebræ naturales eclipsis non in plenilunio, sed in nouilunio contingunt, & tenebræ naturales vniuersales non possunt existere, vt hæ fuerunt: ergo non fuerūt à natura, sed à Deo autore naturæ, & supra facultatem eius operante. Adhæc si tenebræ illæ Ægypti palpabiles per triduum ad naturam reduci non possunt, sed ad Dei potentiā, ac voluntatem; quanto magis hæ tenebræ vniuersales per totam terrā. Suffragatur & B. Hieronymus, qui scribens in Matthæum, ait: *Qui scripserūt contra Euangelia, suspicantur deliquium Solis, quod certis, statutisq; temporibus*

An hæ tenebræ naturales fuerint, an supernaturales.

Quid de Dominicæ passionis Solis Eclipsi dixerit Dionysius Areopagita.

Secunda ratio

Tertia. Exod. 10.

B. Hierony. in Matt. 27 cap. tom. 9.

accidere



TRACTATUS XLIII.

De quarto Christi verbo in Cruce, in illa verba: Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna, dicens, Eli, eli, lamma-sabacthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant, & quae sequuntur. Matth. 27. Marc. 15.

Evangelistarum dissonantia.

Tenebrae istae in quibus olim aduibratae. Exod. 10. Quid fecerit Christus in cruce ab hora sexta usque ad horam nonam.

Superiorum Christi in cruce verborum epilogus, & praesentis explicatio. Luc. 23. Ibidem.

Ioan. 19. Ordo charitatis a Christo seruatus.

Hoc verbo tantum mentionem faciunt Matthaeus, & Marcus: Lucas etsi meminit tenebrarum, non tamen vocis, sicut Ioannes nec tenebrarum, nec vocis. Ab hora ergo sexta ad horam nonam, nihil dictum legimus, vel a Christo pendente, aut a Iudaeis, qui cruci astabant: sed in his trium horarum tenebris obstupesci, & attoniti ex signorum magnitudine obtuerunt, & magnum fuit apud Aegyptios silentium in tridui illius tenebris, quae harum tenebrarum fuerunt typus: etsi verisimile sit, Christum ad Patrem pro nobis feruentes preces, & continuas effudisse, Sacerdotij sui munere fungendo. Pertinet autem hoc verbum ad fidem indicandam, qua in tribulationibus confugere debemus ad Deum, illiusque opem, & auxilium impetrare; quemadmodum primum verbum ad inimicorum charitatem spectauit, secundum ad spem latronis excitandam; tertium ad pietatem, & charitatem amicorum & iustorum. Vides igitur admirabilem charitatis ordinem. Nam cum tribus horis pependisset in cruce, magnisque tormentis sine aliquo solatio cruciatus fuisset, non valens aut manuum, aut pedum mitigare dolores: propterea ille, qui pro crucifixoribus rogauerat, & latroni promiserat paradysum, matrique ac discipulo prospexerat, hoc verbum

pro se ipso tandem ad Patrem orando conuersus dixit. Clamavit autem circa horam nonam, & voce magna, & verbis Davidis, & oratio eius Hebraico idiomate nobis est proposita. Clamavit quidem circa horam nonam, vel, ut Marcus ait, hora nona; quod enim circa horam nonam fit, paulo antea, vel paulo post recte iuxta vulgatum loquendi morem dicitur fieri in hora nona. Et cum post hanc vocem ter adhuc Dominus sit locutus; constat etiam post horam nonam Dominum in cruce viuum aliquandiu pependisse: sicut ante sextam pependit, licet quantum fuerit non constet. Clamat ergo hora nona, & in fine tenebrarum, teste Chryostomo, ut intelligerent adhuc ipsum viuere, & ab eo tenebras factas fuisse, ut meliores hac ratione fierent. Voce autem magna usus est, ut ostenderet veritatem humanae naturae, & magnitudinem suae passionis. Idcirco hac voce conquestus est de sua derelictione, ne quis putare valeat, illum sensum dolorum in tot acerbissimis tormentis non habuisse. Nam etsi passio omnium oculis pateret, quaedam tamen erat intrinsecus doloris incrementa, quae per clamorem ostendit. Adhuc ut ingratum genus humanum ostenderet: nam cum miraculum tenebrarum idoneum esset sua magnitudine, ac nouitate ad eos conuertendos, tamen non nouerunt quae

De clamore Christi circa horam nonam.

Hora nona quare Christus clamauerit, & quid voce magna. Chryf. homil. 31. in Mat. 10. 2.

Secunda ratio.

effert

Tertia.

Pta quorsida meditatio de gestu Christi dicitur, Eli, Eli, lamma-sabacthani, & cetera minus solida tamen, & firma.

Ioan. 19. Ibidem.

Hoc verbum Euangelista, Eli, Eli, cur Hebraicum proposuerit.

Hierony. in Matth. 27. tom. 9. Euthym. c. 67. in Mat.

Alia opinio.

esse causa eius, quod gerebatur: quare ipse loquitur clamans, ostendensque se esse earum auctorem. Postremo huius vocis sonus, qui vix ad breue spatium percipi poterat, virtute tamen ad aures Dei penetravit, & ipsum ad misericordiam inflexit, ut quod petebat, obtineret: siue illud fuerit mortis accessio, ut quidam volunt; siue incrementum nouarum virium ad plus patendum, ut postea explicabimus. Sunt qui hoc loco meditentur, Christum oculos in caelum extulisse deprecando Patrem, incipiendo a Psalmo 21. Deus Deus meus respice in me, usque ad trigesimali psalmi sextum versiculum, vbi dicitur: In manus tuas commendo spiritum meum; pieque credunt Christum recitasse illos decem Psalmos intermedios, submissa tamen voce: praeter primum & vltimum, quos duos alta, & clara voce pronuntiauit, ut de primo ait Matthaeus, & de secundo Lucas.

Sed duo occurrunt scrupuli contra hanc meditationem. Alter est, quod inter duos versus, duas alias voces pronuntiauit, nempe; Sitio, & Consummatum est. Alter scrupulus est: quia inter illas duas voces sumpsit acetum, ut testatur Ioannes. Decemque illi Psalmi cum sint mediocriter prolixi, opus erat ad illorum piam recitationem aliquanto temporis spatium: at Matthaeus, Marcus, & Lucas insinuant Christum circa horam nonam expirasse. Ut propterea haec meditatio non videatur mihi firmata ac solida autoritatis. Clamavit verbis Davidis patris sui, ut eius sese filium prodar; qui pro peccatis ipsius mortuus erat. Adhuc hoc verbum Euangelista Hebraicum proposuit, non quod reliqua verba Hebraice non dixerit Dominus, sed ut intelligamus quare quidam de illic stantibus dixerunt: *Eliam vocat iste*: qui quidem communiter traduntur fuisse Romani, ut putant Hieronymus, & Euthymius, quod illi Hebraicum idioma non intelligebant. Sed reuera Romani minus nouerant Hebraicum, quam Hebraicum idioma, ut existimarent Iesum ipsum ad ferendam opem inuocasse. Quare alij sentiunt, illos potius fuisse Hebraeos, qui cruci assistebant, atque illi erat vel

ex imperitis & idiotis; vel si erat ex peritis, & in lege doctis, verba Domini ludibrii gratia inuenterunt, ac corruerunt, sicut moris illorum erat, volentes illi imbecillitatis notam inurere, quod Helii opem imploraret. Imo in hodiernum usque diem verba Domini, & Prophetarum in suam perniciem inuertunt, secundum illud: *Erat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum*. Sacra namque Scriptura pro dispositione audientium, vel honoratur, vel spernitur, & in quoscumque vult sensus facile detorquetur. Videntur autem ita illi, qui astabant, dixisse, quasi Christus vidisset longe venientem Heliam ad se subleuandum, itaque ad illum exclamasse. Ex quo colligimus, moris fuisse Iudaeorum, ut in tribulatione positi non solum ad Deum, sed etiam ad sanctos Prophetas accederent, iuxta illud: *Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi*, hoc est, ad sanctos, in quibus Deus exaudire solet. Vnde Moyses orans, dicebat: *Recordare Abraham, & Isaac, & Israel, seruatorum tuorum*: quod verum est. Christus tamen non indigebat Helia, sed potius Helias atque omnes Prophetae Iesu indigent, & sanguine eius, ut salui fiant. Verterunt autem Euangelistae verba Hebraea in Graeca, & deinde interpretes noster Graeca in Latina: hoc est, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* ut sic agnosce retur error dicitur: *Heliam vocat iste*. Annotandum etiam: cum Hebraea litera habeat: *Deus meus, Deus meus*, ut Dominus citauit; Septuaginta tamen interpretes vertisse; *Deus Deus meus*, & addiderunt, maioris claritatis gratia: *Respice in me*, quod in Hebraeo non habetur. Praeterea statuendum est, Hebraice citari haec verba a Matthaeo ex Psalmo 21. (qui Psalmus mirifice Christi passionem concionatur, ut in huius libri initio explicando illum aperuimus.) Et Hieronymus impium esse censet aliter Psalmum illum interpretari quam de Christi passione. Vbi ad litteram Hebraeam habetur: *Eli, Eli, lamma-sabacthani*. Matthaeus vero iuxta Chaldaeam linguam, qua a reditu ex captiuitate Babylonica utebantur Iudaei,

Psal. 68.

Tudet olim in tribulatione positi. Det ac sanctorum Prophetarum opem implorare solebant. Psal. 120.

Exod. 32.

Varia huius loci translatio. Eli, Eli, lamma-sabacthani. Psal. 21.

B. Hierony. tom. 8. Chaldaea lingua a reditu ex captiuitate Babylonica utebantur Iudaei.

dixit:

Esaiā 53.

stantiam, vt ipsi putabant. Sed Deus nō sine causa dereliquit, sed vt ait Scriptura: Propter scelus populi mei percussit eum. Quod fortē per illas tres horas tenebrarum fuit designatum, in quib⁹ lucem Solis subtraxit: sed illis Deus tormodis respondit, conuertendo homines ad Christum, & succitendo mortuos, testādoque eius innocentiam, ac glorificando eum. Quia ergo pars calicis bibendi, est lamentari, & cōqueri se derelictum, propterea Christus meritō his verbis cū Patre exposulauit. In summa ergo neq; derelictus est per secessionem Diuinitatis ab humanitate, neque verba sunt diffidētiā, neque dimissus est propter aliquod suū peccatum à gratia Dei, sed relictus tātūm in hoc in manibus Iudæorum, & ministrorum dæmonum ad patiendum quicquid inferrent, non liberans à crucis tormentis, vel à morte: & deinde quia nec Pater, neque ipse Filius concurrebat secum ad refrigerandam, & consolandam animæ inferioris portionem, vt cum sanctis martyribus suis efficere solet.

Quibus modis Christus fuerit minime derelict⁹ à Patre.

Questus in cruce quare sit Dominus.

Questus autem est, vt impleret prophetiam Dauidis, quod ostenderet se grauissimos perpeti cruciatus, vereq; esse passum. Nam alioqui diuina natura donante immortalitatem suam, & impassibilitatem humanitati, vel largiente consolationem perfectam, & absorbentem dolorem omnem, vt in martyribus quandoque contigit, passus minimē fuisset. Adhæc ostendere voluit se frustra tentatum à dæmone, & suam detegere ministris Iudæorum iustitiam & innocentiam, aut, ne sui amplius derelinquerentur à Deo, promereretur. Addit beatus Laurentius Iustinianus, Christum his verbis nouū robor, virtutemque patiendi à Deo impetrauisse, & ne tam citō extingueretur: vnde postea orando dixit, *Sitio*: Queritur insuper Christus quod in suis deseratur, siue peccatores sint pœnitentes, siue iusti & electi, cum relinquuntur ad tempus. Vt enim in sanctis membris, & fidelibus suis persecutionem patitur à Saulo, ita in illis relinquitur. Cur ergo me Pater in peccatoribus reliquisti? an poterunt pœ-

Secūda ratio

B. Laurentius Iustinianus de triumpho Christi agone, cap. 19. sub initium Tertia.

Actor. 9.

nitentiam, & dignos pœnitentiæ fructus agere derelicti? an poterunt seipso regere, vt non peiora scelera designent? Ne ergo derelinquas me Domine in finem: reuoca peccatores ad bonam frugem, vt non frustra venerim, aut patiar pro illis. Nam si iniquitates obseruaueris Domine; Domine quis sustinebit? Si volebas me in hoc derelinquere, & expectare vt peccatores per seipso conuerterentur, non erat cur in me poneret omnium illorū scelera, & pro illis me flagellares. Propterea intelligant omnes peccatores in posterum, vt si non relinquuntur à te, sciant id esse, quia ego pro illis derelictus sum: aut si derelicti, non desperant, nec peccant, sciant id esse, quia ego sum derelictus. Sunt ergo verba hæc plus desiderant salutem, & lumen nostrum, quā defensionem vitæ suæ, quam iam sponte ponebat, & ea tanquam iam posita à se exposulat, cur non amplius diutiusve relinquatur. Ac vt vir propter uxorem debet derelinquere patrem & matrem suā; ita Christus hæere volens Ecclesiæ sponsæ suæ, postulat à Patre dona, quibus possit illam penes se retinere, ne derelicta querat alium virū. Postremō Christus instituit nos, vt cū in tribulatione versamur, derelictique à Deo videmur, ad Deum ipsum derelictorem accurramus, ipsumq; Christo & verbis eius expugnemus, secundū illud: *Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.* Docet etiā confugere ad verba Prophetarum & Apostolorū, exemplo Christi citatis verba Dauidis: quia quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Docet & iustificat Sanctorum querelas, qui interdum questi sunt apud Deum, cur iusti, impijs manētibus, de medio sint sublatis, & terram in manu impij datā: quia non semper, sed ad tēpus deserit. Non enim relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Tales querelas licet legere in Iob, in nōnullis Psalmis, in Ieremia interdum, & Habacuc: quæ iniustæ viderentur esse, nisi Iesus illas iustas

Psal. 129.

Christi zelus soluris amarum.

Genes. 2. Matth. 22.

Quarta ratio

Cū derelict⁹ à Domino videmur, inq; calamitate aliqua positi sumus, quid agere debeamus.

Psal. 119. Rom. 15.

Iob 9. Pia iustorū querimonia.

Psal. 124.

Iob 21. Psal. 27.

Ierem. 12. Habacuc 2.

effecisset,

Cur Deus interdum derelinquat suos, Esaiā 54.

effecisset, Iesusque per illos ac cū illis fuisset conquestus. Et sciebat quidem Iesus propter quid esset derelictus: sed vt nos, qui ignoramus, id quoque sciremus, talem vocem emisit. His tantis documentis, atque Christi exemplis instrui mur, vt Deo ipsi quā conuictissimi efficiamur: & ille nouit ad

modicum suos filios derelinquere, vt eos in multis misericordijs, & miserationibus amplectatur, exaudiat nos se inuocantes ac deprecantes in Christo Iesu Dño nostro, cui cū Patre & Spiritu sancto omnis honorificentia, & cultus debetur ab vniuersa creatura ratione prædita in secula seculorū. Amen.



TRACTATUS XLIII.

In quintum verbum Christi in cruce sitim patientis, in illa verba: *Postea sciens Iesus quia omnia iam consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, byssopo circumponentes, obtulerunt ori eius.* Ioan. 19.

Elegans Xpi & cerui comparatio.



VENATORES ceruum libenter insequi solēt, qui si fortē vi canum, equorū, & cornuum perstreptentiū oppressus fuerit atque defatigatus, libenter accurrit ad aquas, vt potu refocillatus euadere possit, & vitā seruare: ad quod fortasse Dauid alludēs, dixit: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus meus.* Ceruus, animal generosū & liberum, pulchrē Christum repræsentat, qui cerua matutina vocatur in titulo Psal. 21. iuxta literam Hebræā, vt annotat Hieronymus; venatores verō dici possunt Gētiles, canes verō, persequentes Iudæi, vel è contrario, quia canes cū sint immūda animalia, aptius repræsentant Gētiles; detector verō huius prædæ fuit Iudas, qui locū commodum, in quo posset comprehendere, detexit sub spe mercedis, quia dixit: *Quid vultis mihi dare, & ego eū vobis tradam?* Postquam ergo captus est, & à rabidis canibus vulneratus, ac dilaniatus, ad aquam cōfugit, dicēdo;

Psal. 41.

Cerui iugulum.

Hieron. t. 8.

Ioan. 18.

Matth. 26.

Sitio: pro qua immanes illi ministri, ac truculenti acetum porrexerunt. Vt igitur præsens verbum explicare possimus, in primis præmittendū, quod pronuntiata illa sententia: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* quidam ex astantibus dixerunt, vt testatur Matthæus; *Heliam vocat iste.* Et continuō currens vnus ex eis, acceptā spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Sed omisit Euangelista Matthæus, sicut & Marcus, aliam vocem Christi immediatē dictam, hoc est, *Sitio*, quam Ioannes, qui nouissimus scripsit, suppleuit, sine qua non satis posset ratio intelligi narrationis Matthæi, & Marci, cur scilicet quidam, postquam Dominū putabant inuocasse Heliā, obtulerunt ei bibendum acetum. Ex Ioanne enim id constat factum ob significatam à Domino sitim, & ad illam sedandam intelligendus est cursus factus illius militis porrigentis acetum: & ad hunc modum conciliandi sunt Matthæus, & Marcus cum Ioanne,

Ratio ordinis historici, quando scilicet Dñs dixerit, Sitio. Psal. 21.

Matth. 27.

Sitis Domini quid nos doceat.

Ioan. 7.

Christo quæ minimè offerenda.

Esaï. 64.

Quem potù offerre peccatores debeât Christo sitienti, proficientes item, ac perfecti.

mino offeramus potum. Discamus ex hoc verbo nostram salutem sitire, pro eaque laborare, & pati vsque ad mortem: quia talem sitim sedabit Dominus, & amplissimo voluptatis torrente remunerabit. Christus sanguinem suum in potù vini propinavit, & spiritum suum in potum aquæ viuæ, sicut ait Ioannes: Hoc autem dixit de spiritu, quæ accepturi erant credentes in eum. Tu ergo imitare Christum, & sanguinem tuum illi porrige in potum: & si non datur tibi pro illo occumbere, saltem propina illi spiritum tuum. Caue, ne acetosa illi porrigas, id est, corrupta; nã vniuersæ iustitiæ nostræ, quasi pannus menstruatus: sed si alia non habes, etiam illa porrige: quia ipse acetum traiecit, & ebibit, vt in se corrupta nostra redintegraret, infirma sanaret, mortua viuificaret. Vt igitur sine tra-

statui imponamus, offerant peccatores omnes Christo sitienti lacrymarum potum, & contritionis aquam de cisterna Berlehem cum periculo vitæ allatam per medios hostes: & hanc in terram fuscã bibit Christus, sicut Dauid illam in terram fudit ad Dei gloriam. Proficientes offerant potum miserationis Christo in se morienti, & in suis membris egenti, vt possit dicere; Sitis, & dedistis mihi bibere. Perfecti verò cum sponsa vinum aromaticum deuotionis, amoris, & imitationis offerant, de quo in Canticis dicitur: Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Nã Dominus amplissimo præmio, hoc est, torrente voluptatis suæ, sanguine, ac siti sua redempto remunerabit, cui cum Patre, ac Spiritu sancto sit perpetua benedictio, honor, & laus, Amen.

2. Reg. 23.

Matth. 25.

Cant. 8.

Psal. 35.



TRACTATUS XLV.

De sexto verbo Christi in Cruce, in illa verba: Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est. Ioannis. 19.

Iesus qualis medicus antiquorum nostrorum.

RV DENS Medicus pro salute ægroto præstada, primò arctiorem vitæ rationem præscribit, quæ mater solet esse bonæ valetudinis, deinde vias & rationes excogitat sudoris excutiendi, quò prauis humores consumantur: quòd si hæc non sint satis, flebotomiam adhibet naturam exonerantem, postremò potionem aliquã amarã quidem, sed efficacem instituit, qua penitus euacuata radice morbi, sanitas restituatur. Ad eum modum Christus sapientissimus medicus noster, qui tanquam ægrotus omnium nostrum morbos, atque peccata in se transtulerat, primò pro nobis quadraginta diebus, & noctibus ieiunauit, nihil prorsus gustans; ambulando deinde itinera varia sudauit, sed in horto mō-

tis Oliueti etiam vsque ad sanguinem; tertio in prætorio Pilati sanguinis missionem passus est; supererat potio amara aceti, quam cum haurisset, dixit: Consummatum est. Cum igitur Iesus reliqua omnia, quæ ad sacrificij perfectionem à Prophetis erant prædicata, in se fuisse completa agnosceret, vnũ adhuc desiderari poterat, nẽpe vt fel, & acetum degustaret: quòd vbi factum est, merito dixit: Consummatum est, hoc est. Ritè sacrificium est peractum: nihil enim eorum omiserat, quæ Prophetæ prædixerant filio hominis esse toleranda, iuxta æternum diuinæ dispensationis propositum. Et si enim nonnulla adhuc restarent complenda, vt mors, & signa illam consecuta, lateris apertio, sepultura, ad inferos descensio, quæ & ipsa in Scripturis prædicta

Luc. 22.

Ioan. 19.

Quam verè Christus dixerit: Consummatum est.

Matth. 4.

erant: tamen quia iam erat in opere consummationis, & pro consummationis habebantur; propterea rectè potuit dicere: Consummatum est. Restabat adhuc resurrectio, in cælum ascensio, atque missio Spiritus sancti: sed hæc ad victoriam pertinent, non certamè, præmia sunt pugnae, ac laboris. Deinde nota admiratione esse dignum, milites illos Dominicæ passionis ministros, alioquin rerum gerendarum ignaros, impios, ac sæuissimos, cuncta quæ ad tanti sacramenti expletionem exigebantur, eo ordine exhibuisse, ac si voto quodam communi conspirassent se in Domino Iesù vniuersa Prophetarum oracula perfecturos. Tanta est enim diuinæ providentiæ vis, vt qua via, ac ratione peruersi homines suis affectibus seruiens putent se diuinæ resistere voluntati, eorum quasi quibusdam insidijs intercipientur, vt ita fiat diuini consilij perfectores. Quemadmodum vndecim filij Iacob, vendentes fratrem suum Ioseph, ne dominaretur eis, ea maxime via exerunt eum ad regnum. Verum iam Textus verba expendamus.

Diuine providentiæ vis.

Gen. 37. Infra. 41.

Cur Dominus porrectum accepit acetum. Marc. 15.

Matth. 27.

Vinum myrrhatum cur reiecit.

Nischlam Hebraicis multis significat.

consummatum, quandoque autem pacatum, siue pacificatum, à verbo Hebraeo דָּוָן, quod est, soluit, siue restituit, pacauit, pacificauit, perfecit, siue consummauit, atque retribuit. Nam cum dicitur in Leuitico: Reddet illi dimidium sorte sua, vel iuxta Vulgatam, Reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere: & in Exodo: Quinque boues pro vno boue restituet, ibi capitur in prima significatione; in secunda verò apud Iob ponitur, cum dicitur: Et pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ: & rursus, Pacemque habuit Iosaphat cum Rege Israel. In tertia verò significatione accipitur apud Esaïam: Et consilium nuntiorum suorum complens, Et, Complebitur dies luctus tui. Hæc autem omnes significationes mirificè conueniunt morti Christi. Ipse enim est, qui es alienum, quod primo homine peccante genus humanum conflauerat, nec erat soluendo, tanquam bonus fideiussor pro nobis dependit: cuius fideiussionis pignus & cautela erant omnia veteris sacrificia legis: imò ipse per Dauidem ait: Quæ non rapui, tunc exolebam: & Esaïas: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, id est, pro nostris soluit peccatis: & Apostolus: Et vos cum mortui essetis in delictis, & prapatio carnis vestra, conuiuificauit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio. affigens illud Cruci. Christum quidem ex sensibili morte viuificauit, nos autem ex sensibili, & intelligibili morte peccatorum. Nam delicta quæ condonauit, mors sunt intelligibilis. Chirographum autem, cautio est manu scripta, qua nos debitores alicuius summæ confitemur: syngrapha verò, siue a pocha, scriptura est, qua persolutum debitum declaramus. Erat ergo chirographum vel lex Moysi, quam pegigerant scilicet se seruaturus, ac facturos esse omnia, quæcumque locutus esset Dominus, ac futuros obedientes: quòd si quid omitterent, subdiderunt se legis maledicto, quam Dominus euacuauit in Cruce: vt interpretatur Oecumenius. At alij, aptius fortasse, chirographum interpretantur,

Leuit. 6.

Exod. 22.

Iob. 8.

3. Reg. 22.

Esaï. 44.

Infra. 60.

Hi omnes significatus quæ mirificè mortis Christi conueniant.

Gen. 3. Primus.

Psal. 68.

Esaï. 53.

Colos. 2.

Chirographum quid, & quid syngrapha.

Quale sit illud chirographum decreti, quod Christus in cruce deleuit, secundum Apostolum.

Exod. 19.

Oecumenius.

riò Dominum, ut propter merita Filij sui perseverantis in Cruce, & omnem iustitiam consummantis largiatur nobis spiritum suum, per què omnia, quæ præcepta sunt nobis, cõsummare valeamus, sectantes vestigia Do-

mini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuo honore, laude, ac gratiarum actione ab omni creatura est honorificandus, ac benedicendus per omnia secula seculorum, Amen.



TRACTATUS XLVI.

De postrema Christi voce in Cruce, in illa verba: *Et clamans voce magna Iesus, ait, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expiravit.* Quæ habentur apud Luc. cap. 23.

Quo loco hæc Xpi verba in Cruce mortis anno bis haberi debeat.

SOLENT Postrema verba parentis, aut sapientis alicuius, qui iam animam agit, & morti est vicinus, ab astantibus magna diligentia observari, quod ut plurimum eo temporis momento non nisi vera, & solida, & quæ intus homines sentiunt, loquantur, quasi iam prodeant ab spiritu, omni prorsus sensu corporis destituito: vnde & Poeta describens moribundâ Didonem retulit:

Incubuitq; toro, dixitq; novissima verba. Solent etiam quæ à concionatoribus in peroratione dicuntur, maiores habere aculeos, quòd auditores magis flectant, atq; permoveant. Ad hunc modum aurea Christi in Cruce pendens verba, ac iã in striço Crucis lecto moribundi, planè digna existunt, quæ mentibus nostris infideant, magisque intelligantur, atque degustentur, maxime verò hoc postremû verbû omni profecto acceptione dignum, quo vitam suam clausit. In primis igitur in litera notadû est, Matthæû solum dixisse: *Iesus autem iterû clamans voce magna, emisit spiritum.* Bis enim Dominus vius est voce magna, nimirum in quarto verbo iam explicato, & in hoc postremo. Ad hæc tres priores Evangelistæ Dominum referunt clamasse voce magna: sed inter eos priores duo di-

cunt tantû voce magna clamasse, quid illa voce expresserit non declarantes: solus Lucas explicuit illam vocè fuisse, quæ ex Psalmo quoque fuit desumpta: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Et Matthæus quidem dixit: *Emisit spiritum*, Marcus & Lucas, *Expiravit*, Ioannes verò, *Tradidit spiritum*; vnam, & eãdem rem diuersis verbis exprimentes. Deinde illud quoque; in litera observandum est, verbum illud, *Commendo*, tam in Hebræo, quam in Græco codice Septuaginta, atque adeò in ipso Luca Evangelista de futuro dixisse, παραδουμαι τὸ πνίμα µε, hoc est, deponam, vel commendabo spiritum meum: significat, per modû depositi spiritum meum tradam ad tẽpus postea repetendû. Sed illud futurum vim habet presentis: ita enim soliti sumus dicere, cum cœpto opere & iam finito recedimus ab eo, apud quem operabamur: *Commendo me tibi.* Ita cum dicimus, *Salveto, vel valeto*, non tam futuram, quam præsentẽ valetudinem, salutemve exoptamus, imo potius præsentem cum futura & perseveranti valetudine commendare solemus. Ratio etiam id euincit: quia Dominus tunc spiritum commẽdavit, cum esset in mortis articulo, non post mortem, quando iam ex Cruce deponerant eum. Et re verã hæc verba cõ-

Psalm. 30.

Quid est ad literam: Commendo spiritum meum.

Virg. 4. Æneid. subsinem.

Matth. 27. Quemadmodum inter se Evangelistæ consentiant. Ibidem. Marc. 15. Luc. 23.

Act. 7.

Vnus proprium Christi morientis voce magna clamare.

Quare Iesus moribundus magis voce clamaverit. S. Athanas.

Joan. 10.

Aliter quam nos Christus potest. hæc habuit ponendi animam suam Matth. 27.

Si Dominus potestatem habebat ponendi animam suam, quin reus sit homicidij tu dicendus.

Rom. 1. Psalm. 104. Esai. 6.

ueniunt ex hac vita migrantibus ad Dominum: vnde Stephanus ad Domini imitationem dixit de presentis: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum:* & Ecclesia hora Completorij hæc verba de presentis vsurpat, atque illis terminat Completorij Psalmum, ac preces ob Domini reuerentiam, qui vitam illis verbis terminavit. Circa sensum expede primo clamorẽ Domini magnum, cum exangues, & semianimes clamate nequeant, imò vix exili vocẽ loquantur, & flatum emittant tenuissimum: Iesus verò, cui tanquam afflictò, ac viribus destituito paulò ante additus est socius Cyrenæus ille, qui Crucem portaret post eum, nunc grandi intonat voce, quòd in se maiorem humana potentiam inesse declararet, vt adnotauit Athanasius quæstio. 76. ad Antiochum, & se veracem comprobaret, qui dixerat: *Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatem habeo iterum sumendi eam.* In quibus verbis obserua, quòd potestas illa ponendi animam suam, non arguit vim diuinam, cum quibus habeat potestatem conciscendi sibi mortem: at ponere cum voluerit, & præsertim cum tanta voce, diuinam est. Vnde Centurio videns quòd sic clamans expirasset, dixit: *Verè filius Dei erat iste.* At secunda potestas illa, id est iterum sumendi animam, vere est diuina. Cæterum, quia Dominus spiritum suum deposuit, reus non est homicidij indicandus, quia iam cruciatus, & vulnera in carne exceperat: vt nisi diuina virtute animam suam intra corpus continuisset, vi tormentorum fortassis iam discessisset, quò videlicet cuncta, quibus adhuc viuens exercendus erat, consummarentur. Non ergo sibi mortem Dominus intulit, nisi ea ratione, quia non impediuit: sicut etiam non est homicida nostri habendus, eoquòd cum infinita sua virtute possit peccata prohibere, & mortem nostram, non prohibet tamen, sicut & interdum dicitur tradere in reprobum sensum, & conuerrere cor in odium populi, excæcare, indurare, & aggrauare, & similia peccata facere,

quia scilicet non impedit, cum possit: non impedit autem, cum possit, quia eo posito, quòd hominem libero arbitrio præditum condiderit, non decet, neque debet impedire. Clamat deinde voce magna, vt egregius de morte triumphator, ingeminãs illud: *Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne.* Voluit ergo ostendere, se non erubescere crucem, aut mortẽ Crucis, quòd nos Christum, eiusque crucem confiteri coram omnibus, & nequaquam erubescere doceret. Clamat vt Rachel in partu, humanitate non sine dolore vehementi parturiente Ben-oni, hoc est, filios doloris, & diuinitate quasi Iacob nominant e Benjamin, hoc est, filios dexteræ Excelsi. Clamat vt leo rugiẽs profame animarũ, vt ita terreret bestias, hoc est, dæmones detinentes animas, & sua voce suscitaret catulos, siue leuculos, id est, Centurionem, & eos, qui reuertebãtur percutiẽtes pectora sua. Nam ad hunc clamorem monumenta aperta fuisse, terram tremuisse, lapides sese concidisse, dæmones obstupuisse, infernum contabuisse credendum est. Clamore isto ostendit, non ex necessitate naturæ, vel ex acerbitate tormentorum, aut aliquo doloris sensu spiritum suum à Deo auferri potuisse, sed sua ipsius voluntate deponere animam. Non ita tamen, vt tormenta, plagæ, ac dolores virtutem mortis inferendæ non haberent: nam re vera Dominum Iudæi occiderunt, & mortem turpissimam illi intulerunt: sed quia potestatem habebat, quatenus Deus erat, & anima Christi vt organum diuinitatis, qua illis resisteret, & vitã suã produceret quandiu vellet, dicitur tamen voluntate mortuus, & potestate sua, quando permisit, vt infligentia mortem in naturam Christi humanã prævalerent. Nam cum tormentũ crucis in hoc esset acerrimum, quòd longum, ac diuturnum esset, ac propterea eiusmodi crucifixorum mors alio supplicio maturari, ac præueniri consecutus, nempe æti. potatione, vel crurifragio, cum ipse crurifragium præueniret morte sua, & mortuus esset ante latrones, & Pilatus valde admiratus sit, quòd expirasset tam citò,

Secunda ratio magnitudo mortis Domini in cruce dicit.

Osee 13. Ram. 1.

Gen. 35.

Quid Benjamin, quid verò Benjamin scilicet.

Christus leo de terra Iudæa quos catulos dormientes suscitauerit. Luc. 23.

Tertia ratio.

Sponte ac voluntate, vt mortuus sit Christus, cum Iudæi violentã ei mortem intulerunt.

Sapient. 2.

Marc. 19.



TRACTATUS XLVII.

De signis editis post expirationem Christi in cruce, in illa verba: *Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum qui dormierant, surrexerunt: & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.* Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23.

ELEBRIS est, & decantata Sapiientis sententia: *Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, qua utilitas in vrisque?* Hinc Deus, qui docet nos vtilia, intelligens quantus thesaurus sit Christus Dei virtus, & Dei sapientia, in mysterio carnis, ac crucis abscondita, in vita per signa quidem, atq; incomparabilem doctrinam illam detexit, explicuit etiam postea per obedientiam mortis, rursus illa detegit, ac pro illo accusato, illuso, atque mortuo tot portentis, atque signis respondet. Ita enim solitus est Deus pro sua bonitate illos protegere, ac propugnare, qui seipsum non tuerunt: eosque exaltare, qui se humiliaverunt, iuxta illud: *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* In primis igitur ad literam observandum est, hæc signa à Ioanne quidem omnino prætermissa fuisse, Marcum vero, & Lucam tantummodo veli templi discissi; & Centurionis contentis fecisse mentionem: quanquam Lucas vsus figura anticipationis coniunxerit signum tenebrarum per tres horas ante mortem cum signo veli scissi: connectens miraculū miraculo: vt refert Augustinus libro de consensu Evangelistarum. Mattheus vero, atque

Marcus in suo loco enarrarunt: quia cum dixissent quoddam clamans voce magna emisisset spiritum, continuo adiungunt: *Et ecce velum templi scissum est in duas partes: vbi illud aduerbium; Ecce, exprimit tunc accidisse illa signa.* Deinde obseruandū, quoddam etsi Ioannes non meminerit horum signorum post mortem Christi editorum, quod nouisset illa idonee ab alijs esse enarrata, suppleuit tamen omissam ab alijs lateris apertionem, & signum sanguinis, & aquæ, quæ ex illo vulnere fluxere. Mattheus igitur ex septē signis enarrat sex, præter illud turbæ pectora percipientis, cuius solus meminit Lucas, sicut eum alijs veli scissi, & Centurionis contentis. Postquam Iesus expirauit, cessarunt tenebræ, sed omnia elementa commota sunt in egressu Regis sui, & in nobis coepit lumen lucere. Quis ergo elementis scruentibus in vltionē Regis sui obstitit, nisi ipse, qui legem diligendorū inimicorum tulit? Cessat ergo tenebræ in Christi morte, quia in ea illuminamur, quāto pretio nobis remitti peccata voluerit, quātaque charitate nos ad se pertraxerit. Et denique, eum agnoscere datur, sicut ipse prædixerat: *Cū exaltaueritis filiū hominis, tūc cognoscetis quia ego sum.* Tertio

Ioan. 19.

Matth. 5.

In Christi morte cur desierint tenebræ.

Ioan. 8.

circa sensum aduertendū est, Christū precatū fuisse cum clamore valido, & lacrymis, & pro sua reuerentia à Deo fuisse exauditum, primò quidem testificando eius innocentiam, & iustitiā, deinde quod post triduum eum à mortuis cum multis alijs suscitauerit. Septem ergo diuinitatis Christi, eiusque innocentie habemus testimonia. Primum est, quoddam velum templi scissum est à summo vsque deorsum: Secundum signum, fuit terræ motus: Tertium, petrarum scissarum: Quartum, apertio monumentorum: Quintum, mortuorum excitatio: Sextum, confessio Centurionis: Septimum, turba reuertens, ac percuciens pectora sua. Vt interim omittamus signum aquæ, & sanguinis fluentis à latere, quod solus enarrat Ioannes. De septem ergo prioribus hoc tractatu differendum est. Ad primum igitur signi explicationem, præmittendum ex Origene, duplex fuisse velum templi: alterum, Sancta Sanctorum distinguens à Sanctis ac separans, alterum vero, Sanctum ab atroio seiungens: quodnam horum fuerit diruptum in morte Domini, controuersum est. Origenes in Mattheum, & Hieronymus in epistola ad Hedibiam, existimant non fuisse velum interius Sancti Sanctorum, sed exterius illud: Quia, vt inquit, nunc ex parte videmus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, dirumpetur & velum interius. Quādiu etenim non patent nobis cælestia, quæ erunt in gloria, tādī interius velum non detegitur. Alij vero scriptores recentiores interius velum putant fuisse discissum, vt Euthymius, Lyranus, Caietanus, atque Ioannes Gagneus. Leo quoque serm. de passione. idem sentit, dicens: *Velum, cuius abiectu includebantur Sancta Sanctorum, à summo vsque ad ima diruptum est, & sacrum illud, mysticumque secretum, quod solus summus Pontifex iussus fuerat intrare, reueratum est; vt nihil iam esset discretionis, vbi nihil resederat sanctitatis.* Hæc ille. Eodem siquidem die ingressi sunt sancti Patres in paradysum, in quo etiam fuit cum Iesu Iano. Accedit huic sententia ratio, quia Scrip-

Heb. 5. Quo modo Deus Christū exaltauerit pro sua reuerentia. Diuinitatis, & innocentie Christi testimonia septem.

Ioan. 19. I. signum.

Orige. tra. 35. in Mattheum, to. 1. Velum templi duplex olim apud Iudeos Origene teste, & quod velum existit fuerit diruptum in morte Domini.

Opinio.

Origenes. Hieron. ad Hedibiam 4.

8. to. 3.

1. Cor. 13. II. opinio.

Euthym. c. 67. in Mattheum.

Lyran. ibi.

Caietan.

Ioan. Gagneus.

Leo Papa serm. 10. de pass. sub finem.

Exo. 30. & Heb. 9.

Eius opinio nis ratio admodum infra.

ma.

ra nullibi mentionem fecit veli secundi, sed tantum prioris illius, quod sancta à Sanctis Sanctorum discernit. Sed hæc ratio infirma est, & non desunt qui colligant ex Scripturis in tabernaculo duo fuisse illa vela, vt habetur Exod. 26. vbi primò fit mentio veli, deinde etiam tentorii, quasi rei prorsus distincte. In templo tamen Salomonis vnum tantum erat, scilicet coram Propitiatorio: quia pro priori erant ostia, & portæ templi; nihil tamē vetabat etiam ante ostia, & portæ fuisse aliquod aulæum tegens, vt nobiles in aulis suis habere solent. Quod si plura templi vela fuissent, non debuissent Euangelistæ tam indistinctè dicere: *Et velum templi scissum est;* sed opus fuisset peculiariter explicare, de quo loquerentur velo. Glossa vero utrumque velum, & interius, & exterius, diruptum fuisse scribit. Cui sententiæ libentius subscriberem, si tot extitissent vela, & liceret singulare accipere pro plurali. At duo vela extitisse, aperte euincit locus Pauli ad Hebræos c. 9. *Post velamentum autem secundum, tabernaculū, quod dicitur Sancta Sanctorum.* Vbi secundum, non potest iungi cum tabernaculo, quod Græcè est: *ὄρα τῶν σκευῶν* femini generis; sed cum velo, quod neutrius generis est: *καθ' ἑσπεραν*, & de quo eum illo necessario coniungitur. Quod si secundum velum erat illud ante Sancta sanctorum, erat ergo etiam primū ante Sancta. Patres etiam Veteres, vt Origenes, Hieronymus, distinguentes inter primum, & secundum velum, & interrogantes de quo velo hoc loco sit sermo, necessario ponunt duo vela in templo fuisse. Quadrat etiam, utrumque velum morte Christi diruptum: quia non tantum nobis credentibus, & imperfecte, & in anigmate fidei mysteria Veteris Testamenti detecta sunt, sed etiam perfecte absque vllō anigmate reuelata sunt omnia Patribus per Christum in limbo, & facie ad faciem Deum ipsum quasi Sancta Sanctorum intuentibus. Et confirmantur ea, quæ dicta sunt de duplici velo: quia Aristas vetustus scriptor in eolibello, quo Philocrati fratri suo ad Elcazarum Pontificem profectus

Exo. 26.

III. opinio. Glossa in Mattheum.

Origenes. Hieron. ibi.

Gemini veli templi dirupti mysterium.

Artisteae veteris scriptor.

circa

VIII. ratio. habiturus. Octavo, Patres olim magna adhibebant diligentia de loco, in quo erant eorum corpora tumulanda, atque condenda, & praesertim terram Chanaan in sepulturam eligebant: & cum abessent, eos deduci corpora, sive ossa iubebant, quemadmodum Iacob, & Ioseph praecerunt corpora sua ex Aegypto deferri in terram Chanaan. At hoc ob aliud esse non videbatur, nisi ut participes essent resurrectionis Christi anticipatae ante generalem. Sed profecto praeter illam rationem erant & aliae, nimirum, ut fidem suam protestarentur, qua Dominum Iesum credebat in terra Chanaan apparitum, redemptionisque nostrae mysteria operaturum. Item ut Messiae ministrarent in ferendo testimonio de resurrectione eius, in corpore mortali, an immortalis non curantes, neque cogitantes. Argumentantur postremo: Si iterum mortui sunt, quando, ubi, quomodo, & quorsum? Et cum nullum horum probabiliter possit assignari, videtur quod illorum corpora sint in caelo immortalia, ut communi omnium consensu de corpore B. Virginis credimus, & de B. quidem Ioanne Evangelista testantur praeter B. Thomam, Ambrosium, & Leo Papa. Haec sunt prioris sententiae firmamenta. Proponemus secundo loco quid alij senserint in oppositum, atque illos Sanctos exhibito testimonio resurrectionis Christi, iterum fuisse mortuos comprobabimus. Quod in primis testimonio Hieronymi comprobatur superius producti, qui tradit non secus istos suscitatos, atque Lazarum: at Lazarus ad mortalem est suscitatus vita. Chrysostomus in Mattheum ita scribit: ille, inquit, alios salvavit, seipsum salvare non potest: ipse vero pendens de Cruce, in servorum corporibus abundantissime illud ostendit. Nam si magnum est Lazarum excitasse, multo maius profecto est multos iam olim mortuos in vitam reduxisse: quod resurrectionis futurae signum fuit. Multa enim corpora qui dormierunt, erecta in sanctam introierunt civitatem, & multis apparuerunt. Haec ille. Quia ergo meminit Lazari, & illos ait suscitatos in signum futurae resurrectionis, videtur sensisse, ad vitam

mortalem fuisse suscitatos. Idem producit in sermone 2. in Symbolum Apostolorum apertius dixisse: quod & discipuli eius confirmant. Ait siquidem Theophylactus: Resurrexerunt autem illi tantum signi gratia, manifestumque est illud, quod iterum sunt mortui. Et Euthymius: Sancti vero surrexerunt, ut fide digni videantur, qui de Christo loquuntur. Postquam autem apparuerunt, iterum dormierunt. Idem videtur asserere Damascenus in historia Barlaam, & Iosaphat, dicens: Surrexerunt etiam quidam alij ex mortuis, sed iterum mortui sunt, & non potuerunt imaginem vitae futurae verere exhibere. Solus autem ille resurrectionis illius princeps factus est, resurgens primus immortalis resurrectione. Haec ille. Augustinus quoque in Ioannem ita scribit: Non enim possunt deesse qui credant, si non desunt qui etiam Moysen asserant vivere, quia scriptum est, eius sepulchrum non inveniri, & apparuit cum Domino in monte, ubi & Helias fuit, quem mortuum legimus non esse, sed rapitum: quasi Moysi corpus non potuerit alicubi sic abscondi, ut prorsus homines lateret ubi esset, atque inde ad horam divinitus excitari, quando cum Christo Helias, & ipse sunt visi: sicut ad hanc multa Sanctorum corpora surrexerunt, quando passus est Christus, & post eius resurrectionem apparuerunt multis in sancta, sicut scriptum est, civitate. Haec ille, qui rursus epistola ad Euodium, et si in utramque partem disputet, tandem tamen magis inclinat in hoc, quod iterum sint mortui, propter Apostoli testimonium, dicens ad Hebraeos: Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. Ad haec libro de mirabilibus sacrae Scripturae (si tamen ille liber tribuendus sit Augustino) De corporibus, inquit, Sanctorum venientibus de monumentis suis post resurrectionem Domini, sed sursum in monumenta, quomodo, & de Moysse memini reintroarunt, ubi resurrectionem omnium novissimam expectant, ut Apostolus ait: Hi omnes testimonio fidei probati inveniuntur, non acceperunt repromissionem

IX. ratio.

B. Thomas inferi^o produendus. Ambrosius in Psal. 118. ser. 20. sub initium, to. 4. Leo Papa. II. opinio, quae probat sanctos cur Domino suscitatos fuisse mortuos. Hieronymus in co citato. Ioan. 11. Chryso. hom. vlti. in Matthaeum, to. 2.

Theophy.
Euthy. ca. 67. in Matthaeum.
Damasc.
Aug. tract. vlt. in Ioannem, sub initium, tom. 9. Deut. 344
4. Reg. 2.
Idem epist. 99.
Heb. 11.
Idem li. 3. de mirabilibus sacrae Scripturae. 6. 13.
Heb. 11.

nem a Deo pro nobis melius aliquid providente, ubi ne sine nobis consummarentur. Si igitur isti, & Moyses bis resurgere in hac ostensione vti que, & in novissima cum sanctorum resurrectione credendi sunt. Et infra: Talis autem apparitio istorum, neque ad vitam humanam, neque ad resurrectionem futurae pertinet, sed ad consumptionem Dominicae resurrectionis: & ad credulitatem resurrectionis animarum ex inferis, talis apparitio animos movet: sicut in resuscitatis mortuis similitudo tantum, non mors continua fieri cernitur. Ita & in his similitudo resurrectionis, non ipsa resurrectio ostendebatur. Haec ille sciens, & acutè: etiam si nonnulla sit de autore libri controuersia. Ad haec B. Thomas etsi olim in quarto inclinauerit, quod in perpetua resurrexerint vitam; tamen in tertia parte summae, ubi limitius res pertractat, oppositam amplectitur sententiam. Nam proposita sententia Remigij ex vna parte, & Augustini ad Euodium ex alia, tamen illam Augustini sequitur, ut probabilio rem, eo quod, ut ait, efficacioribus nititur rationibus. Vbi etià acutè ponderat verba Petri in Actis, quod Dauid sit mortuus, & sepultus: Et sepulchrum, inquit, eius est apud nos. Si autem non intelligeret ossa Davidis Prophetae illic iacere, nihil probasset, dicendo sepulchrum eius apud se esse, cum etiam eorum, qui sunt suscitati, sepulchra existenter apud eos. Subscribunt huic sententiae Ambrosius Catharinus, atque alij recentioribus: Quod si quicumque sit revelationi tribuendum, constat B. Birgittam hoc ipsum non semel affirmare. Nam libro 6. sic loquitur B. Virgo: Sed potes quaerere, inquit, ubi fuerunt illa anima, quas tunc liberauit de inferno, usque dum ascendit in caelum? Respondeo tibi, quod fuerunt in quodam gaudio noto solum filio meo. Nam ubique filius meus est, & erat, & est gaudium, & gloria, sicut ait Ieronimus: Hodie mecum eris in Paradiso. Multi etiam in Ierusalem sancti mortui resurrexerunt, quos vidimus, quorum animae ascenderunt cum filio meo, sed corpora expectant cum alijs iudicium & resurrectionem. Alibi quoque sic habet: Item scias quod nullum corpus hu-

manum in caelo est, nisi corpus gloriosum filij mei, & corpus meum. Ad haec in Euangelio Nicodemi habetur aperte, duos filios sancti Simeonis, qui Christum tenuit in vlnis, ante quadraginta annos extinctos resurrexerunt, exhibitoque testimonio de Christo mox euauisse. Potest autem in libro non canonico aliqua veritas contineri, ut superius monuimus. Historiae quoque Scholasticae autor in historiam Evangelicam scribit: Forte hic fuerunt, de quibus super epistolam ad Hebraeos legitur, quod multum affectauerunt sepeliri in terra sancta, ut Domino resurgente resurgerent, vtrum aliqui eorum ita permanserunt, & cum Domino ascenden te ascenderint, nescimus. Quia autem aliqui eorum iterum mortui sunt, postquam Dominum surrexisse testificati sunt: scimus quia corpora quorundam ad huc quiescunt in Ierusalem, & sanctus Scarioth vnus eorum fuisse a quibusdam prohibetur. Haec tenus illa. His Patrum testimonijs accedunt etiam nonnullae rationes. Et in primis non leue est illud argumentum Petri, quo probat Christum non vidisse corruptionem: Et sepulchrum, inquit, eius est apud nos usque in hodiernum diem. Vbi non simpliciter allegat ipsum sepulchrum, sed ut continens ipsum corpus Davidis, sive reliquias eius; aliàs redditur inualidum eius testimonium ad probandum quod locus ille Psalmsi non ipsi, sed Messiae quadraret. Deinde optima videtur illa ratio ex Pauli verbis ad Hebraeos, ubi testatur omnes Patres defunctos, non esse sine nobis consummandos: quae confirmatio impletur per resurrectionem ad vitam mortalem, quae speratur in die resurrectionis vniuersalis. Tertio, si in vitam surrexissent aeternam, quomodo resurrectio postremi diei esset vniuersalis, cum tam multi antea surrexissent, ut textus ait? Et cum Christus apud Ioannem asserat venisse horam, quando omnes, qui in monumentis sunt, nemine excepto, audient vocem Filij Dei vocatis ad iudicium? Cum ergo illi, quorum corpora surrexerunt, in mouimentis

B. Thom. 4. sent. dist. 42. art. 2. q. 1. ad 3. Idem 3. p. q. 53. ar. 3.
Aug. epist. 99. non longe ante medium, to. 2. ar. 2.
Ambrosius Cathari. loco citato.
B. Brigit. lib. 6. c. 94. initio.
Vbi anima illa, quae a limbo libera te, Christi ascensionè expectabat, per manserint.
Luc. 23.
Lib. 7. cap. 26.

Euang. Nicodemi.
Luc. 2.
Histo. scho. in histo. Euang. cap. 178.
Heb. 11.
Quibus argumentis fit fulta haec opinio.
I. Argum.
A. 2.
Psal. 115.
I. Argum.
Heb. 11.
II. Argum.
Iob. 5.

III. argum. **Job. 19.** **Matth. 11.** **Vbi Ioannis Baptistæ caput afferretur.** **B. Hierony.** **Histo. Tripart. li. 9. c. 49.** **Clem. li. 5. constitutio. cap. 3. post med.** **Job. 10.** **Origenes.** **Olympiodorus.** **Job. 19.**

tis tunc iacere debeat, sequitur eos ali quando audituros vocẽ illam Christi, & de monumentis ad vitã immortalẽ prodituros. Quarto, si aliquis sanctorum surrexisset ad immortalem vitam; maxime qui inter eos scẽtitate eminebant. Sed cõstat in primis, quod Job sanctissimus non surrexerit, quia ipse de seipso prädixit: *Et in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.* Deinde surrexisset saltẽ Ioannes Baptista, quo non surrexit maior inter natos mulierum. Et tamen apud nos est caput eius, & Romæ magna religione afferuatur: quemadmodum etiam in templo B. Annæ matris diuę Virginis Filij Dei genitricis Romæ dicato, brachium in Monasterio eius ostenditur. Septem quoq; Machabeorũ corpora, ac trium Regum Colonie inuenti licet. Ad hæc ossa Samuelis Prophetæ à Iudæa in Thraciam translata sunt ab Arcadio Imperatore, vt testis est Hierony. ad Riparium, cõtra Vigilantium circa initiũ: ossa quoq; Habacuc, & Michæe sub Epiphano trãslata sũt: vt refert historia Tripart. Quod si quisquã obijciat ex libro Diataxon Clementis verba illa: *Et valde diuinus insigni patientia Job, de quo ait Scriptura: Scriptum est autem resurrecturũ esse, cũ quibus Dñs resurgit: Quæ verba annotauit Origenes in epistola ad Africanum pro defensione historie B. Sufannæ conscripta, non legi hæc apud Hebręos, nec apud Aquilã, sed bene apud LXX. Interpretes, & Theodotione:* & Olympiodorus in postremũ caput Iobis sic se scriptũ in omnibus ex pluribus Græcis reperisse affirmat, tametsi hæc ab alijs adscripta, & in certa libro Iobis cõtendisse alios tradat. Tamẽ quia hodie nec in Hebræis, nec in Græcis codicibus nostris quę circumferuntur, ista inueniuntur, & quia videtur aliquo modo repugnare verbis ipsius Iob dicentis: *Et in nouissimo die de terra surrecturus sum,* certius putamus corpus eius nondum ad vitam surrexisse immortale. Vides igitur sanctissimos quosque ex Prophetis, neq; Dauidem ipsum, neq; B. Ioannem Baptistam, neq; B. Annam ad hoc priuilegiũ

peruenisse, & tamen volumus his concedere, quod nondum datum est Apostolis? Quanquam illud hoc loco merito veniat obseruandum, illos sanctos, quorum corpora surrexerunt, nõ opus fuisse vt ex antiquis esset: quia nõ possent facile ab ijs, qui nõquam eos viderunt, agnosci, sed ex recentioribus sanctis, qui ante paucos annos è vita recesserant, ac noti erant plerisq; viuentiũ. Quod acutẽ mihi videtur annotasse Epiphanius in Ancorato, his verbis: *Ipse enim est resurrectio mortuorum: qui sanẽ postquã resurrexit ex mortuis, nulum suscitauit ex recens mortuis. Resurrexerunt autem cum ipso multa corpora Sanctorum qui dormierunt, & conspecti sunt multis, ingressi cum ipso in ciuitatẽ Sanctam, velut scriptũ est in Euangelio. Et non dixit: Resurrexit pars corporum sanctorum, sed corpora Sanctorum, & apparuerunt multis, non alijs, quã qui mortui fuerant, sed qui agnoscerentur a suis, si non ante multa tempora vita defuncti essent.* Hactenus ille, disputans contra eos, qui non expectabant in resurrectione integritatem corporum. Cõfirmat hanc sententiã B. Ambrosius in c. 4. epist. ad Ephesios: Ex quibus (captiuis quos in cœlum induxit) aliquãti resurgentes in corporibus multis apparuerunt ad testimonium cuiusq; mortis, vt qui fortẽ Christi resurrectionem credituri non essent, ex horũ resurrectione, quos mortuos scirent, rei fierent, hos enim viderunt quos cognosceret dudum vixisse. Sic scripsit Ambrosius. Quinto, si illi ad vitam surrexerunt æternam, ergo verisimile est simul cum Christo ascendisse in cœlum: at rem tanti momenti in enarranda Christi ascensione non siluissent Euangelistę, aut si non cũ Christo ascendissent, aliquid de loco, in quo manerẽt, explicuissent. Cum enim hæc res tam ardua sit, vt nec de beata Virgine sit firmiter ab Ecclesia acceptum, vt articulus Fidei: ergo illi sancti suscitati sunt, vt Lazarus, & alij. Sexto, B. Moyses in transfiguratione Domini resurrexit, vt verius opinatur beatus Hieronymus, quoniam Euangelista aperte asserit apparuisse Moysen: non satis est autem, vt Moyses appareat in corpore æreo,

Ij sancti, qui vna surrexerunt cũ Christo, quales fuisse credendum sit. **Epiphanius.** **V. argum.** **Ioan. 11.** **Matth. 17.** **VI. argum.** **B. Hierony.** **in cap. 17. Matth. 10.** **Luc. 9. Coloss. 1. Apocal. 1.** **VII. argum.** **Genes. 2. & seq.** **Maria Virgo corporis mystici collum est, vt Christus caput.** **Vtra magis sententiãfirma videatur atque probabilis.** **Quinãm illi sancti, qui simuli cũ Christo surrexissent memorantur.** **Hierony. in Matth. 10. 9.** **Ierusalem, ciuitas sancta cur dista, teste Hieronymo.** **Matth. 9.**

vt sit verus Moyses, sed opus est, vt in suo proprio corpore apparuerit. Non est autem credibile, quod, vel Moyses, vel Helias, qui viri dicuntur à Luca; immortalitatis gloria amitti fuerint antequam Christus, quia non esset primogenitus mortuorum. Quod autem à Luca dicitur visos in maiestate, siue gloria: non est ad gloriam animæ in gloriam corporis redundatẽ transferendum; sed ad claritatẽ corporis Christi transfigurati, diffusam in illorum corpora. Septimò, non decebat vt quisquam in corpore & anima ingrederetur ad nuptias Agni ante sanctissimam Virginem primariam Dei sponfam: vt quemadmodum paradisum terrestrem primus Adam, & prima Heua coluerunt, ita in cœlestem in illo terrestri designatum, nemo ante secundum Adam, & secundam Henam habitus fuerit dignus qui ingrederetur. Nam etsi gloria corporis extrinsecasit: tanta tamen est, vt nemo ante matrem eam sit promeritus: vt vita æterna primò à capite, deinde per Mariam Virginem, quæ venerabile collum est huius corporis mystici, in reliquum totius Ecclesie corpus diffundatur. Proposui hactenus, quibus vtraque nitatur firmamentis sententiã, lector pro suo arbitrio feligat, quam velit: vtrãque defedi potest, & probabilis existit posterior certe apud me probabilior, & firmiter rationibus nititur videtur. Quod autem ait, Sanctorum corpora surrexisse: intellige per sanctos, eos, qui in Christi venturi fide mortui fuerunt. Nam etsi totus mundus resurget, & Christus non minus impius ad iudicium suscitabit, quã pius, & fideles ad salutem: quia tamen ingratiam Ecclesie suę, & piorum omnium membrorum suorum hoc fecit, idcirco Dõ minus non nisi fideles, & sanctos hoc tanto honore dignatus est. Quod verò vocat ciuitatẽ sanctam Ierusalem, in hũc modum explicat à Hieronymo: *Sanctam autẽ ciuitatẽ, in qua visi sunt resurgentes, aut Ierosolimã cœlestẽ intelligimus, aut hanc terrenã, quæ antẽ sancta fuerat, sicut & Matthæus appellatur Publicanus, nõ quod & apostolus adhuc permaneat Publicanus, sed quod pri-*

stinum vocabulum teneat. Sancta appellatur ciuitas Ierusalẽ propter templum, & Sancta Sanctorum, & ob distinctionem aliarum vrbiũ, in quibus idola colebantur (vera & extitit resurrectio corporũ Sanctorũ, vt illa Lazari, & filij viduę, & puellę filię Iair archisynagogi.) Quãdo verò dicitur: *Apparuerunt multis, ostẽditur nõ generalis fuisse resurrectio, quæ omnibus apparet, sed specialis ad plurimos, vt hi viderent, qui cernere merebantur.* Hæc Hieronymus. In cuius verbis illud notandum est, hoc loco tantũ se mentionem de Ierusalem terrestri, non de cœlesti, in qua nõ opus erat ali cui apparere, aut ferre testimoniũ de resurrectione Christi. Et cognomẽ sanctę ciuitatis non arguit esse cœlestem: quia apud Matthæũ dicitur, quod diabolus duxit illum in Sanctam ciuitatẽ, & statuit illum supra pinnaculum templi. Illud adiungam, quod vt resurrectio Christi facta est monumento clauso, in quod nõ opus erat reuerti, quia resurgebat ad vitã immortalem: sicut Lazarus suscitatus est aperto monumento, ad significandum quod iterum erat illi eõ redeundũ: ita isti surrexerunt aperti monumentis, quo constaret, eos adhanc mortalem tantũ excitari vitam. In hac autem resurrectione impletum est desiderium Epulõnis rogantis Abraham, vt aliquẽ ex mortuis in seculum hoc mitteret, qui viuos de alterius seculi rebus admoneret. Ecce nõ vnus, sed multi ad sanctam ciuitatẽ venerunt: neq; tamen, ciuitatis vitio, magnũ fructum ediderunt. Impletũ est, & illud: *Erò mortuus, & mors mortis tuus ero in infenne:* quia extinxit mortem, & eos sanctos, quos infernus possidebat, & madducari à Christo poterant, momordit. Sextum miraculum fuit Centurionis contentis. De quo Matthæus: *Centurio autẽ (qui ex aduerso stabat, vt ait Marcus) & qui cum eo erant custodiantes Iesum, viso terramotu, & his que fiebant, timuerunt valde, dicentes, Verẽ Filius Dei erat iste. Vidimus glorificationem Iesu Christo exhibitam à creaturis: ratione carentibus: sed per eas deinde cõsecuta est à creaturis ratione præditis, hominibus: scilicet ex vniuerso*

Quintum signum.

Sextum signum.

Septimum signum.

Quintò sepulchra ad peccatorum confessionem coram Sacerdote aperiri oportet, vt factor peccatorum exhalatur. Sextò, oportet exire per absolutionem, & venire in ciuitatem Ierusalem, eiq̃ue vita spiritali conciliari: quod est corpora Sanctorum resurgere, meritaque bonorum operum per peccatum mortificata rursus per penitentiam reuiuiscere. Ad extremum ore, & opere testari, quod hic est iustus,

& Filius Dei, indignusque morte, nos autem dignos omni plaga, & percussione protestari. Qua ratione immensos meritorum passionis Christi thesauros nobis comparabimus, & æternam vitam consequemur: in qua perennes laudes, ac gratiarum actiones, & immortales Patri, & Filio, & Spiritui sancto decetabim⁹ in seculis sempiternis. Amē.



TRACTATUS XLVII.

De apertione lateris Christi iam mortui, in illa verba: *Iudai ergo (quoniam Parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus ille dies Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frugerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frugerunt eius crura; sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua, &c. Ioan. 19.*

Cur sol⁹ Ioannes Dominici lateris lancea percussus meminerit.

Matth. 27. Duorum Græcorum codicum lectio huius loci deprauata rejicitur.

RÆSENS historia singularis est planè, ac mirabilis, & ad Christi mortui gloriam commendandam aperta, atque adeò à solo Ioanne dilecto enarrata, vt amatus, & amans discipulus vulnus, quod ad amorem nostrum exculpandum, valet plurimum, describeret, & postremum Euangelista vulnus postremo loco infictum scripto commendaret. Hinc merito reprehendendi sunt illi textus Græci, qui apud Matthæum post illud verbum; *Sine, videamus an veniat Helias liberare eum*, hoc est, duo codices inscripti A, & u apud Robertum Stephanum habent: *ἄλλοι δὲ λαβὼν λόχον ἄνοιαν ἀπέπεσε*

καὶ τὸν θυρὸν ἄνοιαν ἀπέπεσε. Hoc est: Alius autem accipiens lanceam, aperuit costam siue latus eius, & exiuit aqua & sanguis. Et statim sequitur: *Iesus autem clamans voce magna, emisit spiritum*. Ita legit Chrysostomus in Matthæum, quam lectionem quidam incertus Cornelij Agrippæ Scholiastes consecratur, ad detestandi erroris confirmationem, quem predictus Cornelius in libro de Vanitate scientiarum vehementer impugnat, asserens errasse Matthæum Euangelistam, quod dixerit Christum lancea percussum antequam expiraret, contra Ioannis auctoritatem, qui eum post mortem lancea percussum narrauit. Sed profectò hac videtur Chrysostomi

Chryf. ho. 89. in Matth. tom. 2. Cornelius Agrippa li. de vanitate scientiarum, cap. 100.

Chryf. ibid.

Idem. hom. 84. in Ioan. tom. 3. Euangeliū Nicodemi.

Eiusmodi de prauata lectionis occasio.

Petrus Ioannes Minorita. Guido Carmelita.

De summa Trinit. & fide Catho. tit. 1. cap. 1.

Parasceue quid apud Iudæos. Dies Sabbati cur magis dicitur ab Euang.

lectione abusus fuisse. Cuius rei duo sunt argumenta: alterum, quod hæc lectio nusquam reperitur apud Matthæum, neque in codicibus Græcis, neque Latinis, imò neque in commentarijs veterum Patrum; alterum est, quod ipsemet Chrysostomus eodem loco asseuerat corporis Christi exanimati latus fuisse vulneratum, atque id ipsum repetit scribens in Ioannem. In Nicodemi quoque Euangelio post primum verbum Christi in cruce, & ante secundum, quod dixit latroni, habetur: *Accipiens autem Longinus miles lanceam, aperuit latus eius, & continuo exiuit sanguis & aqua*. Sed hanc Nicodemi, sicut & illorum Græcorum codicum lectionem credimus fuisse vitiatam: quis porro fuerit autor huius corruptionis, non satis constat. Nisi quod quidam Petrus Ioannes Minorita, vt testatur Guido Carmelita, Helnenſis Episcopus, libro aduersus hæreses, hunc errorem stulto zelo excogitauit, cum passionem, & mortem Christi pro concione enarraret: finxitque Christum adhuc viuente lancea vulneratum, vt ex amplificatione dolorum Christi, populum magis, ac magis ad misericordiam ac fletum concitaret. Quem errorem cum semel prolatum tueri veller, damnatus est à Clemente Quinto in concilio Viennensi, Titulo de summa Trinitate & fide Catholica, his verbis: *Nos igitur ad tam præclarum testimonium, ac sanctorum Patrum & Doctorum communem sententiã, Apostolica considerationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) acie conuertentes; sacro approbante Concilio, declaramus, predictum Apostolum & Euangelistam Ioannem rectum in præmissis factæ rei ordinem tenuisse, narrãdo, quod Christo iam mortuo vnus militum lancea latus eius aperuit*. Hæc ibi. Deinde accedamus ad exponenda verba Ioannis Euangelistæ, qui ait: *Iudai ergo (quoniam Parasceue erat)* In qua præparabatur cibi pro Sabbato sequenti, in qua quia inci debat Pascha, & erat annus Iubilei Iudæorum, merito dicitur quod erat magnus dies ille Sabbati: vt quãdo apud nos Natiuitas Christi, vel Incarnatio incidit in Dominicã diem. Ideo apud Marcum dicitur Parasceue, quod est,

Antesabbatū, & Lucas ait: *Et dies erat Parasceues, & Sabbatam illucescebat*. Et vt intelligas fuisse quodque diē Pasche, ait superius Ioannes: *Erant autem Parasceue Pascha, hora quasi sexta*. Sed de his alio loco superius satis est disputatū. *Vt non remanerent in cruce corpora Sabbato Paschali*: putabant enim isti Festi solennitatem tali conspectu dehonēstandã ac funestandã, cum expresso legis præcepto cautum sit, vt eodē die corpora patibulo crucis suspensa tollantur. Sic enim in libr. Deuter. statuitur: *Quando peccauerit homo quod morte plectendū est, & adiudicatus mortis, non permittetur cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, & nequãquam contaminabis terram tuã, quam Dominus Deus tuus dedit tibi in possessionē*. Hæc ibi. Vbi expende, quod etiã cruci suffixus dicitur suspendi in ligno, & vocatur à Deo maledictus; id est, Satis punitus est per iudices ille, qui mortuus est pro maledicto culpæ, & execrabilis factus, vt ne eorum quidē cadauera superesse in pœnam digni sint: vt constat de his qui flammis absumuntur, quod nõ tantum ob solam pœnæ æterbitatem, sed etiam ob omnimodam dilectionē fit. Contaminat cadaver terrã, quia inficit aërē, & sæpè à canibus, & vulturibus voratur: modò verò apud Christianos cadauera patibulo suspensa, dimittuntur ad maiorē terrorem incutiendū. Atque ad hæc lex præcipue ppter Dñm crucifigendū facta est, vt eodem die tolleretur de cruce. Quod si opponas, cadauera non nunquã ad pœnæ augmentū in patibulo relicta, vt legimus de cadaveribus filiorū Saul, qui in cruce pependunt vsq; ad pluuiã. At illud diuina auctoritate factū est, vt vsque ad pluuiam, quæ signum est diuinę clementiæ, maneret affixa cadauera ad expiandã pœnam penuriæ annouæ; quæ ex defectu pluuiæ acciderat per triennium. Erant

Marci 15. Luca 23. Ioan. 19.

Libr. 8. Cur Iudæi corpus Iesu crucis deponerint.

Deuter. 21

Galat. 3

Quid significet: Maledictus à Deo est, qui pendet in ligno.

Contaminet cadaver terrã quomodo.

Christianorum præposterit mortis quæ causa.

2. Reg. 21. Ea lex diuina, cruce cadauera deponendi, cui olim interdū neglecta fuerit.

virga percussit silicem, & ex ea non phlegma, sed aqua emanavit. Restat igitur, ut qualiscunque fuerit illa aqua, siue naturalis, siue prodigiosa, siue de nud diuina uirtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta, proculdubio uera fuit, ut naturaliter possit & compositum in componentia, & elementatum in elementa resoluui: quemadmodum uerus extitit sudor ipsius, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Cum autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, uidelicet terra, aqua, aer, & ignis; & ad uegetationem eiusdem corporis quatuor humores conuulsi illis conueniant, uidelicet sanguis, cholera, phlegma, & melancholia: ut ueritatem humani corporis expressius demonstraret, unum ex illis, & unum ex istis Ioannes expressit, illa quae potius ex illis, & ex istis, quae magis mysterio congruebant, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus duo maxime sacramenta, redemptionis uidelicet, & regenerationis elucet. Hec omnia ex Innocentio produximus: quae confirmatur auctoritate B. Thomae, qui in tertia parte ita philosophatur: *Aqua fluens de latere Christi pendens in Cruce, non fuit humor phlegmaticus, ut quidam dixerunt. In tali enim humore non posset fieri Baptismus: sicut nec in sanguine animalis, aut in uino, aut quocunque liquore alicuius plantae. Fuit autem aqua pura miraculose egrediens a corpore mortuo, sicut & sanguis: ad comprobendam ueritatem Dominici corporis, contra Manichaeum errorem; ut scilicet per aquam (quae est unum quatuor elementorum) ostenderetur corpus Christi uere fuisse compositum ex quatuor elementis; per sanguinem uero ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus.* Hec ille: qui iterum eadem reperit in alia quaestione eiusdem tertiae partis. Ex quibus colligimus, quod uerus fuit ille sanguis, & uera aqua, ad ueritatem humani corporis comprobendam: de miraculo proflixisse, quia non est naturale: cadaueri habere sanguinem, uel aquam, ut docet B. Thomas. Quamquam Pontifex Innocentius non ausus fue-

rit definire. Sed ut sanguis cum sudore emissus in horto, miraculo fuit tribuendus, ita iste post mortem. Ad quod indicandum, Euangelista quasi narraret rem nouam, & insolitam, subiunxit: *Et qui uidit, testimonium perhibuit, & uerum est testimonium eius,* quae de re naturali & consueta non dixisset Ioannes. Quinto perpende, quod scribit Nicephorus Callistus in Historia Ecclesiastica: *Et corpus mortuum, inquit, aliquandiu ita pendebat, cum ex intubus quidam, Iudaeorum genti gratificaturus, latus eius lancea perforat: ex quo uulnere sanguis, & aqua, praeter opinionem omnem profluxit. Cum uero metu homicidarum omnes profugissent, sola ibi aderat mater, & quem diligebat, discipulus, qui omnia, quae uel ante, uel post mortem eius gesta essent, oculis ipsi suis expectarant: sanguinemque, & aquam de latere eius, quasi adhuc uiuentis, recens profluentem, religiose simul, & honorifice admodum uasculo exceperunt.* Hec ille: quae si uera sunt, ut certe esse possunt (& exemplis Martyrum confirmari possunt: nam B. Potentiana Martyram sanguinem religiose colligebat, & seruabat: & B. Ianuarij sanguinem collegit femina quaedam deuota, qui hodie in incluta Neapolis urbe spectandus omnibus, & uenerandus proponitur: qui capiti eiusdem Martyris ubi coniungitur, non sine nouo miraculo ex arido, & terreo liquidus, & fluidus, & interdum bellicus cernitur. Quibus addi potest, Domini particulam aliquam Iesu sanguinis instrumentis Dominicae passionis habuisse in hodiernum usque diem, ut columnae, cui alligatus est ad flagellationem, cruci, elauis, & ferro lanceam, & quod ipse stupendo quodam signo sanguinem suum pretiosum sub specie uini in Eucharistiae mysterio ad salutem nostram promouendam asseruauit.) Quae, inquam, si uera sunt, ut certe esse possunt, cum nihil Euangelicis dictis repugnent, docent nos, ut magna religione sanguinem illum, & aquam in uasculo cordis nostri recondamus, atque honorifice de illo sentiamus in quo medicina omnium peccatorum, & uiae aeternae arrha consistit. Cyril. Hierosolym.

Luc. 22. Vnde costet corpus humanum. B. Thom. in 3. p. q. 66. art. 4. ad. 3. Idem. q. 74. art. 7. ad. 3. Idem lectu. 5. in Ioan. 19. Innoc. III.

Buc. 22. Niceph. lib. 1. cap. 30. in fine. Ioan. 19. Cyril. Hierosolym.

Lignum, inquit, Moysis tempore dulcem effecit aquam: & de Christi latere aqua effusa fluxit in ligno. Initium signorum tempore Moysis sanguis, & aqua: & ultimum Iesu signorum hoc idem. Quarto aduerte, mixturam aquae cum sanguine, obseruata fuisse a Domino in circuncisione, in horto, & in flagellatione, & in Cruce, ante, & post mortem. Emisit autem sanguinem, & aquam, in signum duorum Sacramentorum, Baptismi, in quo aqua tingimur, & Eucharistiae, in quo sanguine potamur: ut restatur Cyrillus, uel in signum redemptionis, & purificationis. Sic enim ait Ambros. lib. de Sacramentis, *Quare aqua, quare sanguis? Aqua, ut emundaret, sanguis, ut redimeret.* Hec ille. Vel in signum duorum Baptismatum, quorum unum est in aqua fluminis, alterum sanguinis: ut docet Theophylactus. Et sicut ex latere Adae dormientis fabricata est Eua, ita ex latere Christi dormientis in Cruce, formata est Ecclesia Christi sponsa, quae generatur aqua, & nutritur Eucharistia. Euthym. in haec uerba Ioannis ita scribit: *Sanguinem, & aquam scaturire fecit, duo designans Baptismata: unum quidem per sanguinis martyrium, alterum uero per aquam regenerationem: atque horum fluxu peccati fluxum demergit. Praeterea aliter: nam duos scaturire fecit fontes: aqua quidem purificans Ecclesiam, sanguine uero, eam enutrens. Si quidem per aquam renascimur, per sanguinem autem, & carne pasчимur, quae diuina sunt, ac mystica. Itaque cum ad tremendum accesseris poculum, persuadeo tibi, quod ex Dominico bibis latere, & eo modo sis affectus.* Hec ille. Quod igitur dici solet, hoc sanguine redempta esse Ecclesiam, atque hac aqua ablutam fuisse, cautè intelligendum est. Docet enim Episcopus Abulensis super Genesim, Dominum Iesum sanguine suo in uita effuso, & sudore nobis redemptionem ac purificationem promeruisse, isto uero sanguine & aqua significare redemptionem, & abluitionem, non promeruisse, quoniam post mortem non est locus meriti. Post sanguinem uero fluxit aqua, ad significandum, quod totum sanguinem profuderat, quo nos ad bibendum de aqua uiae aeternae in-

uitaret, gratis quidem nobis exhibita, at non sine sanguine, quem Christus loco pretij pendit. Datur etiam aqua, ut lauamur a maculis peccatorum, ut ita mundi reddamur ad fundendum sanguinem nostrum pro Christo, & resistamus peccato ad sanguinem usque; aut saltem si sanguinem non fundimus, aquam fundamus sudando pro eo; & ad proximum misericordiae opera ex corde impendendo. Nam qui uel calicem aquae frigidae propter Christum proximo impenderit, non perdet mercedem suam. Aquas Baptismi comitatur sanguis, quod eas reddat efficaces, sicut & aquas lacrymarum in poenitentia, quod grata sit Deo, & nobis salutatis nostra respicientia. Adhaec aquas quasi in benefactis sudando fundimus, quibus illa accepta Deo reddantur: nam bonum operari post peccatum sine difficultate non contingit, & ut ille dixit: Virtutem posuere Dijs sudore parandam. Magno autem mysterio aqua sanguini fuit coniuncta: quia ut aqua sine sanguine prodesse nihil, ita nec sanguis sine aqua Baptismi. Redemptio enim nihil nobis proficeret, si permaneremus quales prius eramus, & non ablueremur. Quamuis negare non possimus, infinitam sanguinis uirtutem Baptismo aquae non adstringi: constat enim efficacem extitisse in latronis conuersione, etiam citra aquam. Sed haec priuilegia sunt. Et qui uidit, testimonium perhibuit, & uerum est testimonium eius. Ne quis de insolita, & prius inaudita re admitteretur, uel dubitet, ait se uidisse, Et dignus est fide discipulis tantam magistri contumeliam describens sui: nam contumelia erat in mortuum sauire, licet ad hanc apertionem consecutum sit miraculum, *Et ille scit, quia uera dicit, ut & uos credatis.* Verum se ostendit historicum, qui quae uidit, scripserit: nam isopetiv Gracis idem est quod uideri. Tanta autem asseueratione est usus, ne fideles quouis modo de hoc mysterio ab alijs praetermisso, & se solo enarrato titubarent, sed firmi perstiterent, non obstantibus Iudaeis negantibus, & ut percussimodi fidem,

Euod. 15. Luc. 22. Infra. 22. Ioan. 19. Cur de Christi latere fluxerit sanguis, & aqua. Cyril. lib. 12. in Ioan. tom. 1. Amb. lib. 5. de Sacram. cap. 1. in fine tom. 5. Duplex Baptismus, fluminis, & sanguinis. Theophil. in Ioannem. Gen. 2. Euthym. in cap. 17. in Ioan. 6. 19. Quo sensu dicitur, sanguinem, & aquam de Christi latere effusa redemptionem esse Ecclesiam, atque ablutam. Episcopus Abulensis. Quare post sanguinem aqua proflixerit.

Hebr. 12. Matth. 10. Baptismus aquas quid reddat efficaces. Cur operemur sine difficultate, & molestia. Hesiodus. Quare sanguinem cum aqua simul Christus effuderit. Sanguinis Christi efficacitas. Cur Ioannes hoc signum restetur se uidisse. Eius testimonij ueritas.

fructum passionis Christi sibi applicarent.

Exod. 12. Num. 9. Zachar. 12. Apoc. 1. Apertio lateris Christi ubi præfigurata. Gen. 6. Aug. supra citatus. Ruper. Tuitien. lib. 15. in Zachar. Cant. 4. 3. Reg. 22. Exod. 17. Num. 20. 1. Cor. 10. 2. Reg. 18. Non raro malorum hominum res gestæ, bonorum res gestas præsentat, & e contrario, more Scripturæ. Supra. 14. Psalm. 44. 2. Cor. 5. 2. Reg. 18. Absalon tribulacis cõfixus quid mysticè. Ioan. 19. Exod. 12. Ioan. 1.

Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur; Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Duos tantum allegant locos, alterum ex lege in Exodo per scripta, alterum ex Prophetis: cum tamè multi loci ex Scripturis impleti sint. Nam vulnus hoc figuratum est in ostio Arcae Noè, ut superius ex Augustino produximus. Prædictum est in fonte illo, de quo Zacharias: *In die illa erit Fõs patens domui David, &c.* quod de hoc mysterio interpretatur Rupertus Tuitiensis. In Sponsi corde vulnerato ab Sponsa in Canticis: Delineatum in vulnere illato Regi Achab, qui percussus fuit inter pulmonem & stomachum in curru suo: In petra percussa, & dante aquas abundantes, de quo Apostolus: *Petra autem erat Christus:* In tribus lanceis, quibus percussus fuit Absalon, dum hæreret per capillos in quercu. Nec enim nouum est in sacris literis, in historijs, aut gestis virorum malorum Christi facta representari; aut eõtra, in rebus gestis virorum iustorum adumbrari mores, euentusque reproborum. Est enim Absalon filius Regis Davidis, insigni pulchritudine præditus: talis est Iesus Dei Filius, qui dicitur speciosus forma præ filijs hominum: hic mortuus est in quercu Crucis: & ut illius morte pacificatum est regnum illius, ita morte Iesu mundus cum Deo. Et ut Ioab occidit Absalonem Patre Dauide repugante; ita populus Hebræus Iesum occidit, Patre cõlesti sua lege prohibente. Occisus est Absalom, at Iesus magna cum parentum suorum irreuerentia, ac magna cum populi, & regni utilitate. Quod Absalon tribus lanceis sit confixus, rectè significat Christum una lancea perfossu: quia simul Christi cor & matris, ac dilecti discipuli, qui huic aderat spectaculo, corda penetravit. Ioannes tamen præter testimonium suum, qui oculis proprijs aspexit, producit testimonium ex lege in Exodo contenta: *Os non comminuetis ex eo.* Hic enim erat verus Dei agnus, qui tollit peccatum mundi, ad vesperam

immolatus: cuius crura, siue ossa minime suffragantur, contra Iudæorum voluntatem, qui primam ossifragiam propter Iesum petebant; ut intelligamus ex diuina id factum dispositione, ob integritatem, & dignitatem Christi, & fidem resurrectionis solidius astruendam. Signant autem primò crura non effracta, diuinitatem, quæ expers fuit passionis. Et ut os seruat medullam, quæ est intra, & carnem ei adhaerentem: ita diuinitas animam, & corpus, quæ separata inter se sunt, non tamen à diuinitate. Secundò, hæc ossa intacta adumbrant merita sua ad æternam gloriam comparandam integra, nullaque fracturæ macula contaminata; & consequenter repræsentant eius virtutes, hoc est, obedientiam, humilitatem, patientiam, atque charitatem; quas Dominus in morte non solum non amisit, sed perfecit, integrasque, atque intactas ostendit. Tertio, repræsentant, vniuersas Domini vias in cruribus significatas, rectas existere, atque inuiolabiles: atque idem de iustis faciunt, quorum virtutes in passionibus roborantur, iuxta illud: Virtus in infirmitate perficitur. Vnde per Dauidem ait: *Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnu ex his nõ conteretur.* Ad hæc Christus extinctus plus custodiuit ossa, quàm viuus carnes proprias. Ossas sunt electi, alba castitate, & quibus nititur carnes, nerui, & sanguis: & ita in electis stabilitur Ecclesia. Moris nobis est, carnem nobis retinere, ossa proijcere: Christus eõtra, in vita deseruit carnes, ossaq; solida, & stabilia seruaui: quia vel vnũ mundo mortuum, ac sanctu virum, plusquam multos in carne nitentes diligit. Caro editur à carne, os autem roditur tantum: quia dæmon edit carnales, tentatq; perfectos, & spirituales viros. Imò ut plerumq; canis læditur ab osse, ita dæmon illudatur à perfectis, sicut Dauid ait in figura ceti: Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. Alterum deinde ex Prophetis desumit testimonium, quod ex Zachariæ capite. 12. deprompsit, dicens: *Et effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & precum: & aspicient ad me, quem confixe-*

Iesu crura, latronum instar aliorum curminime frangi debuerunt.

Iesu crura minime fracta quid signent.

Iustorum virtutes in passionibus roborantur. 2. Cor. 12. Psalm. 33.

Ossa Christi quæ mysticè.

Christi amor in homines iustos.

Quid draco formatus ad illudendum homini apud Prophetam. Psalm. 103. Zachar. 12. De quibus dicitur per Prophetam: Et aspicient in me, quem confixerunt.

tunt

Luc. 23. Impiorum aduersus iustos conatus quod tandem recedant.

Simile.

Exod. 17. 1. Reg. 18. 1. Reg. 18. & inde.

Euthymius refellitur. Hieronymus ex Hebræo serarum literarum necessitas.

tunt. videtur loqui de his, qui reuertantur percutientes pectora sua. Hæc autem sententia significat interdum impios in hoc mundo præualere, sed ita, ut suo se gladio iugulent: & quod magis in suis conatibus prosperantur, eodiuultiorum esse causam suam arbitrantur. Sed cæci in grauissimum Dei iudicium incidunt. Ut enim in somno accidere solet, ut somnians pugno se hoste putet percutere, excitatus postea sentiat, quod se suis pugnis percussisset: ita qui pio iniurias infert, videtur esse superior, vel propter pii, & iusti viri imbecillitatem, vel quod vltro in futurum differatur: tamen re vera suo se gladio ferit. Ita Pharaon oppressit Israelitas, quo facto verè se ipsum oppressit: Saul Dauidem persecutus, vel potius se ipsum: ita Iudæi Christum pupugerunt, vel corda sua porius. Et idem est dicere in tertia persona: Videbunt quem confixerunt, ac dicere in prima: *Aspicient ad me, quem confixerunt.* Hoc autem quoniam in textu Græco non habetur, Euthymius affirmavit à Iudæis expunctum esse post prædicatum Euangelium. Sed non aduertit, quod illud habeat Hebræa veritas, & Latina lectio, quas ipse non consuluit, sed tantum Septuaginta Interpretum editionem. Ideo necessaria fuit Ecclesiæ Dei

versio ex Hebræo B. Hiero. & ob hæc, & ob alios locos, qui ex eius versione inveniuntur in Scripturis Hebraicis, qui nõ habentur in versione Septuaginta. Porro interpretatur: *Aspicient ad me, id est, Videbunt ipsum de celo descendentem in die iudicij: respiciens ad illud Apocaiyphis: Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Ex quo videtur intelligi, Dominum venturum ad iudicium cum vulnere crucis cicatricibus, ad maiorem impiorum condemnationem. Sed quia tunc tardè, & sine fructu videbitur confixus, demus operam, ut nunc fidei oculis videamus eum paratum ad saluandum nos, qui pupugimus eum peccatis nostris: & spectemus eum, quod à serpentum ignitorum venenatis morsibus nos liberet. Et quia Christus est fructus ligno scientiæ boni, & mali restitutus pro Adæ peccato, & ut iam maturus inclinat caput, contendamus, ut saltu aliquo terram relinquentes, manu fidei apprehendamus, ac charitatis dentibus edamus: quoniam est dulcissimus, ac suauissimus hic fructus terræ sublimis Dominus noster Iesu Christus; cui cõ Patre, & Spiritu sancto omnis cultus, & obsequium ab omni creatura debetur, per omnia secula, Amen.

Idem.

Apoc. 1.

Dominus cõ vulneru Crucis cicatricibus venturus ad iudicium.

Esai. 3.



TRACTATUS XLIX.

De sepultura Christi Domini à Iosepho Arimathæo, & Nicodemo exhibita, in illa verba: *Cum autem serò factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. usque ad, Sedentes contra sepulchrum. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. & Ioan. 19.*

AVDVSV celebrantur in sacris literis, qui serio operi pio mortuos sepe

liendi incumbunt, & inter alios summe commendatur Tobias senior; & à Davide commendatur viri Iabes: Ga-

Tab. 2. seq. 3. Reg. 1 2.

Officii sepulture mortuorum commendatio.

laad,

3. Reg. 19.
Rom. 11.

Nomen Ioseph quâ aptè et conueniat.

Gen. 26.
Infra 50.

Luc. 1.
Matth. 1.

Ioseph Arimatheus ab Evangelista cur dictus dicitur.

Vfus diuitiarum opem quâ uitiam.
Cur Deus per diuitiam hominem, Christum pauperem voluerit sepeliri.
Prov. 19.

Decuriones qui vocentur.

diuinum oraculum respondit: *Derelinqviam mibi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omnes quod non adoravit eum, osculans manum.* Nemo igitur quantumvis tribulatus, vel in doloribus positus desperet: quia cum minus cogitabis, suscitabit Deus alterum Ioseph, qui sine pretio, vel sine precibus deponat te de cruce, & conferat tibi aliquod solatium, aut sepulturæ quiete. Et vide quâm aptè nomen illi Ioseph quadret: est enim nomen Deo acceptum, & sanctis viris in Scriptura collatum. Nam Iosepho filio Jacob crediderat Deus ingressum populi sui in Ægyptum: qui etiam pia patris sui Jacob sepultura non parum sibi splendoris conciliauit. Deinde Iosepho Virginis sponso, ingressum Filij Dei in hunc mundum. Demùm isti Iosepho post mortem sacrum corpus commisit. Itaque Deus non tantùm virum iustum delegit, qui deponeret eum de cruce, sed etiam sancto nomine insignitum, & decoratum. Secundò, vocatur dives: quæ conditio erat conueniens, vt posset habere facultatem sepeliendi Iesum, & auctoritatem accedendi ad Pilatum, & impetrandi quod vellent. Dicitur ergo dives, vt etiam diuites habeât, quo promerantur Christum: & hic est vus sanctissimus diuitiarum, trãsserre illas in cœlum. Velle autem Dominum, per diuites pauperem Christum sepeliri, significat diuites presertim ad opera misericordiæ corporalia obligari: atque ita illi, qui opibus destituuntur, non ita adstringuntur. Sed hæc obligatio lucrosa est, quia fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Secundò, ponit condiciones, vt sepeliendo Iesu aptus esset, & tanto dignus mysterio, inter quas prima est, quòd esset nobilis Decurio, siue honestus Senator, aut Consul: qui erant Senatores municipales, quos vocamus Consulibus vrbis, qui pro diuersitate vrbium vocari solent electi, aut Syndici, aut Iurati. Erat autem Ioseph Senator vrbis Ierosolymitanæ: nam etsi esset oriundus ab Arimatia ciuitate, erat tamen incola Ierusalem, quod satis testatur sepulcrum; quod sibi exciderat in

horto extra muros Ierusalem. Non est ergo nomen Decurionis nomen officij militaris, sed nomen dignitatis municipalis: nam qui Romæ dicebatur Senator, in municipijs, & in colonijs vocabatur Decurio. Vt enim Christus voluit carnem assumere, nisi de Regibus, ita noluit de mundo egredi, nisi per nobiles, & honestos viros, & sepeliri, quò ostendat, Christum nõ dedignari nobiles, modò credant, & humilientur. Voluit igitur, nobiles, & primarios viros, omnique exceptione maiores de morte Christi, ac sigillo, & reliquis testificari: quibus tamen non obstantibus Dominus surrexit. Hinc Chrysostomus in homilia quadam: *Christus, inquit, honorificentissime sepultus a duobus nobilibus Ioseph, & Nicodemo: quod illi euēnit prater morem aliorum Principum. Quando enim Reges, & Principes viuunt, deliciose agunt: quando vero moriuntur, vix est lintheum, quo tegantur. Nam seruorum quisque rapina, & depraedationi est intentus, & parum curat de corpore Principis.* Hęc ille. Quartò dicitur, quòd esset vir bonus, & iustus, quòd magnum est encomiũ diuitis, & Senatoris. Seruare enim iustitiã ad alterum in his, quæ illi debemus, & bonitatem, id est, diffusionem, communicationemq; in his, quæ maximè non sunt debita, perquam est honorificum, & laudabile. Nam scriptũ est: *Beatus dives, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia, & thesauris.* Vtmittam, quòd sanctum Christi corpus non decebat, nisi à sanctis, & iustis cõrectari. Quintò dicitur discipulus Christi, id est, auditor, occultus tamen, propter metum Iudæorum, ne videlicet pelleretur de Synagoga, vt ait Ioannes. Euthymius scribit, hunc Ioseph fuisse ex numero septuaginta discipulorum: quod apud alium autorem legi neminem. Amabat hic doctrinam Christi; malebat tamen eam occultè profiteri, quàm publicè: vel ex diuina prouidentia, vt essent qui sepelirent eum; vel quia diuitiæ, & gloria huius mundi, quibus hi duo conspicui erant, impediebant, ne apertè Christi profiterentur doctrinam, ne illa re-

Chryso.

Christi sepulture ab illa Regũ & Principum huius seculi quâ seratio diuersa.

Ioseph Arimatheus cur dicitur bonus, & iustus.

Eccli. 31.

Idem quatuor erat discipulus Christi.

Ioan. 12.
Euthym. c. 68. in Mat.

Cur Ioseph, & Nicodemus occulti essent Christi discipuli.

Que charitas sufficit ad salutem.
Ioan. 4.

Variis ordo discipulorum Christi.

Ioseph Arimatheus quare Christi regnum expectabat.

Consilio, & actibus Iudæorum quibus non consentit ille.
Luc. 23.

relinquere cogentur; vel quoniam Deus ad tempus fert nostram imbecillitatem, & metu finit agitari, vt aliquando illo propulsato, in publicum prodeamus. Nam charitas vera sufficit ad salutem, etiam si omnem pellat timorem: quia solum perfecta charitas illum foras mittit. Ita fecit Christus cum multis Martyribus, qui primò per fugam se subtraxerunt: imò interdum pecunia data vitam redemerunt, postea tamen sanguine, & morte testati sunt. Erant quidam, qui Christum sequebantur, sed non ita diligebant, vt erant multi ex turba: contra vero alij diligebant: sed non sequebantur, vt Ioseph, Nicodemus, & Gamaliel, atque Lazarus: rursus quidam, qui & amabant, & iuxta sequebantur, vt Apostoli ac septuaginta discipuli. Quia in Ecclesia quidam futuri erant manifesti, qui confiterentur Christum coram tyrannis, & se pro eo martyrio exponerent. Quidam vero non sunt ita fortes, qui primùm quidem sibi ipsis per vitam consulerent, & prae casu timore delitescerent: parati tamen confiteri, si casus ferat, & quæuis potius tormenta sustinere, quam Christum abnegare. Quidam tamen sunt, qui apertè quidem, & clarè sequuntur Christum; at ipsum ex corde non diligunt, sed potius se ipsos, & bona, quæ in Christo sunt aduentitia: cuiusmodi sunt carnales Ecclesiastici, & pastores, ac religiosi mali, qui in bonis Christi deliciantur, & nihil præter ea aliud requirunt: Ioseph ergo erat Christi discipulus. Quod diuersum non est ab eo, quod Marcus & Lucas aiunt, quod videlicet spectabat regnũ Dei, scilicet spirituale, nõ temporale, vel carnale, quod in hodiernum vsque diem carnales expectant Iudæi, terræ tantum inhiantes. Hoc autem spirituale Dei regnum consequitur æternum Christi regnum in spiritu, & in carne: & hoc regnum debet veros Christi discipulos nunc suspensos tenere, & sollicitos, ne temporalibus, & mundanis bonis impediti illud amittant. Sextò, scribit de isto Ioseph Lucas, quòd non consenserit

consilio & actibus Iudæorum, scilicet contra Christum. Et idem dicitur de Nicodemo apud Ioannem. Atque vtriamque nunc essent similes in Concilijs, aut generalibus, aut prouincialibus, aut diocesanis, aut in Capitulis Ecclesiarum, aut in comitijs, & conuentibus: secularibus, qui exitibus prauorum consilij, ac conatibus se opponerent. Quare in Exodo cautum est: *Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia, vt à vero deuias.* Quare etsi nostra sententia non possit impedire aliorum, qui numero vincunt, suffragia: tamen propter Deum, & conscientiam, si non possumus impedire, debemus saltem illis non consentire, iuxta illud: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum:* quem Psalms de isto Ioseph ad literam exponi posse, in Matthæum tradit Hieronymus. Adhæc propter cohonestandam veritatem liberè confitendum est, quod intus sentimus: vt si quis nostra auctoritate ductus, velit à suffragio dato resilire, possit. Septimò, accessit Ioseph ad Pilatum, & perijt corpus Iesu, vt ait Matthæus: Marcus addit, quòd audacter introiuit ad Pilatum. Porro hanc audaciam præstitit intus vera fides, quæ est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, de qua ait Apostolus: *Sententi per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, & quæ sequuntur.* Extra vero Christi mors, & sanguis recens effusus adiumento fuerunt ad pellendam omnem timorem. Qui ergo Christo adhuc in viuis agente metuebant, & non accedebant, propter metum Iudæorum, vbi primùm eum extinctum intellexerunt, cessauit metus ab eis: non enim iam hostem eorum seruare videbantur, sed tantum piũ officium in amicum præstare: & expectatio si qua erat in Iesu viuente, quod aspiraret ad regnum, iam cessauerat: & eò magis officium piũ præstabant, quo putabant eum omnino perijsse. Et nihil in eo esse præsidij. Ab his discimus, etiã amicis, à quibus nihil speramus,

Ioan. 7.
Ad eo qui de genereat.

Exod. 23.

Psalms. 1.

Hier. 10. 9.

Hebr. 11.

Ibidem.

Ioseph, atque Nicodemus vn de inutilè, & vanum occulti discipulorum Christi timorem excusserint.

Ioseph, ac Nicodemus Dominum sepelientes nobis documenta quæ præbeant.

præstanda esse amicitiae officia. Et hinc Christo non mediocria, neque vulgaria impensa sunt munera: nam damnatus erat consensu publico ut seductor, itaque inuidiosa res videri poterat, illi aliquid honoris impendere. Quare virtus quaedam noua est hæc, quæ audaces amicos fecit; alioqui si deceptos se ab eo putassent, inimici ei iam essent, vel esse poterant, & erubescerent in aliquo deceptorum amplius fauere. Petijt ergo corpus Iesu: quia corpora damnatorum non poterant sine licentia magistratus qui damnauit, tolli. Expende obsecro quis petat, id est, Ioseph: quid petit, Corpus Christi: à quo, id est, Pilato Præsidente: quomodo, id est, cum audacia, & feruore fidei: quando, nimirum eodem die, quo Christus cruci est suffixus: ad quid petit, id est, ad sepeliendum. Quoties enim Scriptura aliquod heroicum enarrat factum, minutè vniuersas operis describit circūstantias. Hi duo, Ioseph, & Nicodemus, satis re ipsa restati sunt, quantum animo commiserarentur Christū, etsi in Iesu promerendo præcedant Pilatus, & vxor, qui eius sunt testificati innocentiam: & Centurio, qui cū suis dixit: *Verè Filius Dei erat iste*. Ad hos accedunt sanctarum mulierum planctus, lamentatio, ac sedulitas. Post hos venit latro computandus, qui Christū Regem confessus est: atque iuxta hos sequitur duorum diuitum officiosum munus. Caelitusq; prospectum fuisse videtur, ut iste Ioseph diues esset, ut haberet quod exhiberet in sepulturā Domini: ut esset nobilis Senator, ac Decurio, quo ad Præsidentem facillè posset habere accessum: & ut iustus esset, quod corpus Domini sanctum pertractare posset.

Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et acersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph. Hanc admirationem, & Centurionis confessionem adiunxit Marcus Matthæo. Pilatus enim sperabat tardiùs Iesum moriturum, quod cruci suffixi soliti sint non tantū ad aliquot horas, sed etiam ad aliquot dies adhuc viuere; & quia habebat Dominum Ie-

sum tanquam diuinum quendam hominem, qui cæteris excelleret: & quia virū florentis ætatis esse sciebat, præsertim cū nondum illi essent crura præfracta. Sed ipse præmortuus est, quia multa per totā noctem erat perpressus, & mane flagellatus fuerat, ac malè tractatus. Quod ergo interrogauit Pilatus Centurionem de morte Iesu, Deo disponente, id est factū, quod ita magis mors Iesu innotesceret, ac proinde clarior esset, ac certior resurrectionis Christi gloria. Quod ergo iusserit Pilatus reddi corpus ipsi Ioseph, magnum muneris loco fuisse illam donationem interpretatur Thophylactus: ac subdit: *Nam cum ut seditiosus esset occisus, reliquum erat ut insepultus abijceretur. Verum cum Ioseph diues esset, verisimile est, quod Pilato aurum dederit.* Hæc ille. Fortè etiam, quia semiinuitus damnauerat Iesum, & quia miraculla illa partim viderat, partim à Centurione acceperat, propensus fuit ad donandum corpus, ut sepeliretur: maxime quia, ut ait Salomon: *Cor Regis in manu Domini, quocunq; volueris, inclinat illud.*

Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda; & posuit illud in monumento nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum ad ostium monumenti, & abiit. Marcus habet: *Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit in sindone.* Lucas adiungit de monumento, *In quo nondū quisquam positus fuerat.* Ioannes verò addit historiam Nicodemi, dicens: *Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primū, ferens mixturā myrrhe & aloes, quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.* Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus; & in orto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat: ibi ergo propter Parasceuem Iudæorū, quia iuxta erat monumentū, posuerunt Iesum. Et subdit Lucas: *Et dies erat Parasceues, & sabbatum illucescebat.* Hæc omnia expédenda sunt, atque expendenda. Primū igitur auerit Marcus, Ioseph emisse sindonem mundam, non parens sum-

Cur Pilatus interrogauerit Ioseph de Iesu, si iam obiisset.

Pilatus etiam cur donauerit corpus Iesu Ioseph Theophyl. in Mat. 27.

Prover. 21.

IOAN. 3.

Ioseph cur petierit à Pilato corp^o Iesu.

Mos Sacre Scripturæ.

Matth. 27.

Pilati de cita morte Christi admiratio vnde perfecta sit.

IOAN. 20.
Duplez sindonem quæ inuoluit corp^o Domini fuisse, quibus locis habeatur.

Nicodemus officium in Dominicam sepulturā plenū pietatis Deuter. 19. Matth. 18. IOAN. 3.

Numer. 19. Dominici cadaveris vis atq; energia

Exod. 12.

Contactus morticini corporis humani, pius est, qui, cur olim diuina lege prohibitus Iudæis.

Tobia 12.

ptibus, ut honorificè sepeliret. Et illa sindon duplicata fuit, etsi in singulari dicatur sindon, quia Ioannes in plurali ait sepelisse cum linteis & aromatibus; & rursus infra linteamina posita. Atq; ita in duplicato linteo effigies Christi induti emerit, & anterior, & posterior. Hanc autè Dux Sabaudie in ciuitate sua Ducali, vulgò Zamberic, priùs habuit, deinde verò propter bella in Niczam prouinciæ ciuitatē transiit, vbi in die Sabbati, sancti venerabiliter toti populo spectanda proponitur. Altera pars sindonis huius, maximè quæ referebat anteriorem partem, in Besantio ciuitate Burgundiæ religiosè conspicienda exhibetur. Neque mirum esse debet in duplici linteamine inuolutum Christū, si in triplici velo, quo abstersit sudorem vultus sui, eiusdem imaginem impressit. Secundum est, quod venit Nicodemus, ne deesset collega in hoc tam pio, & præclaro munere obeundo, ut in ore duorum, vel trium staret omne verbum: non minori autoritate, aut inferiori pietate insignis, quam Iosephus. Venit autem non noctu, ut olim, cum adhuc esset eius fides infirma, sed palā, ut tolleret corpus Iesu, & sepulturæ mandaret, non solum non veritus aut Pilatū, aut Iudæos, sed neque legem Moyli, quæ tangentem lignum funestum Crucis pollui, & contrectantem morticina inquinari docebat: quia fide vim diuinam ei nouerat inesse, atque ex eius tactu potius hominem sanctificari, quàm pollui. Itaque illi duo viri sancti contrectato Iesu corpore, ad usum agni se purificatos nouerunt, vel abstinerunt ab usu agni illius paschalis, qui illum, qui in agno designatus erat, tractādo, ac eum lachrymis vngēdo & sepeliendo sciebant se in spiritu edisse. Quod verò melius hæc percipiamus, pleriq; admirari satis nequeunt, cur hominis mortui cōtractum prohibuerit in lege Deus, eandemq; prohibitionē toties repetierit Sacerdoti, Pontifici, Nazareo, denique & omnibus, cum tamen inter misericordiæ opera præcipuū habitū sit sepelire mortuos, ut legimus apud Tobiam. Huius ergo tam seueræ legis eam rationem esse putamus; quod cū

citra mortuorum resurrectionis spem vana sit omnis fides, & inanis (teste Paulo) nullaque possit esse pietas in illis qui aliam vitam non expectant, ne populus ab hoc fidei fundamento resiliat, ita seuerè interdixit Dñs ingressū ad mortuum. Fiebāt siquidem in mortuorum funeribus apud Ethnicos prodigiosæ superstitiones, & contristabatur sicut & Gentes: quæ spem non habent i. Thess. 5. aliquando & filij, & vxores cum defuncto se sepelientes, ut historię profanz passim docent. Vt ergo ab hoc contagio, quod fidē enervare poterat, abstinerent, nec Ethnicas illas congregationes ad mortuum admittèrent, legem hanc tam strictam tulisse credēdus est. Tertius est, quod deposuerunt Christum de cruce, quia in re scalis, atque alijs ferreis instrumentis, atque ministris eorum operam iuantibus vsi sunt: magnaque reuerētia ac fidei deuotione detractis clauis pedum & manuum sacrum illud corpus contrectarunt, & in terrā deposuerunt, ut prius de more lotum; & vinctū pretiosius vnguentis, & aromatibus sepelirent. Sic enim mos est Iudæorū sepulturæ corpora mandare, ne videlicet quis de nimio sumptu admiretur. Vt ergo olim mater accepit Christum velactaret, & Simeō in vlnas ut benediceret; ita hi sancti ut sepeliret. Intelligi in quibusdā prouintijs hanc Christi de cruce depositionem magna hominum frequentia in die Sabbati sancti publice representari, quod videlicet populus Christianus ad deuotionem & lacrymas illa sensibili representatione commoueat. Sed profectō ut sententiam meam non dissimulē: quia res hæc non habet exemplum antiquitatis, & representat huiusmodi actiones: luctu suo inhiant, atque sub prætextu religionis multi viri ac mulieres cōfluunt ad tale spectaculum, & ex tali cōcursu magna plerumque peccata carnis aut fiāt, aut designentur, quibus potius Christus de nouo crucifigitur, nō deponitur de cruce, & potius irridetur quàm plāgatur; cōsultius foret, ut Episcopi edito eaberēt, ac prohiberēt eiusmodi sensibiles actiones, ac representationes, cū potius hystorionicè conside...

1. Cor. 15. & sequent.

Deposito Christi de cruce.

Iudæorum mos sepelendi.

LUCA 2.

Ea fidelium quorundam populorum Christi de cruce depositionē repræsentantium consuetudo notatur, ac reprehenditur.

res factos sancta, quales illa: Christi esse deberent. Non nego tamen, si haec per viros spirituales, ac graues agerentur, atque occasiones peccandi de medio tollerentur, posse cum fructu aliquo representari. Sed quoniam nos natura sumus procliuēs ad malū, optima quaeque, atque sanctissima in carnales, & obscenos vsus nouimus conuertere, praestat ab illa abstinere. Vna est representatio mortis Christi ab ipso Domino indita, quae in sacrificio Misae fit, illaque debemus esse contenti, atque alijs, quibus Catholica Ecclesia per hebdomadam suam ad suorum filiorum aedificationem uti consuevit. Per sanctam etiam a quibusdam Episcopis veteri existimo, ne concionatores nocturno tempore passionem Dominicam populo praedicarent, ob eandem scilicet causam, vt caueantur multa peccata, quae sub pretextu deplorandae Christi passionis interdum per carnales admittuntur. Quartum est, quod Nicodemus attulit mixturam myrrhae, & aloes, quasi libras centum; id est, vnguentum ex myrrha & aloē confectum, & magno pretio redemptum, atque ad corpus a putredine seruumdum accommodatum, & in tanta quantitate, vt liceat colligere corpus Christi non leuiter fuisse perunctum vnguento, sed in illo veluti sepultum fuisse, atque immersum. Atque haec quidem vnctio figurata fuit in illa corpori Iacob iussu Ioseph filij eius adhibita honorifica vnctione, opera medicorum facta, quod commodius posset ex Aegypto in terram Chanaan deferri: vt Genesis tradit. Sed illi, vt est probabile, prius exeterarunt corpus Iacob: quod Ioseph, & Nicodemus non fecerunt, quia corpus Christi posse putrescere, vel corrumpi non putabant, quod esset diuinitatis tabernaculum, quae ab omni corruptione saluum serualet: quod ita se credere ipsi condimētis declarauerunt. Ex myrrha enim thymiamia conficiebatur, quod vni Deo adolebatur; atque etiam oleum, quo altare, ac vasa Deo dicata consecrabantur, vt in Exodo habetur. Quod & peritissimus magister in Israēl Nicodemus non ignorabat. Et ideo si hominē illū tantū, aut Prophe-

tam magnam, non autem Deum cognouisset, nequaquam fortassis tali myrrhae mixtura condidisset: alioquin legis prauaricatores fuissent, quippe qui in hominem mortalem contulissent, quod soli Deo conueniebat. Vnde Romani eiusmodi odoramentis, & aromatibus eos solos efferre consueuerant, quos in Deorum numerum referre volebant. Cum ergo isti sancti, Ioseph, & Nicodemus, apud omnes testatum relinquere vellent, Christum sic mortuum immortalē esse Deum, myrrhae, & aloes vnguentis illum sepelierunt. Quod si mos hic sepeliendi Iudaeis obijciatur: quia dicitur a Iohanne: *Ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire*: ita vt ille mos referatur non tantum ad linteamina, & vincula, & corporis lotionem, vt de Tabitha in Actis refert Lucas, & Chrysostomus affirmat: talem Iudaeorum fuisse morem lauandi corpora; sed etiam ad myrrhae, & aloes vnguenta, quibus solum Christi corpus perunctum, & conditum legimus: vnde & mulieres praeparauerunt aromata, vt vngerent, & Maria Magdalene praeuenerat vngendo corpus ad sepulturam: atque ita Augustinus lib. de consensu Evangelistarum videtur morem illum intelligere. Responderi posset, hoc factum esse, vt ea re testarentur se credere, nostra haec corruptibilia corpora per resurrectionem immortalitate aliquando donanda: Ioseph tamen, ac Nicodemum hanc operā corpori Christi non perinde, atque corruptibili praestitisse homini, qui postremo die sit ad vitam reuocandus, sed veluti incorruptibili Deo cum nostra humanitate coniuncto, qui sua se virtute breui esset excitaturus ad vitam: maximē quia legerat illud: *Nō derelinques animam meā in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*: & cum essent discipuli Christi, qui saepe ab eo audierant, die tertio a morte reuicturum. Quod & Maria credens futurum, priusquam necaretur, huiusmodi odoribus caput illius delibutum largissimē perfudit. Quod si nunc adfuisset Iudas, multo audacius obmurmurasset, ac dixisset: *vt quid perditio haec & potuit*

Christi mortis, ac sepulchre viae representatio, optima, & per quam saluē fera quænam illa.

Nicodemus mixtura myrrhae, & aloes corpori Domini quo sum adhibita, & vbi praefigurata.

Gen. 50.

Quid haec Nicodemus vnctio Domini et corporis linteis, & aromatibus testatur.

Exod. 30. Ioan. 3.

Romani quē inter Deos referre vellēt, eius defuncti corpus odoramentis, & aromatibus efferre consueuerant.

Obiectio de modo sepulturae Domini a Iosepho, & Nicodemus adhibito.

Act. 9. Chrysostr. hom. 84. in Ioan. 10. 3.

Marc. 16.

Supra. 14.

Aug. lib. 3. de consensu Euang. cap. 23. tom. 4.

Responso.

Psal. 15.

Ioan. 12.

Matth. 26.

Ibidem.

Insignis planctus Nicodemus & Ioseph in Christi fides.

Deut. 21.

Quid Nicodemus & Ioseph Christi corpus linteis cum aromatibus inuolucro testarentur.

Quare Xps in horto conditū voluerit.

Genes. 3.

Matth. 26.

enim vnguentum illud venundari multo, & dari pauperibus. Nam profecto nisi hac tanta fide praediti fuissent, sic Christum plus esse, quam hominē, Ioseph, & Nicodemus honestissimi, & summa sapientia ornati viri, nequaquam cum dignitatis, & capitis sui periculo Pilatum adiissent, & abominandam iuxta legem non conscendissent crucem atque cruentū illud malē ab omnibus undique audientis cadauer non sustulissent, atque cum aromatibus nō condidissent, neque sepulchro honorifice instructo mandassent. Sed quoniam non tantum homini, sed Deo, vel Prophetę magno sese exhibere officium persuasum habebant, minimē dubitassent vitam, & nomen, ac fortunas in apertum discrimen adducere. Nā tantum illis tribuere fidem, quod Iesum vt Prophetam haberent, & hominem innocentem breui a morte excitandū, parum erat viris in lege doctis, & exercitatis, & qui se discipulos Christi, licet occultos, profitebantur. Non nego tamen, in eorum fidem potuisse incidere aliquam haesitationem, ac tribulationem, quemadmodum & in fidem Apostolorum. Inuoluunt ergo corpus Christi linteis cum aromatibus, absconditum illum esse Deum confitentēs, vt docet Esaias. Inuoluunt corpus Christi linteis, sicut mater in Bethleem eum pannis inuoluit: quem apud nos perpetuō sub Sacramentorum inuolucris non quidem mortuum, sed viuum per mansurum cognoscimus. Cum odoramentis conditur: quia mors illius in odorem vitae in se credentibus futura erat.

Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouū. Non prorsus in eodem loco montis Caluariae, sed nō longē ab illo. Quod diuina prouidentia factum est: nam locus ille distinctus erat a monte Caluariae. In horto siquidem Adam olim peccauerat: in horto Christus passionē suam auspiciatus fuerat, orando ad Patrem: in quo & captus est, & ibidem eam consummauit, vt peccatum antiquum in horto commissum remitteretur, & per ipsum Christum aditus nobis patet ad caelestem paradysum.

Adhuc vt animas Christi sanctissima ad inferos descendens sanctorum Patrum animas liberauit, ita corpus Christi seminatū fuit in horto, vt fructum ferret, suscitando omnia corpora electorum suorum, quemadmodum granum integram producit spicam, & Helisai corpus tactum mortuum, excitauit. ¶ Et in horto monumentum nouum. Erat fortassis ille hortus laudatus a multis, & commendatus, licet illi obijcerent nonnulli foetorem, & propinquitatem montis Caluariae, in quo moris erat damnatos ad mortem interfici: sed gloriosus, & omni memoria dignus hortus ille fuit, in quo Filio Dei, & Messiae sepulchrum fuit constitutum. Nec tantum nouū, quod nouo homini conueniebat maximē, sed etiam, vt Matthaeus, & Marcus addunt, quod exciderat in petra; ne possent Iudaei corpus effossum ē terra per cuniculos secretos, & sic a discipulis raptum calumniari. Lucas verō, & Iohannes adiungunt: *in quo nondum quisquam positus fuerat*. Vt intelligas fuisse nouum, firmum, ac ob id honorificum, & nōdum alicuius mortuae depositione maculatū, atque ita esset certior, & plenior fides de resurrectione ex eo loco, ex quo alius resurgere potuisset nemo. ¶ Ibi ergo propter Parasceuen Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesū. Volebant itaque hunc in alio digniore monumento, vt testis est Euthymius, quod longius a ciuitate distabat, collocare: sed propter Parasceuen Iudaeorum, quae videlicet a Iudaeis ad vesperam obseruabatur, quo tempore fas non erat aut longius ambulare, aut amplius operari, magis autem quia & Pascha aduenerat, in propinquo posuerunt eum; diuina gratia ita dispensante, vt & sanctę foeminae, & Christi discipule conspicerent vbi poneretur, & discipuli possent propter propinquitatem proficisci, ac viderent quae postmodū facta sunt miracula.

Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum. Hanc alteram Mariam Marcus explicat fuisse Mariam Ioseph, scilicet matrem. Et subdit quid agerent: *Aspiciebatur, inquit, vbi poneretur. Cogitabat*

4. Reg. 13.

Horti sepulturae Domini honorificetia

Sepulchrum Domini cur excisum in petra.

De sepulchro Domini cur additum ab Evangelistis; In quo nondū quisquam positus fuerat.

Vbi Ioseph & Nicodemus Dñi corpus, nisi dies Parasceues obstitisset, condere dispoissent. Euthym. in ca. Ioan. 18.

Quenam illa altera Maria, quae cum Magdalene sedebat contra sepulchrum?

enim

enim de reditu ad vivendum Christū post Pascha. Idem ipsa primū videre meruerunt Jesum suscitatum, quæ postremæ fuerant in vidēdo Christi corpore. De tertā verō Maria matre filiorum Zebedæi nulla fit mentio, quia fortassis assisteat beatæ Virgini cum sancto Ioanne. Verū præter illas, duas alias adfuisse, patet ex Luca, qui generaliter dicit, mulieres quæ venerāt cū eo ex Galilæa, vidisse monumentum: quas enumerat, eum recenset eas rediisse ad monumentum. Certè Gregorius Nazianzenus in Christo pariente Christi corpus in manibus & sinu Virginis Deiparæ à Iosepho collocatum refert: quem multis lacrymis deplorat & adorat. B. Virgo. Alij verō non tantum sepulturæ adfuisse beatam Virginem, ac Ioannē sanctum, sed & Petrū, & Iacobum fratrem Domini, affirmāt vt Anselmus in libro illo de Passione: & rationi, & pietati est valde consentaneum, licet de illis nihil referat textus: Evangelicus: aut fortassis quod Ioseph, & Nicodemus soli impetrassent licentiā sepeliendi, siue quod consulto nullus Apostolorum Domini adfuerit, ne putaretur à sepultura corpus Christi abstulisse, vel finxisse quod ibi sepelierint, quem in alio loco condidissent. Fortassis etiā mater obi d aberat, quod illi properarent, ac vrgerent funus, ac ne nimio conficeretur dolore, ac proinde impeditura funeris celeritatem videretur.

Addit Lucas: *Et dies erat, & sabbatum illucescebat.* Quibus verbis signare voluit tempus, quo Dominus conditus est in sepulchro. Et cur non ipsæ mulieres hunc vngere festinauerint? *Quia dies, inquit, erat, & sabbatum illucescebat.* Quod nouo modo hic positum videtur, pro eo quod est, Sabbati dies incipiebat appetere. Cū enim Sabbati dies à vespera apud Iudæos inciperet, & dies aliqua illucescere propriè dicatur, cū illa incipiat: ita Sabbatum quoque illucescere dicebant, cū Sabbatum inciperet, etiam si non à luce, sed à tenebris inciperet. Istud diligenter est obseruandum, quia seruit vt intelligamus illum locum obscurum, *Vespere autem Sabbati, quæ lucefcit in*

prima Sabbati. Cū ergo dixisset Lucas: *Dies erat Parasceues, adiecit: Et sabbatum illucescebat; vt significaret diem Sabbati iam appetere, & eā fuisse causam, cur mulieres vngere Dominū non potuerint.*

Et reuertentes parauerunt aromata, & unguenta, & sabbato quidem sinnerunt secundum mandatum. Ne scilicet potes, ipsas in via emisse aromata, quod forte ob festum Azymorū nō licebat: sed reuersæq; domi habebant, parauerūt; aliæ autem, quæ non habebant, emerunt. Et est pro reuersæ, accipiendum reuertentes, vt conueniat cum Marco, qui asserit eas post Sabbatum elapsam emisse aromata. Et profectō cū illæ vespere redierint, probabile est vniuersas tabernas clausas extitisse. Postremo adiungit Mattheus: *Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit.* Non solus, sed auxilium prestāte Nicodemo, & ministris, quo tutum esset corpus à feris, & effraCTORIBUS sepulchrorum.

Erat autem sepulchrum in modum cuiusdam spelucae, totum excisum de petra, & vt tradit Beda, domuncula erat rotunda tantæ altitudinis, vt vix posset homo manu extenta culmen attingere. Ostium paruum habebat ab Oriente: in parte verō eius Aquilonē spectante, locus erat Dominici corporis de eadem petra excisus, longitudinis sex pedum, altior verō, atque eminentior reliquo pavimento tribus palmis, quasi sarcophagus quidā patulus. Ostium verō tam erat paruum, vt ingredi volentem oporteret caput inclinare. Idem de venientibus discipulis dicitur à Luca, & Ioanne, quod inclinauerunt se, vel procubuerunt. Color verō monumēti, ac loculi, rubicundo, & albo dicitur esse permixtus. Hoc sepulchrum dicitur gloriosum futurū ab Esaia, vel propter Christum quem continuit, vel propterea quod primū sepulchrum est, quod corpus creditū rediuium ad vitam immortalem restituit. Adde, quod inter tot fidei hostes tot seculis illud occupantē gloriosum & honorificum existit, & à cunctis fidelibus ex toto orbe summa veneratione visitatum est, & frequentatum:

Piæ mulieres quando emerint aromata ad vngēdum corpus Dominicum, *Marci 16.*

Sepulchrum Christi describitur. *Beda in Matth. 27. tom. 5.*

Ioan. 20.

Esaia 11. Sepulchrum Christi gloriosum futurū prædixit Esaias quatuor de causis.

Adde

Adde deinde, quod eiusmodi sepulchrum quotannis à cunctis fidelibus in quolibet templo religiosissimè, & honorificentissimè recolitur, & representatur: quemadmodum exequiè passionis & mortis eius perpetuò in Ecclesia celebrantur in iugi Eucharistiæ sacrificio, ne tantæ rei memoria vllis vnquā seculis intercideret, aut euanescere possit. Nam ad primum melius præstandum, eriguntur noua monumenta, in quibus die Iouis sancti includitur Eucharistia: quæ sequenti die recluditur, & magna, & honorifica pompa circumgestatur.

Hic verō parumper sistendum est, & illud serio expendendum, cur nimirum Christus voluerit sepeliri, & cur in monumēto tā honorificè instructo, alieno, nouo, exciso in petra, grandi lapide clauso, & quod ipse Ioseph exciderat sibi ipsi. Primū igitur sepeliri voluit magna sapientia, quod se verè mortuum ostenderet, non enim viui, sed qui verè mortui sunt, sepeliuntur: seque valentem prodere, dum post tantam ignominiam liberè perlatam tam gloriosum fortiretur tumulum. Cū tamen ex humilitate & paupertate nihil testatus sit de pompa funerali; acceptam tamen habuit charitatem impensam sibi: & quia sub terram missus est cœli Dominus, homo terra honorificatus est atque eleuatus. Impleuit quoque iustitiam, cuius est reddere vnicuique quod suū est; dum Christus Patri reddidit spiritum, à quo acceperat, & corpus hominibus, quia ex illis sumptum erat. Denique indicauit suā liberalitatem, excitando animū Pilati, vt tanto dono afficeret fidem Iosephi. Quod verō sepulchrum honorificum voluerit, iustis rationibus non caret. Cū enim satis esset factum diuinæ iustitiæ pro peccato hominis, tempus erat vt iā eius gloria coruscaret. Deinde voluit Scripturam impleri, quæ habet: *Et erit sepulchrum eius gloriosum.* Cæterorum enim hominum, etsi illustriū, & clarorū sepulchra magnis sint sumptibus constructa, magnificè quoque exornata, temporis processu tamē indecora, & obsoleta sunt reddita, quia defunctorum cadauera, vermibus, ta-

beque consumpta continent, & eorum nomina obscurata sunt: nam vt ille dixit:

Mors etiam saxis, nominibusq; venit. At Christi sepulchrum cū illū Deum & immortalem hominē declarauerit, eius nomen & gloriam maximè illustrauit, & in hodiernum vsque diem illustre remansit, & gloriosum. Sepulchrum enim Mosis vsque modo ignotum est, vt in Deuteronomio perhibetur; Iouis quoque monumentum, qui summum numen dicebatur, necnon aliorum, qui dij falso nuncupantur, sepulchra & in Creta, & in Græcia visebantur, falsos fuisse deos, & diuinitatis vsurpatores testatur, quia eorum cadauera equè occupauerunt, ac mortales omnes consueuerūt corrumpi. Solū ergo Christi sepulchrum spectabile est & illustre, quia etsi illum mortalem ostenderit, simul tamen illum immortalem esse docuit, dum incorruptum ac gloriosum post tridū sempiternæ vitæ restituit. Adhæc à morte voluit, ac sepultura sua oriri gloriam; vt erudiamur, nostram gloriam à morte incipere, quemadmodū in sepultura mūdi gloria terminatur. Fuit autem Christi corpus vitæ, & incorruptionis seminarium, quia diuina virtus à Christi corpore cepit in sepulchrum Iosephi, & ab illo dimanauit ad nostra. Idem ipso à mortuis resurgente, multa defunctorum reserata sepulchra, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Cūque Christi sepulchrum ob eius angustias nos omnes capere nequiret; ipse pro infinita sua sapientia ac virtute rationem reperit, qua secum omnes crucifigi, commori, ac conspeliri possemus; nec tamen vllam crucis, aut mortis, aut sepulture iniuriam sentiamus, sed tantum illius virtutem per baptismū percipiamus, in quo peccato morimur, ac sepelimur, & ad vitam, & iustitiam æternam excitamur. Sepulchrum igitur Christi etsi vacet Dominicis mēbris, vt testis est Bernardus, nostris tamen est plenū, quæ ille sua virtute seruat. Adhæc sepeliri voluit Dominus, quo simul declararet, peccatū perditionis & mortis pestiferum fontem, sua opera esse de-

Auson. Gal.

Deuter. 34.

Secūda ratio honorifici Christi sepulchri

Virtus baptismi. *Rom. 6.*

B. Bernardus, sermone ad milites templi, cap. 11.

Sepeliri cur voluerit Dns

Propriū minus iustitiæ.

Cur tam honorificè Christus sepeliri voluerit.

Esaia 11.

Hominum, inter, & Christi sepulchra quantum intersit.

letum

Tertia ratio. letum, & suo cruore in cruce extinctum. Sed quoniā ab insepulcis quandoque mortuis timor nobis incutitur; illud quoque secum sepeliri voluit; ne ulterius formidabile esset, illudq; instar leonis spirātis non timeremus, sed mortuum potius ac sepulchrum contemneremus; ac illudentes eius vellicaremus barbam. Quare illud ubique superavit, ac profligavit Dominus, & in terra dum viueret, & in aëre, dum penderet in cruce, & in sepulchro, quādo in eo iacuit: ad inferos quoque descendēs illud debellavit, quod si esset nobis esset descendendum, illius vim, ac saevitiam minimè timeremus.

Ad tertium, sepultus est in alieno monumento, ob commendandā paupertatē, quemadmodum in aliena domo nasci voluit, & in aliena domo dū vixit, conuersatus, cum non haberet vbi caput reclinaret. Deinde vt ostenderet quod non debebat detineri à morte, & in cineres redigi. Quod ponderans Ambrosius lib. de Virginibus: *Bene etiam (ait) secundum literam alienum monumentum fuit, quia suum monumentum Dominus non quasuit. Habeant tumulum qui sub lege sunt mortis, victor mortis suum tumulum non habebat. Non enim ille sepulchrum mortis desiderabat, qui de morte trophæa referebat.* Hæc ille. Conueniebat quoque ei aliena sepultura, qui pro aliena culpa mortem sustinebat. In monumento verò conditus est nouo, nō solūm quod paucis ante diebus fuerat à Iosepho sibi excisam, sed ob id maximè, quia nemo in eo adhuc positus fuerat; ne alius ab eo crederetur surrexisse, vel virtute alterius Sancti, vel Prophetæ ibi sepulchri suscitatus fuisse: sicut olim mortuus tangens ossa Helisæi Prophetæ est excitatus ad vitam. Hinc Ambrosius eodem loco ait: *Bene & Mattheus monumentum dixit nouum; ne ex monumento veteri surrexisse alius crederetur.* Sic ille. Deinde propter reuerentiam corporis Christi, quod nouum erat, quia opera Spiritus sancti formatū, & corpus Dei, atque hominis innocentis, & sine peccato. Et sicut in vtero Virginis nemo post eum conceptus est, ita in hoc monumento nemo ante eum, &

In alieno monumento cur Dominus sit sepultus.
Luca. 2. Infra 9. Psa. 15 Act. 2. Ambr. li. 3. de Virgin. aliquantū ante med. tom. 3.

Cur conditus sit in monumento nouo.
4. Reg. 13. Ambr. ibid.

nullus post eum sepultus: vt egregiè docet Origenes in Homilia illa: *Cum esset desponsata mater Iesu Maria.* Adhæc nouum quid, & inauditum futurum in illo sepulchro portendebatur: nemo enim ex mortuis redierat ad vitam, & in illo mors amara in placidissimum conuertenda erat somnū, ex quo electi aliquando erant excitandi. Hinc ab Athanasio in Oratione in sanctam Parasceuen, monumentum illud vocatur immortalitatis locus, officina resurrectionis, dissolutio sepulchrorum: in quo mors definit esse mors, in quo vita feritur finem non habens. Hæc ille. Appositum est ergo sepulchro saxum grande, tūm ne locus peruius esset bestijs, tūm ne mulieres sine aliorū opesaxum mouere possēt. Quod si fuisset multis lapidibus fabricatum, tumuli fundamentis suffossis sublatus fortè à discipulis crederetur; vt ait Thomas. Ponitur ergo Christus petra in petra, nouus in nouo, vniuersorū Dominus in alieno sepulchro; vt ita magis conspicua reddatur diuinæ resurrectionis veritas. Denique in sepulchro iusti Ioseph conditus est: qui enim inter peccatores vixerat, & in medio latronum crucifixus erat, quod significaret se incarnatum, & immolatum pro peccatoribus: noluit tamen condi nisi in monumento iusti Iosephi, quia non vult amplius interesse consortijs peccatorum. Christus enim resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Nec ab iniustis Sacerdotibus, aut peccatoribus vult in Eucharistia contrēctari, siquidem in Altari sancto Eucharistia adest petra sacra, ad sunt corporalia, tanquam sindon, siue linteamina, debent adhiberi aromata virtutum, vt cum amarum lactucis edatur agnus. Debet quoque adhiberi nouitas hominis interioris, vt in illo possit quiescere, & apponi saxum voluntatis solidæ in bono: excauādum tamen amore proprio, quod sit fortior.

Iam dicendum quid fecerint Iudæi circa sepulchrum. Ait siquidem solus Matthæus: *Altera autē die, quæ est post Parasceuē, conuenerūt Principes Sacerdotū, & Pharisei ad Pilatū, dicētes: Dne,*

Orig. hom. 1 in diuersos Matth. 1.

B. Athanas. Dominici sepulchri eodem m. ex Athanasio.

Quare aduolutum saxum magnum ad ostium monumenti.

B. Thom. in Matt. 20. 1. Cor. 10.

Cur in monumento iusti Iosephi Dni sit conditus.

Rom. 8.

A quibus non sit Christ? in Eucharistia contrēctari.

Exod. 12.

Quid fecerint Iudæi circa Domini sepulchrum.

recordati

recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens, Post tres dies resurgam. Tūbe ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium; ne fortè veniant discipuli eius & furetur eum, & dicant plebi eum surrexisse à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habebis custodiam? ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum; signantes lapidē cum custodibus. Spectant: & hæc ad Christi Iesu glorificationem: quod magis enim impedita est resurrectio, & veritas eius humanis consilijs & conatibus obscurata, eò est gloriosior & maior. Et vide quā sit meticolosa malitia: Non est enim pax impijs, dicit Dominus: & semper præsumit, sæua perturbata conscientia. Iudæi ergo in sua perfidia permanentes, dati sunt in reprobū sensum, ac Deo ipsi bellum indicare moliantur; sed isti suis machinationibus gloriosū Iesu sepulchrū reddere se ignorabant; ideo contra stimulum calcitrabāt. Per alteram diem post Parasceuen, intelligunt quidam diem ipsius Sabbati. At si verum amamus, quemadmodū Remigius, & Albertus Magnus annotarunt, per hanc alteram diem intelligūt illam eandem sextæ feriæ, sed iam sub vesperam noctis, à qua incipiebat dies Sabbati; nam more Hebræorum festa incipiebant à vespera. Et congruit, vt Christus, ipostquam in sepultura conditus est, saltem adhibita sit custodia, ne fortè mentiri possint, Iesum ab Apostolis illa nocte furto sublatum, & vt ita testentur Iudæi se non nihil à Christo mortuo timuisse: nihilque illi autoritatis imminutum per mortem existimarent, ac viderent, sed potius post discessum magis dilectum fore putarent. Curandum igitur illis erat ne resurgeret; ne, si omnia illius dicta impleta esse cōstaret, haberetur pro vero illo Propheta; quē Deus post Moysen venturum promiserat. Et dicendo altera die post Parasceuen, periphrastringē descripsit diem Sabbati; non suo nomine, eò quod non esset Sabbatum, quātum attinet ad Iudæorum insaniam. Lex enim prohibebat; ne quis se die Sabbati loco moueret; isti autem præuaricatores pergunt ad alienigenam

Iudæorū peruersa cōscie tiæ metus terroresque. Esai. 48. Sapient. 17.

Quæna dies altera illa post Parasceuen. Remig. in Mattheum Alber. Mag. Ibidem.

More Hebræorū festa incipiebant à vespera.

Deuter. 18.

Alteram diē post Parasceuen Euangelista cur Sabbatum appellauerit. Exod. 18.

Pilatū; & quia iam Sabbatum cum legalibus omnibus extinctum fuerat per Christi necem. Dei autem dispensatione fit vt muniant sepulchrum, & custodiant; vt resurrectio inimicis testibus comprobetur, vt testatur Theophylactus. Vocant autem dominum, Pilatū, adulant es ei, quē peius canē oderant, & angue. Appellat Iesum seductorem, nūtiū diuinæ veritatis, & quī dixit: *Ego sū via, veritas, & vita:* nec fuit aliter seductor, nisi quomodo Ieremias Deum beneducētē vocat: *Seducisti me Domine, inquit, & seductus sum.* Notandum, *Recordati sumus.* Non quidem bonorum, quæ dixit, aut beneficiorum, quæ illis contulit, nam horū obliu erant, sed eorum, quæ sibi negotium putabant facecere, vt obstant. Confirmat eius mortē, dicēdo, *Adhuc viuens:* quasi verò tunc non viueret is, qui Deus erat immortalis. At dicentes: *Tūbe custodiri sepulchrum,* attestantur quod sepultus sit; atque ita ostendunt se credere incipere signo Ionæ Prophetæ: & pro munitione intelligunt custodiam militarem. Indicant etiam his verbis metum & formidinē, quam de Iesu mortuo conceperant. Euthymius contendit nunquā dixisse: *Post tres dies resurgam,* sed, *Tertia die resurgam;* vt Matth. 12. 16. 17. 20. Sed profectò dicitur Marci 8. *Post tres dies resurgam,* etiam in Græco codice. Sed idem est dicere, *Post tres dies,* ac dicere, *In die tertia,* vt alio loco in Marci verba annotauī. Quemadmodum Ioan. 20. cum dicitur: *Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus,* idem est, ac si dixisset, *Octauo die.* Et sic esse intelligendum hoc loco, probat quod sequitur: *Tūbe ergo custodiri sepulchrū:* quia tunc corpus eius erit corruptum, & verbum eius falsitatis conuictum. Erat fortè horum consilium, corpus Iesu tertia die, vel quarta populo ostendere, ne quis de illo mentiri posset quod surrexisset: quia si primo die ipsum combussissent, omnino dici poterat ipsum tertia die surrexisse, nisi illud tertia die spectandum populo exhiberent. Primo enim, & altero die, qui festi erant, non poterant itā ostendere, tertia verò die potuissent illud de se-

Quare Pilatū Iudæi dnm appellauerint. Theophyl. in Matth.

Ioan. 14.

Ierem. 20. Iudæorū in Christum peccati ingrati.

Iona 2. Matth. 12. Infra 16.

Euthym. 6. 6. in Mat.

Cur Iudæi & Pilatū petierint sepulchrum vsque in diē tertium custodiri.

sepulchro

Orig. tract.
 35. *in Mat.*
tom. 2.
Matth. 26.
Ioan. 2.
Ioan. 20.
Refellitur Iudæorum calūnia Xpi discipulos mentem eius corpus clam sustulisse
Quid sibi Iudæi uelint, cū dicūt: Er erit nouissimus error peior priore.

pulchro educere. Sed Dominus illorū cogitationes anteuertit. Expēdit acurē Origenes, Sacerdotes, ac Phariseos data opera uerba Christi, quæ in ipsorū conuicio inuenterant, ut testimonio falso illum grauaret, protulisse. Supra enim de templo illum lapideo dixisse asserunt: *Possum destruere templum Dei; & in cruce pendenti insultabant: Vab qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas.* Hic autem de resurrectione corporis sui locutum esse dicunt; *Post tres dies resurgam.* Quis non videat malitiam Iudæorum omnia ad uictoriam detorquentium? Et subiungunt: *Ne forte ueniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi; Surrexit à mortuis.* Hæc commenta fraudulentum Principes cœperūt disseminare, ut ueritatem resurrectionis, quam metuebant, infirmare possent, ut postea fecerunt. Ac fingūt se discipulos metuere; quos metu latitare sciebant. Et quàm ineptè, bone Deus, cogitabant de discipulis, quod si Christus (vti prædixerat) non resurgeret, illos tamen uelle fraudibus mendacium Christi tutari, & non potius scandalizatos ab eius uestigijs & sequele se subtrauros. Sed qua ratione, quæso, discipuli uellent corpus eius furari? an ut seipos ultro deciperent? an ut alios in sua ipsorum ruinam traherent? Nam quis crediturus erat, si rediuidum nō uidisset, quē mortuum certissimè nouerat? nisi forte in discipulis magna quædam fides illius uiuentis reluceret. Volebāt ergo corpus furari, quia ab eo acceperāt potestatem mortuos suscitandi, & ita eū volebant à mortuis reuocare? At uerò si talis in eis ex illo potestas supererat, & non erat cum ipso extincta, dignus erat, qui pro Messia reciperetur. Alij custodiri sepulchrum eius uolebāt, ut in eo illum rursus interficerent; adeo ut si compareret iterum, rursus eum morti traderent: at hoc erat in Deum pugnare. Et subdunt: *Er erit nouissimus error peior priore.* Prior error fuit credere Filium Dei; posterior, quod resurrexit à mortuis. Er erit etiam prior error minor sequenti, nō ad sensum, quo illi ducebantur, sed ad nostrum. Si prædicantibus Apostolis ipsum resurrexif

se, populus eis non crederet, & milites non adessent, quorum custodia excluderetur calumnia, dicentium corpus Iesu furto sublatum; uerum ipsi tantum milites hoc dicerent, quibus non crederetur allegantibus turpitudinē propriam & neglectam custodiam. Item ut præclariùs uinceretur malitia à mirabili prædicatione discipulorū. Nam si Christus non surrexisset tertia die, ut promisit, essent Apostoli decepti, & propter eum ab omnibus odio habiti, & extorres Christum ut impostorem abominati essent: neque persuadere populo potuissent, quod à mortuis surrexisset. Cui enim solido nixi essēt fundamento ad rem tam nouam, & inauditam alijs, persuadendam? Illi autē impetrata à Pilato facultate, dicente: *Habetis, siue, ut Græcè dicitur, Habete custodia, hoc est; accipite: Ite, inquit, custodite, sicut scitis.* Non permisit vt soli milites munirent sepulchrum, ut annotat Euthymius, sed Principibus Sacerdotū ac Phariseis præcipuè commisit ea, quæ muniminis erant, sequente eos custodia. Ita enim Deus ordinauit; ne post resurrectionem dicere possent, quod cum soli milites sepulchrū muniuissent, tradiderant corpus discipulis. Quare subiungit Euangelista: *Illi autem abeūtes, munierunt sepulchrū, signantes lapidem cum custodibus, seu adhibita custodia.* Verbo Latino Custodiæ usus est Matthæus. Græcus, quod esset à Romanis iam in Iudæa usurpatum; quemadmodum & nomen Centurionis, & alias pleraque uoces Latinas usurpauit, ut superius annotauimus. Iudæos autem dicit munisse sepulchrū obsignato siue sigillato saxo, adhibitaque custodia militari. Circa primum de obsignatione lapidis uide quid scribat Nicephorus Callistus libro Ecclesiasticæ historię: *Tradidum, inquit, nobis est ab antiquis, Iudæos lapidem eum, qui in salutariferum illud sepulchrum pro operculo positus fuerat, ad summum monumenti labrum, petramq; illi inferne se coniungentem, ferramentis quibusdam fabrilis lapidarium arte perforasse, ferrumque ingens à fabro ex propinquo acceptum; per utrumque foramen immisisse, & in circis, siue annuli formam*

Cur Pilatus dixerit Principibus Sacerdotū, corpus uti Dominus custodirent, Euthymius

circumegisse, atq; ita firmiter capitibus commissis, omni ex parte vinculum circumduxisse, ut lapis qualicumq; modo loco suo reuelli, aut saltem ratione aliqua moueri (nisi arte quapiam, & vi adhibita necessario, aut ferrum confringeretur, aut petra perrumperetur) non potuerit. Atq; ad hunc modum cum magna cura, atque etiam signo appresso, cum sepulchrum firmissime communitissent, custodia in super competentem adhibita eos abijisse. Hæc ille. Pulchrum est autem cernere quam appositè, & eleganter ueteres Patres eiusmodi custodiam mortuo adhibitam irrideant. Etenim Athanasius sermone in sanctam Parasceuen, ita habet: *Miser, & infelix Iudæ, qui mortis uinacula dissoluit, non soluet sepulchri sigilla? qui spoliavit infernum, timebit monumenti signacula? Muni sepulchrum, signa lapidem, statu milites, obside monumentum custodibus: isto modo egregium opus maius efficitis. Statuis enim spectatores, ac testes resurrectionis, meorumque miraculorum præcones ministros tu præparas.* Amphiloichius uerò sermone de sepultura Domini: *Quis unquam uidit mortuum asseruari, vel potius quis uidit unquam mortuum belligerare? Quis audivit aliquando mortuum, & undique circumseptum, metum eis incutere, qui eum interemerunt? Quis odium inimicum non deposuit, cuius vitam ab-*

Iudæorū illa Dominici sepulchricustodia quam ridicula Patribus uisa sit, & plena stultitie. B. Athana. Amphiloichius.

stulit? Hæc ille. Hæc custodia præfigurata fuit in ea qua Saul suos misit factellites, qui domum in qua Dauid iacebat, vallarent: ille autem monitu uxoris Michol, se per fenestram, non per ianuam subduxit, atque ita euit. De hac custodia dixit Ionas: *Ad extrema montium descendi: terra uestes concluderunt me in aeternum.* Hæc ille, uocans custodes, & sigilla terræ, uestes, quibus erat conclusus. Sed Christus in sepulchro Deum precabatur, dicens: *Educ de custodia animam meam, ad confrendum, nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi,* nam iusti expectabant, ut Christo mortuo uita retribueretur, certi idem sibi à Deo aliquando propter Christi merita tribuendum. Nos igitur suauiter Christum in cordibus nostris sepeliamus cum mixtura aloë, & myrrhæ, id est, contritione, & detestatione peccatorum, cum odoriferis aromatis uirtutum: diligentemque custodiam illi sepulto adhibeamus, ne nobis dormientibus tantus thesaurus surripiatur. Nam olim in sepulchris thesauri soliti erant recendi: nullus autem maior thesaurus ad ditandam paupertatem nostram est Domino nostro Iesu Christo, cui cū Patre, & Spiritu sancto detur omnis gloria, honor, & imperium perpetuis seculis, Amen.

Dominici custodia sepulchri ubi fuerit adumbrata. 1. Reg. 19. Ion. 2. Psal. 141. Christus, uel sit à nobis sepeliendus, uel Rodiendus. Vt olim thesauri soliti erant recendi.



TRACTATUS L.

De descensu Christi animæ ad inferos.

Iudæis signa de celo petentibus, qua le signū Christus promitteret. Matth. 12. Infra 16. Ion. 2. Terra cor quod nā sit.

CV M frequenter Iudæi à Domino signa de cœlo petent, Christus tantum de terra signum promisit: *Generatio, inquit, mala, & adultera signum quarit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Propheta. Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terra tribus diebus, & tribus noctibus.* Est autem cor terre centrum eius,

in quo situs est infernus, ad quē Christus secundum animam non sipe magno sanctorum Patrum fructu, & spei nostræ in eo exhibitæ adminiculo descendit. Quare cum articuli Fidei ita sint in Symbolo concinnati: *Pasus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus; descendit ad inferos; cū iam de reliquis disseruerimus, de Christi descensu ad inferos nobis instituenda disputatio est. Ac primum quidem quid*

Ierem. 23.

Inferorum vocabulum in Scripturis quam late patet. Locus infernus respectu nostri que receptacula continent.

Psal. 85.
A quo profudo inferni David fuerit liberatus, & quomodo.

2. Reg. 12.
Inferno superior tres mansiones continebat.

Denter. 32.

Prouer. 15.
Iob. 17.

Esai. 38.
Gen. 44.

Luc. 16.
Inferni propriè accepti variaz appellationes in sacris literis.
Ibidem.
Matth. 13.

nomine inferorum in sacris literis intelligamus, explicandum: deinde tractandum: an verè, & re ipsa descenderit Dñs ad inferos: tertio, quomodo descenderit qui omnia implet: quarto, quorsum Dominus in infernum voluerit descendere, cū posset nos citra illū liberare.

Ad primū igitur satisfacere volentes, permittim⁹, variā esse huius vocis significationē. Est enim infernus inferior, ac proinde illi è regione respondens infernus superior. Deinde locus infernus respectu nostri, vt ex Patrum traditione indicata per Scripturas accepimus, quatuor receptacula, seu mansiones continebat: primam, infimā damnatorū, quæ etiam inferior infernus à Dauide vocatur: *Eruisti*, inquit, *animā meam in inferno inferiori*: vbi Rabbinī non ineptè tradunt, viā adulterorū esse profundū inferni, seu infernū inferiorē, à quo fuit liberatus David, non quidē actu, cū nunquam ibi extiterit, sed ab eius merito, & reatu, cū audiuit à Nathan Propheta: *Dominus transulit peccatum tuum*. Infernus verò superior dici potest continere illa tria receptacula superiora, videlicet mansionē, quæ dicitur limbus Patrum, & illā purgatorij, & tertiam puerorum, qui absq; circuncisionis, vel Baptismi Sacramento decesserūt. A limbo verò Patrū nemo liberatus est, donec Christus pretium redemptionis exoluit. Cū igitur legamus in sacris literis infernū nouissima: *Ignis*, inquit, *succēsus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima*; & in Prouerbijs: *Vt declinet de inferno nouissimo*: & Iob, *In profundissimum infernū descendēt omnia mea*; oportet quoque esse superiora inferni, seu portas inferi, de quibus Ezechias: *Ego dixi in dimidio annorū meorū, Vadā ad portas inferi*: imò Iacob absolutè dixit: *Deducetis canos meos cū morere ad inferos*, hoc est, ad eos, qui cōparatione viuentiū dicūtur inferi. Superior ergo infernus diuidi potest in limbū Patrū, seu sinū Abrahæ, in quem Lazarus ab Angelis adductus est, & in limbum puerorum, & in purgatorium locum. Locus verò damnatorum simpliciter dicitur infernus, & locus tormentorum, idem à Christo cāminus ignis,

gehenna ignis, ignis æternus, à Ioanne Baptista ignis inextinguibilis, à Ioanne verò in Apocalypsi stagnum ignis, & sulphuris. Dicitur & Thopheth præparata apud Esaiam, & Ieremiam. Quòd verò esset locus ille siue limbus puerorum, in quem descenderet olim pueri incircumcisi, vel nunc nondum baptizati, non tantū constat ex traditione, sed etiam ex verbo Davidis de filio suo extincto dicētis: Ego vadam magis ad eum; ille verò non reuertetur ad me. Quod etiam nomen inferorum comprehenderit eos, qui expiatorio igne purgabatur, ex verbo Petri elici potest, cū dixit de Christo: *Quem Deus suscitauit à mortuis solutis delictibus inferni*: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Et rursus Propheta: *Bro mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne*, & Ecclesia, quæ dum precatur pro defunctis, ait: *Erue Domine ab inferis animā eius*, hoc est, à purgatorio igne, cū modò nō extet ampli⁹ sinus Abrahæ. Dicitur etiam, quòd omne genu flexitur Christo, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et cū fermo sit de genuflexione spontanea, ac libera, constat, illam, quæ ab inferno exhibetur, tantū esse ab electis, qui in igne purgatorio veantur. Si quis ergo quærat, ad quæ loca ex prædictis Christus descenderit in infernum; respondendum planè, ad ad omnia, verūm ad Patres limbi, & purgatorij pœnis detentos re ipsa: ad infantes verò, ac damnatos per effectum, sua quodammodo præsentie virtute, malos exterrēns, ac cruciās. Quidam verò non improbabiler putant, ad locum damnatorum etiam descendisse, si eis prædicauit, vt B. Petrus docuit, siue etiā vt hostes suos præsentia maiestatis suæ graui⁹ torqueret, atq; cruciaret, & id videtur nūnulli ex veterib⁹ Patrib⁹ asserere. Et hæc de primo.

Ad secundū dicēdū est, re ipsa Christū spiritu suo ad inferos descendisse: quanquam prima facie cum nullus ex quatuor Euangelistis huius descensus meminerit, Christi mortem, sepulturam, ac resurrectionem enarrantibus, oppositum videretur esse dicendum. Vnde, quibusdam negotium face-

Supra. 5.
Infra. 25.
Supra. 3.
Apoc. 2.
Esai. 30.
Ierem. 7.

2. Reg. 12.

Ast. 2.

Osee. 13.
1. Cor. 5.

Philip. 2.

Ad quænam loca ex prædictis Christus descendit, & qua ratione.

An Christus verè ad inferos descendit.

Erasm⁹ de hac sententiā cōtig-
na Theologo
& Doctore.
B. Cyprian⁹
in exposit.
Symboli.

Francis. de Mairon.

Durand. in
3. dist. 22.
quest. 3.
Erasm⁹, & simi-
litum opi-
nio consuta-
tur de hoc Fi-
dei articulo
dubitātura.

hic articulus; adeo, vt Erasmus in libr. quem scripsit, Catechista, asseret: *Hic est, inquit, articulus, quem Cyprianus asserit in Symbolo non haberi, sed nec apud Orientis quidem Ecclesiam.* Addit, Nicænæ Synodi Symbolum eius non meminisse: *Videtur*, inquit, *in textum emblemæ. An Thomæ Aquinas addiderit, subdubito: nonnulla est suspicio hanc particulam ab aliquo adiectam. Vetusissimi Patres magna religione cauebāt, ne quid assuerarent, quod nō esset euidenter expressum in Scripturis vtriusque Testamenti.* Tales sunt omnes articuli, hoc vno excepto. Et interroganti quare posteriores addiderunt, respondet: *Quia videtur hac ex sacris literis diligenter excussis collegisse: quibus addunt nonnullas rationes, quibus id probant, non illas quidē adamantinas, sed tamen non prorsus improbabiles.* Et cū adduxisset Catechumenus aliquot Scripturas, quibus probaretur descensus Christi ad inferos: respondit non certò haberi per illos locos animam Christi per se ad tartarum descendisse: *Sed scriptura (ait) mortem, & sepulturam vocat inferos.* Et cōcludit: *Hæc, & similia audiantur, vt hominum pia contemplationes, non vt articuli fidei. Nobis illud satis est, quod semel natus est homo, verè passus est, & verè mortuus est, ac sepultus; verè reuixit eadem anima in suum corpus reuersa.* Hæc ille tam liberè, ac confidenter de vno articulo Fidei edisserens. Non dubitamus, non ita aperitè, & expressè hunc articulum esse sacris Euangelijs declaratum, vt reliquos ad Christi humanitatem spectantes; adeo, vt Franciscus de Mairon in 3. sententiarum asserat, Scotum putasse non probari per Scripturas descensum Christi ad inferos. Et idem docuit Durandus in eodem libro. Verūm tamen isti non expendūt alios locos Scripturarum, vel Symboli Fidei ab Ecclesia tradita, vel priscorum Patrum consentientem traditionem, ex quibus poterant huius articuli notionem accipere. Quare vanum est existimare, Thomam adieciisse hunc articulū Symbolo, quasi antè in Ecclesia non fuisset, aut non caneretur in Symbolo; aut quasi tantæ arrogantiæ fuerit Thomas, vt Symbolo ad-

iuingeret articulum. Deinde iniquum est non esse articulum, quia in Nicænâ Synodo non continetur. Sed satis est in Apostolico haberi: & vt vnus Euāgelista alterius supplet defectum; ita Symbolum Symboli supplet defectū. Quidam meditantur, eiusmodi articulum ablatum esse à Symbolo propter Arianos dicentes, Christum, sicut & ceteros, descendisse ad infernum tanquam creaturam, non vt Deum, & Dominum, ac victorem. Producit prætereā Erasmus Cyprianum malignè; cū tamen nō ignoraret illam expositionem in Symbolum non esse Cypriani, cū in eo opusculo hæreses Cypriano posteriores recitentur: vnde & communi consensu Ruffino tribuitur. Illud etiam sepulchrum est, quod etiam articulum sepulturæ magna ex parte nobis adimit. Ait enim, non certò haberi coniunctam cum corpore Christi diuinitatem: quod est non verè Christū fuisse sepultum. Sed quomodo ait Scriptura, *Non dabis sanctum tuū videre corruptionē*; vocans corpus sanctum Dei, eo quod Verbo Dei esset unitum, sicut & anima illi vnita erat? Sed iam accedamus ad Scripturas, & firmam, & certam reddamus huius articuli fidem. In primis David in persona Christi orat: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Profectò non derelinquitur qui in eo nō est: sicut non derelinquitur in puteo, vel in morbo, qui in illud non incidit. Quòd si dicat Erasmus, nomine inferorum significari sepulchrum, ridiculum est commentum; quasi verò animarum sit manere in sepulchris: ita Patres Veteres interpretantur hunc locum, Cyprianus serm. de passione, & altero de resurrectione. Athanasius oratione. 2. in Arianos, Cyrillus lib. de recta fide ad Reginas, & August. epistola. 9. ad Euodium, & epist. 57. & 59. Accedit & ratio, quia homo primum moritur, deinde corpus cōditur in sepulchro, & tū demum etiam descendit in locum inferorū: ita Christus mortuus fecit, vt hominum animas, & corpora liberaret. Vnde Psal. 88. *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem;*

Secundū argumentum.

Psal. 15.
Christi descensus ad inferos probatur Scripturis.

Primus locus.

Psalm. 15.

Cyprian.
Athanas.
Cyril. Alex.
August. 10.
mo. 11.

erant

Secundus locus.
Ab. 2.
 Hæc lectio Latina, Solutis doloribus inferni, cur ei Græcorum lectioni præster: Solutis doloribus mortis.
 Polycarp.
 Irena. li. 3. cap. 20. sub initium.
 Cyprianus. Theophilus. Alex. lib. 1. Paschali. Epipha. lib. 1. super Genesim ad litteram, cap. 33. tom. 3. & epis. 99. tom. 2.
 Joann. 2.
 Tertius locus.
 Matth. 12.

Eruet animam suam de manu inferi.
 Secundo idē probatur ex verbis Petri in Actis dicentis: *Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Non ignoro quosdā Græcos co-dices habere, Solutis doloribus mortis: sed tamen præstantior, ac melior est Latina lectio: tū quia dolores mortis in cruce persolvit, nec tunc ex cruce suscitatus est; tū quia Petrus post illa verba subdit testimonium Davidis: Non derelinques, inquit, animam meam in inferno, &c. Et subinfert: Propheta igitur cum esset, &c.* Prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Tū denique quia Patres hanc lectionē secuntur, & ponderant, & exponunt dolores inferni: vt Polycarpus epistola ad Philippenses: *Qui sustinuit, inquit, pro peccatis nostris vsq; ad mortē, quem resuscitauit Deus, dissoluens dolores inferni.* Idē quoque facit Irenæus lib. aduersus hæreses Valentini, & similiū; Cyprianus serm. de cœna Domini, & iterū serm. de passione, Theophilus Alexandrinus in lib. Paschali, & Epiphan. lib. aduersus hæreses, in hæresim Tiantianā, vbi exponit illa verba de dānatis, quorū quosdā misericordia Dei ab inferni cruciату liberatos tradit. Augustinus quoque lib. super Genesim ad literā, & in epist. ad Euodiū explicat inferni dolores solutos, vel in se ipso, ne eū tangerent, vel quia aliorū, qui in purgatorio detinebātur, dolores exoluerit. Si ergo Christi anima dolores inferni soluit, à quibus nō poterat teneri: nā ex natura rei cū anima esset beata, & ex diuinā iustitiæ prouidentia, quia Christus mortis debitor non erat, & ideo doloribus inferni nō potuit detineri, nec infernus vllū valuit ius habere in eum. Hic autem sermo re ipsa ponit animā Christi in inferno fuisse, à quo teneri minimē potuit: sicut nec cetus Ionā Prophetam detinere valuit, quē coactus fuit viuum euomere. Tertio idem descensus Domini ad inferos probatur ex verbo Matthei: *Sicut enim Ionas, inquit, fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus,*

sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Et vt cor in animalis medio consistit, ita & infernus in medio terræ. Non fuit autem in corde terræ secundum corpus, sed in superficie: ergo intelligendum est de anima, quę re ipsa descendit ad inferos, vt exponit Caietanus. Atque hic sensus confirmatur ex verbis Prophetæ Ionæ, qui ait: *Clamauit de tribulatione mea ad Dominam, & exaudivit me: de ventre inferni clamauit, & exaudivisti vocē meam. Et projecisti me in profundū in corde maris.* Hæc ille, vbi aquę partem profundissimā cor vocat, & ventrem inferni. Ita ergo cor terræ significat vel mediū, vel profundum terræ, in quod corp⁹ nō descendit, sed anima, Et rursus confirmatur hæc expositio, quia ab hora nona, qua expiravit in cruce, vsque ad resurrectionem cōputantur ab Augustino quadraginta horæ, nēpe quatuor feriæ sextæ, & viginti quatuor integræ horæ diei Sabati, & duodecim horæ noctis Dominicæ vsq; ad auroram, in qua surrexit, nec aliter possunt per Synecdochem tres dies, & tres noctes inueniri. Nam cū sepultus sit appetente vespere Sabati, de die illo Veneris nihil supererat, vt per Synecdochē posset dici vna dies. Si autē numeramus ab hora nona, qua Christus in cruce expiravit, supererant tres, aut quatuor horæ diei Veneris, quæ possunt, sumendo partē pro toto, accipi pro vna die, ac nocte. Quarto idem probari potest ex illo Petri testimonio: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe.* Vides Christum in carne mortuum, & spiritu viuum descendisse ad spiritus, qui erant in carcere, & predicasse illis? Verē in anima descendit in carcerē, & innuit se prædicasse nudis spiritibus, qui corpore destituti erant: quare illos vocat spiritus. Et rursus infra ait: *Qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis*

Joan. 2.
 Situs cordis.
 Ibidem.
 Quid cor maris, & cor terræ significet.
 Aug. lib. 3. de cōs. En. 6. 2. 10. 4.
 Quomodo consistit illud triduum, quod dicitur in corde terræ requiuit.
 Quartus locus.
 I. Petri. 3.
 Gen. 6.
 I. Petri. 4.

euangelizatum est, vt iudicentur quidē secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum in spiritu. Vbi mortui non intelliguntur improprie, qui per peccatum Deo mortui sunt, sed proprie corpore mortui, & in limbo existentes.
 Quinto est locus Ecclesiastici, nomine Sapientiæ, vbi habetur: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Quæ sententia etiam in Græcis codicibus qui nunc extant, non inueniatur; minimē tamē dubium esse debet, quin eā apud Græcos interpretes legerit: aliōqui tā insignem sententiā de suo nequaquam additurus erat, si nihil responderet in Græco. Et cū paulo ante dixisset; *Doctrinam quasi antelucanū illumino omnibus, & enarrabo eam vsque longinquū;* promittit Sapientiā se non tantum lucis suæ radios per vniuersi orbis latitudinem sparsuram, sed etiam peruenturā se ad inferiores partes terræ, hoc est, ad mortuos, quos & dormientes vocat Scriptura, ob resurrectionis spē.
 Deinde nota, sermonē esse de Verbo incarnato, quod Sapientiæ nomine ibi loquitur, & quod penetraturum se promittit omnes inferiores partes terræ: nam Verbū quatenus Deus est, in illis partibus, sicut & vbiq; semper erat. Item si penetravit inferiores partes terræ; ergo maximē infima, & inferna loca.
 Quarto ait: *Inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Omnes oculis suæ sapientiæ, & iustitiæ perspexit; non tamen omnes illuminauit, sed tantum sperantes in Domino, in quos solos redemptionis beneficium contulit, & tales cum pietate dormitionem acceperant.
 Sexto, est locus Pauli ad Ephesios: *Ascendēs in altum, captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia descendit primū in inferiores partes terræ.* Pro cuius intelligentiā loci expendendum est, in sacris literis esse supernum, & infernum, altum & imū, summum & infimum. Summum est super omnes cœlos, vbi thronus Dei est: & similiter

altum & supernum, de quibus Propheta: *A summo cœlo egressio eius, & occursum eius vsque ad summū eius.* Et rursus, *Ascendens in altum; & iterum, Vos deorsum estis, ego de supernis sum.* Inferna ergo dicuntur, quæ summē distant à throno gloriæ Dei, quæ à Paulo dicuntur inferiores partes terræ. Cōstat enim, quod superior pars terræ non summē distat à gloria Dei: vnde Iacob existens in superficie terræ; ait: *Deducetis canos meos cum merore ad inferos, id est eos, qui viuunt sub terra.* Core quoque, Datan, & Abiron stantes super terram, viui descenderūt per voraginem ad infernum. Et in Iob de impijs dicitur; *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Et ad Philippenses, & in Apocalypsi distinguitur inter cœlestia, terrestria, & inferna.
 Quo in loco pondera, Apostolum antitheta, atque opposita quæ sibi respondeant, coniunxisse. *Descendit, inquit, in inferiores partes terræ, & ascendit supra omnes cœlos.* Nec vt contentus fuit dicere, *Ascendit supra omnes cœlos;* ita non satis illi fuit dicere, *descendit in terrā,* sed maximē à summo cœlo distat & per inferiores partes terræ explicauit. Nam in Scripturis cū longissimum intervallum Ascensus, & descensus poni solet, per cœlum, & inferos, siue inferiora terræ, & non per simplicem terram completitur, quia terrę superficiēs à cœlo maximē distat. Vnde illud; *Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades;* & Iob; *Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?* Et Christus Dominus, *Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descendes.* Et Sapientiā clamat se penetrasse omnes inferiores partes terræ; David etiam, *Eruiisti animam meam ex inferno inferiori.*
 Christus ergo, qui ascendit in altum, descendit prius in inferiores partes terræ; id est, non solum homines viuentes super terram, qui iuuandī erant, sed etiam ad inferiores partes terrę, vbi erat Patrū defunctorū captiui;

Psalm. 18.
Psalm. 67.
 Inferiores partes terræ quæ nā Apostolo.
Gen. 44.
Num. 16.
Iob. 21.
Philip. 2.
Apo. 5.
 Pauli testimonij producti vt vltimæ prima respondeant.
Cœli, & inferorum nomine quid soleant significare Scripturæ.
Psalm. 138.
Iob. 22.
Matt. 23.
Eccles. 24.
Psalm. 89.

Quomodo Christus, vt Apostolus dixit, adimpleuerit omnia.

Ephes. 4.

Philip. 2.

Septimus locus.

Luc. vii. & sequent. supra 23.

Concilium Lateranense II. c. 1. circa medi.

Toletanum III. cap. 11. Patres.

D. Ignat. Ephes. 2.

Euseb. Cæsariensis tom. 1.

tas. Qui ergo descendit (scilicet in inferiores partes terræ) ipse est, qui & ascendit supra omnes cælos, vt adimpleret omnia, scilicet quæ prædicta erant, ac promissa à Prophetis. Vel vt impleret omnia, scilicet loca, nõ quæ tenuit, & occupauit Christi humanitas, sed in quibus aliquando substituit, vt sua præsentia omnem creaturam diuersis in locis agentem sibi subderet, & in possessionem acciperet vniuersa cælestia, terrestria, & inferna. Impleuit enim terram sua præsentia, & salutari doctrina, ac pretiosis donis. Deinde impleuit infernum, id est, antiqua desideria Patrum, qui in inferno delitescabant, sua præsentia, & doctrina illustrant. Vltimo impleuit cælum beatis, & captiuitate ducta in redemptionis peractæ primitias: quod etiam nunc facit, & hominibus qui in terra sunt, gratiam conferendo, & animas de purgatorio eruendo, & cælum beatis implendo.

Septimo probatur iste articulus ex Symbolo Apostolorum, quod habet: Crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferos: resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos. Vt ergo præcedentia, & sequentia descensum ad inferos re ipsa contigerunt, ac solida sunt, ita & ipse descensus ad inferos. Alioquin si tantum de affectu interpreteris, fuit certe Christus illo triduo in cælis beato Angelos; & Ierosolymis in Apostolis spem resurrectionis suæ eligendo, & contritionem de peccato suo crucifigentibus largiendo. Ad hæc Concilium Lateranense II. sub Innocentio III. ita habet: Descendit ad inferos; resurrexit à mortuis, & ascendit in cælum. Sed descendit in anima, resurrexit in carne, ascenditque pariter in viròque. Eandem quoque veritatem aperte tradit Concilium Toletanum III. ac Patres veteres. Quos inter Beatus Ignatius epistola 5. ad Trallianos: Descendit, inquit, in infernum solus, ascendit verò cum multitudine, & dirupit macerem, qua erat à seculo, &c. quæ videtur æmulatus Euseb. libro 1. Histor. Ecclesiasticæ. capite vltimo, vbi tradit, Abagarum. Re-

gem postulasse à Thaddæo breuẽ narrationem: & ex Syriaca lingua hæc transtulisse in hunc modum: Quomodo mortuus sit, quanta à Iudæis perpessus, ac quomodo crucifixus, atque ad inferos descendit, sepeque antea nunquam disruptam sciderit; Resurrexit etiam, ac mortuos, qui à seculo dormierant, vnà excitauerit, &c. Adde etiam Origenem, qui libro 2. contra Celsum Philosophum, qui asserbat Christum non potuisse cuiquam in terris persuadere; tradit ad inferos demissum, vt suam opinionem induceret. Et respondet Origenes: Vbi à vita excessit Dominus deposito corpore in animam nudam reductus, cum animis etiam corpore vacuis, nudatisque versabatur, ex his ad se reuocans, quos vel se qui se vellet, vel pro cognitis sibi met rationibus aptiores videret, quos ad se conciret. Hieronymus in illud ad Ephes. 4. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primò in inferiores partes terræ; ita scribit; Infernum sub terra esse nemo iam ambigat. Qui descendit cum anima in infernum, ipse cum anima, & corpore ascendit in cælum. Hæc ille ferè. Basilium item in Psalmum. 44. & 48. id explanans; Verùm tamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me: Palam, inquit, vaticinatur Christi ad infernum descensio, qui vnà cum alijs. Propheta ipsius animam sit liberaturus, vt ibi nequaquam remaneat. Et vt alios multos, & grauissimos autores præmittam, produco etiam eos Patres, qui peculiaries ediderunt homilias de hoc descensu Christi ad inferos: quemadmodum Epiphanius, & Cyrillus Ierosolymitanus, & Augustinus, atque alij quamplurimi, quos enumerare longum esset.

Gnostici. Hæretici hanc olim habuere sententiam ad tollendam resurrectionem, quam nunc Brentiani de inferis tenent. Ait enim Irenæus libro 5. in fine, Si Dominus legem mortuorum seruauit, vt fieret primogenitus à mortuis, & commoratus est vsque in tertiam diem in inferioribus terra, post deinde surgens in carne, &c. quomodo non confundentur qui dicunt; inferos

Orig. to. 2.

Celsi Philosophi nescio cuius insipie tissima, impiaq; de Xpo sententia.

Hier. to. 9.

Basil. to. 1.

Gnostici cur negauerint Christi descensum ad inferos. B. Irenæ.

Matth. 16. & alibi pas sim.

Christi quoque ad inferos descendit in anima Caluini cur perneget: Caluin. lib. Institur. cap. 12.

Quomodo illum allerat ad inferos descendisse. Psal. 21. Matth. 27.

Eiusdem de limbo Patrum de passione Christi, & meritis eius im pia dogmata, atq; peruersa.

Caluinus secta teres.

quidem esse hunc mundum, qui sit secundum nos, interiorẽ autem hominem ipsum delinquentem hunc corpus, insuper cælestem ascendere locum? Ita quoque nunc Caluinus, Christum per animam re vera descendisse ad inferiores partes negat, ne cogatur ad statuendum purgatorium, aut nullum tertiam animarum receptaculum admittere in mortis triduo, in quod Christus penetrauerit, vnde Patres educeret, qui in pietate, ac Redemptoris fide obdormierant. Et interpretatur articulum: Descendit ad inferos, spiritualiter pro cruciату damnatorum, quem anima Christi subiit in cruce, cum dixit, Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Quam impietatem, & blasphemiam hausit ex Buce- ro pio & religioso viro, sicut alia multa vel auditu horrenda. Ponit enim animas piorum in cælum ingresses antè nec veretur affirmare, animam Christi damnatorum cruciatus pertulisse, & de salute sua non solum desperasse, sed etiam inferos in cruce gestasse. Limbum, & locum, in quo asseruabantur piorum animæ vsque ad Christi descensum, fabulam non veretur vocare, hominumque esse inuenta, quæ de limbo Patrum, & reali descensu Christi ad inferos traduntur: Christi sanguinem, & mortem corpoream pro redemptione mundi non sufficisse. Contenditque inferos in Scripturis nil aliud significare, quam æterna damnatorum supplicia, non autem locum corporalem illis, qui damnantur deputatum: & nihil actum fuisse morte sua, nisi feruorem diuinae ultionis sensisset, & iræ ipsius intercederet, & vt iusto iudicio Dei: & opus post crucis cruciatus, quos nos iusto Dei iudicio passuri eramus, ipse pro nobis subiret. Ecce verba clara Caluini: Nil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus: quod figmentum Caluini Brentiani amplexati sunt, & Semidelinus in vulgus sparsit, & commendauit publica concione Augusta habita, & Tubingæ excusa. Beza discipulus Caluini, omnem hanc

doctrinam amplectitur, & omnes locos Scripturæ, quibus hoc potest reuinci, tropis, & schematibus conficit de capite suo corrumpit, vt tantum Fidei articulum corrumpat. Ambrosius in caput 5. ad Romanos scribit, Arianos inter articulos. Symboli istum minime reconferre: & tamen Caluinus ponit eum inter præcipuos, etiam si peruersè interpretetur, & propter illum ponat, Christum in cruce tulisse poenas damnatorum, propter nostram redemptionem, & salutem, vt magis illi debeamus, quam cruci, aut morti, aut effusioni sui sanguinis.

Sed ista fabulosa, impia, & hæreticissima sunt, & Apostolis, & traditioni Fidei aduersantur. Si enim in cruce soluit istas poenas pro nobis Dominus, articuli non essent dispenendi illo modo: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos: sed deberet præcedere mortem descensus ad inferos: sed ait infernum collocatum post mortem, cum debuisset antecedere: postpositum tamen, quia rem spiritualem continet, quæ gestis corporeis, scilicet passioni, & morti, non decebat tamen interferi, sed potius subijci. Sed si hæc ratio valet, ergo etiam descendit ad inferos. Et post illum, Resurrexit, & ascendit, exprimentus erat, quia resurrectio, & ascensio corporaliter accidit. Certè Petrus in concione sua Act. 2. inter mortem Christi, & eius resurrectionem ponit descensum ad inferos, sicut etiam in Symbolo ponitur. Non ergo descensus Christi ad inferos recitatus in Scripturis potest intelligi de cruciату, quem anima Christi subiit in cruce: imò potius hic articulus reponendus, aut subintelligendus erat in illis verbis: Passus sub Pontio Pilato; aut illos animi angores non complecteretur, sed tantum carnis afflictiones. Ad hæc super illam animi angustiam satisfecit Patri, & redemptionem nostram fecit, non ergo mors Christi, & sanguis pro peccatis nostris sufficiebant, imò nihil omnino profuerunt,

Ambr. to. 5.

Christum in cruce damnatorum poenas minime sustinuisse, contra Caluinum.

Act. 2.

Secunda ratio.

quia

quia nihil egissent: ergo nec passione, nec morte Christi expiati sumus; sed descensu Christi ad inferos: at id quomodo conueniat cum doctrina Pauli Hebr. 9. Coloss. 1. Ephes. & Rom. 3. ubi omnis remissio & redemptio tribuitur sanguini, & morti Christi: sed vel hæc tantum recitasse, expugnare erat, quia sua se falsitate euerunt, & destruunt. Beza tuori hoc volens, huc & illuc se conuertit, ut videatur illa confirmare. Sed illud intolerabile, quod locum Dauidis à B. Petro citatum: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, corrumpit, & legit; Non derelinques cadauer meum in sepulchro: ubi multa peccauit, primum, quod contra Lucam, & Septuaginta interpretum lectionem legit pro τυχον, id est, animam, cadauer: & quid magis distat ab anima quam cadauer? Et reddit rationem, quod Nephes interdum signat Cadauer. Leuit. 21. Sacerdos ad omnes animas mortui non ingredietur. Castallio dimicat cum Beza, & nunquam dicit animam poni pro cadauere, nec in illo textu, sed pro toto homine, ut statim declarat infra: Super animam non contaminabit se quisquam, sed super propinquo suo, & matre sua. Vbi quod dixerat, explicat propinquos, & parentes.

Secundo peccauit Beza, quod relicta versione inferni pro voce Hebraea Schol, maluerit Rabbinizantem, & Iudaizantem interdum Pagninum sequi, quam Septuaginta interpretes, & B. Lucam, & Patres omnes veteres Græcos, & Latinos, & B. Petrum in prima Concione, Act. 2. ubi habetur: vs ad. Et consonat sibi Lucas, qui Lucæ 16. infernum vocat Ἅδης. Et licet concedamus, vocem Schol interdum signare foueam, sepulchrum, vel hiatus; frequenter tamen Septuaginta vocem illam vertunt infernum; cum tamen Beza impudenter testetur nunquam in Scripturis sacris Hebræis pro inferorum loco poni; & tamen Septuaginta ferè semper vertunt Infernum, non Sepulchrum, & vix etiam ipsi Poëtæ, qui sibi quantam volunt, arrogant licentiam, ad ponunt pro sepulchro. Certè Genebrardus Hebræarum literarum

Hæc Beza Interpretatio Quonia non derelinques animam meam in sepulchro, quam fallax, & absurda. Psal. 15. Act. 2. Prima ratio.

Leuit. 21.

Anima quid significet secundum Castallionem.

Secunda ratio

Act. 2. Infra 13.

Beza temeritas & impudentia.

Genebrardus recens autor.

professor doctissimus, libro tertio De Trinitate: Sicut in errore, inquit, versantur, qui nunquam sepulchrum designare contendunt; ita perstricta sunt frontis, qui vsquam regionem Gehenna significare negant. Tantum enim abest, vt eam non signet, vt eam primum, proprie, ac per se significet: nec nisi per quendam tropum ad sepulchri acceptionem transfertur. Quod primum apparet ex veteribus cunctis interpretibus, & præcipue Septuaginta, qui constanter Schol reddunt voce ἄδης. Deinde Talmudista, & Chaldaei paraphrasta dum detractant locos Psalmorum; Redimet animam meam de manu Schol: & Conuertantur peccatores in Schola, exponunt, Gehinnum, id est, vsq; in gehennam. Impij enim non tantum ad infernum, sed etiam ad inferiorem partem inferni descendunt. Constituit enim Iudæi varia inferni receptacula, vt in Psalmo nono docet Rabbi David Kimhi, & septem à suis maioribus ponit Rabbi Salomon sub finem vigesimi quarti capitis Esaiæ. Et solet explicationis causa poni Schol cum Abadon, quod signat Abyssum inferni, perditionisq; locum Apoc. 9. sic Iob 26. Nudus est Schol coram illo, & non est vestimentum ipsi Abadon. Et Prouerb. 15. Infernus & perditio coram Domino. Hæc ex illo retulimus.

Nec valet ratio Bezae, qui pro ratione suæ versionis post Caluinum, coniecit idem efferri per posteriorem, & priorem partem, vt idem sit; Non derelinques animam, vel cadauer in sepulchro; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, vt sæpè solet Dauid in versiculo vno idem repetere. Non est tamen hoc semper firmum, & inuiolatum, sed libranda est, & ponderanda ratio, quæ membra vnius versiculi coniungat, vel diuidat. Et apparet, Dauidem eo loco ab enumeratione partium, quibus homo constat, & quorum separatione mors euenit; duo ac distincta membra ponere, vnum ratione animæ, alterum ratione corporis, & ita beatus Petrus partitus fuit versiculum: facit enim mentionem animæ & corporis, quorum vtrumque ad resurrectionem necessarium ostenditur. Hanc distinctionem ipse Dauid alio in loco docuit,

Schol Hebræis proprie tantum infernum, impropric ac metaphoricè sepulchrum significare.

Psal. 48. Psal. 9.

Rab. David Kimhi.

Abadon quid Hebræicè. Apoc. 9. Iob 26.

Prouerb. 15.

Idem Beza in illud: Non derelinques animam meam in inferno, quid falsè ratio cinetur.

cum Psal. 88. dixit: Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem (quod dicitur ratione corporis) & ratione animæ subdit: Eruct animam suam de manu inferi? Hoc etiam ex Homero discere poterat, si attendisset. At enim libr. 1. Iliados, Πολλὰ δ' ἐσθίσας φαχὰ δίδι' ἠποία τευ, ἠρώων ἀυτῆς Ἀ, κάρια τεύχε κούρεαν, Οἶον οἴστρι παῖσι. (diam, Narra, inquit, ὀ Μυσα, Achillis iracunda tot generosas animas procerum demisit in Orcum, Et eorum cadauera canibus atq; auibus lanianda exposuit.

vbi φαχὰ proprie pro animabus posuit, & earum receptaculum post mortem ἄδης, non sepulchrum, sed infernum cum Dauid statuit. Haud dissimili ratione euerit locum 1. Per. 3. & 4. vt ab illo tollat veritatem descensus Christi ad inferos. Et hætenus dictum sit pro fide huius articuli stabilienda.

Tertio loco dubitatum fuit, quomodo descenderit qui vbiq; est; & cur corpus remanserit in sepulchro. Respondemus, Christum nec descendisse, nec ascendisse, quatenus Deus est: nam vt talis omnia implet. Deinde non descendit secundum corpus, quod per triiduum in sepulchro hæsit vsq; ad horam resurrectionis; sed tantum descendit secundum animam præcipuam hominis partem. Et tamen duplici ratione verè dicimus Christum ad inferos descendisse: altera quidem more vulgato, & usurpato à Scripturis, & Ecclesiâ. Dixit namq; Dominus latroni; Hodie mecum eris in paradiso: id est, Anima tua apud animam meam gloriosa versabitur. Ita dicimus hominem sepultum, etiam si corpus tantum sepeliatur: dicimus B. Petrum esse in cælo, animo scilicet, & esse Romæ, quantum attinet ad sacrum illius corpus. Altera verò ratio est in Christo, qui constabat anima, corpore, ac diuinitate. Quamquam per mortem animæ vinculum ad corpus solutum sit, & anima à corpore separata, sine qua separatione non est vera mors. Vtraque tamen pars mansit vnita Verbi diuinitati. Quam veritatem comprobat Damascenus lib. De fide Orthod. dicens: Quanquam mortuus est vt homo, & sancta eius anima ab incontaminato separata

Homerus.

Cum Christo omnia impleat, ad inferos quomodo descendit? Ierem. 23.

Luca 23.

Trinitas in Christo.

Damascenus li. 3. cap. 27

corpore; non tamen Diuinitas ab utroque separata remansit, ab anima, inquam, & corpore: & neque sic vna hypostasis diuisa est in duas hypostases: nam & tunc corpus & animam secundum idem a principio in Verbi hypostasi habebant existentiam, & in ipsis in morte ab inuicem separatis numquodque eorum mansit, vnam Verbi habens hypostasin. Quare vna Verbi hypostasis, & Verbi, & anima, & corporis fuit hypostasis. Hæc ille, Adde Magnum Athanasium in Tract. De salutari aduertu Christi, in Apollin. vbi agens in Arrianos, ait: Vos è diuerso dicitis, quasi qui apostolis suis sapientiores, & in myste rijs prophetis peritiores, grauiores Euangelistis, & quasi maioris auroritatis, quàm vel ipse Dominus, emetitia illa vestra in dicendo cautione, abnegata veritate contra diuinitatem gannitis, cum res ipsa liquidò pateat, & in cruce declarata sit, & sanguis è carne pfluxione confirmata, non vt tandem segregatio Deitatis, sed vt corporis mortificatio ostenderetur, quo tempore Diuinitas neque corpus in monumeto, neq; in animam in inferno destituit, Hoc enim est, quod dictum est per Prophetas; Non relinques animam meam apud inferos, neq; dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ideo quoque Dñs locutus est: Nemo tollit illam à me, sed ego à meipso illam depono, hoc est, Præfès declaro. Quocirca in animam quidem Christi mors deuicta est, resurrectioq; ab inferis deprompta, & spiritibus annuntiata est: in corpore verò Dei corruptio abolita est, & incorruptibilitas è sepulchro emicuit. Quapropter non homo à Deo segregabatur, neq; Deus hominem dereliquit: neq; mortificatio, spiritusq; abscissio, transitus erat Dei è corpore, sed anima à corpore segregatio: nostra enim mors ibi describebatur. Quod si Deus segregatus fuit à corpore, & ita mors vim suam explicuit; quomodo corpus viduatur immortalitè Deo, incorruptibilitatem ostendere potuit; aut quomodo Verbum descendit suum ad inferos peregit; aut ab inferis resurrectione produxit; an scilicet ipsum Verbum in vicem, locumq; nostra anima resurrexit, vt nostra resurrectionis imaginè coccinaret? At, qui fieri potest, vt talia de Deo cogitemus? Leo quoq; in serm. quoda: In tantam vnitatè Dei & hominis natura conuenit, vt nea supplicio potuerit

Athanasius tom. 3.

Arrianorum arrogantia.

Ioan. 1a.

Anima & corpori Christi etiam morte separatis Verbi diuinitates indiuidua remansit.

Nisi indiuidua permanisset, quid inde secundu Athanasium.

Leo Papa serm. 17. de pass. Domini in princ.

dirimi, nec morte disungi. Et August. contra Felicianum; Christus in sepulchro animam suam non deseruit. Quare ratione dicitur Deus sepultus, Deus descēdisse ad inferos; Dei sanguis abluisse peccata, quia illa omnia Dei Verbo per unionē erant coniuncta. Quare sacri Theologi, præsertim verò beatus Thomas, asserunt Christum in triduo non fuisse hominem; in triduo tamen fuisse in sepulchro, & in inferno. Quemadmodum si duo ligna ferro cōiuncta fortissimo, paruaq; tabula congrua, & continuata, si mediæ tabulæ vinculum rumpatur, & ab se inuicē ea ratione ligna disjunctantur, non tamē diuiduntur ratione ferri illius fortissimi, quo arctissimē cōiunguntur. Ratio autē huius indissolubilis nodi est: quia Deus nunquam subtrahit donum gratuitū absque præcedenti aliqua culpa: quia sine penitentiā sunt dona & vocatio Dei. Christus autem peccatū nō fecerat, neque dolus inuentus erat in ore eius. Deinde, vt testatur Damascenus à Scholasticis citatus: Verbum quod semel assumpsit, nunquam dimisit, nec matrimonium, quod sua natura est indissolubile, ac de quo dixerat: *Spōsabo te mihi in sempiternum*, nunquā dissoluit. Adhęc aliās corpus corrumpi potuisset in sepultura, & animam non potuisset extrahere, nec educere victos de lacu, in quo nō erat aqua, si diuinitas vtriq; coniuncta non adfuisse; nec beare sanctos Patres valuisset anima Christi, si purus tantū spiritus fuisset: nec potuisset dicere, Non derelinques animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. Et hætenus de tertio.

Ad quartum, quorsum scilicet descenderit, differendum est: quo in loco quædam causæ à quibusdā producuntur, quæ non satis omnibus sunt certæ atque constātes. Eas igitur primo loco pertractabimus; deinde quæ certiores vidētur atque firmiores producemus. In primis igitur arbitrantur quidam eum descendisse vt pateretur pœnas inferni pro nobis, quemadmodum in cruce mortem pro nobis sustinuit. Asserunt tamen isti, aliter pœnas inferni, quàm damnatos passum fuisse: dānati

liquidem inuiti, & pro suis demeritis, & sine vlla spe prorsus liberationis illis pœnis subiacent; at Christus spontē & quantū illi placuit degustare, & non pro vlla propria culpa, sed pro nostris peccatis: & non tantū cum certa & segura spe breui euadēdi, sed cū plena potestate soluendi, & beneplacito suo terminādi illos dolores. Hęc opinio nem secutus est Iacobus Faber Stapulensis, & ante eum Nicolaus Cassanus in illa verba Prophetę: *Quoniā defecit in doloribus vita mea; & animi mei in gemitibus.* Videtur in eum inclinare Cardinalis Seripandus in expositione Symboli. Confirmant autem illas his argumentis. Primò, quia in Actis dicitur: *Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni*, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Deinde quæ non satis expressa habentur in Euangelio, ex Prophetis colligenda sunt: & quia Dauid expressit Christi dolores non esse in morte finitos, sed etiam post mortem permanere; idē dicendum videtur animam Christi passam in inferno fuisse. Hinc Dauid cum dixisset: *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me*; statim post dolores mortis dictos subdit de doloribus inferni: *Dolores inferni circumdederunt me; præoccupauerunt me laquei mortis.* Vides igitur præter dolores mortis passum fuisse dolores in inferno, atque in eo detentum, ne rediret in vitam. Tertio, Psalmo 87. in quo secundum Hieronymum, mysteria passionis continentur, ita habetur: *Quia repleta est malis anima mea; & vita mea inferno appropinquauit. Aestimatus sum cum descenditibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber, &c. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis.* Et subdit: *In me confirmatus est furor tuus; & omnes fluctus tuos induxisti super me.* In quibus cernis varios describi dolores, & pœnas Christi post mortem, nisi dicamus in his duobus locis eum induisse personam electorum, qui in purgatorio cruciantur. Quarto producit Psalmus CXLI. vbi Christus precatur Patrem vt ab inferno liberetur, cū ait:

Faber Stap.
Nicolaus
Cassanus
Psal. 30.

Cardinalis
Seripandus
Primum argu-
mentū Xpm
asserentium
damnatorum
supplicia
perculisse.
Act. 2.

Secundum
argumentū
ex Scripturis

Psal. 17.

Tertium argu-
mentum.
B. Hierony.
tom. 8.

Educ de custodia, vel de carcere animam meā, ad consistendum nomini tuo. Verū huic loco respōderi posset, Christum precari pro resurrectione, & nihil de pœnis inferni loqui: quemadmodum cum dixit: *Non derelinques animam meam in inferno;* & reliqua. Adhęc agunt rationibus. Primò, si Christus vt liberaret à prima morte, & daret vitā immortalē, voluit mori, ac resurgere; ergo vt liberaret à morte secunda, sustinuit pœnas inferni, non eo modo quo damnati. Sed profecto sicut Christus nos liberauit à peccato, nec tamē ipse quouis modo peccauit; ita & à gehennæ supplicijs, tametsi illa minimē pertulerit. Secunda ratio: Si Petrus reprehensus est à Domino, & vocatus scandalum, & Satanas, quod videretur indignum Filio Dei pati; & ita timendum est, ne negans sanctam, & iustam animam Christi dolores inferni perpessam, vt rem indecoram & indignam, ne meritò reprehendatur vt ignorans diuinæ misericordiæ, & bonitatis metas, quæ plus voluit pro nobis perpeti, quàm nobis videretur conueniens. Sed de cruce constat ex Scripturis; de pœnis verò inferni non est certum, cum Ecclesia Dei sine reprehensione vlla crediderit oppositum. Tertia ratio: Quò magis Christus pati pro me voluit, eò magis cogor confiteri magnitudinem bonitatis suæ, & enormitatem, ac abominationem peccati mei; ac proinde me illius pedibus magis subiicere. Sed non satis est, ad hoc vt verū sit aliquod dogma, quod per illud magis videamus charitatem Christi, & nostram iniquitatem valeamus agnoscere: sed opus est vt illud in Ecclesia Dei tanquam tale agnoscat. Adhęc quanquam hæc pia, & probabilitatem habere videantur; adferunt tamen in primis seculum nouitatem, & ignotam quandā tot seculis in Ecclesia Dei opinionem. Deinde pugnat hæc sententiā cum verbis Christi, dicentis: *Hodie mecum eris in paradiso*: non ergo Christus, aut Iatro post mortem suam in paradiso, id est, loco deliciarum, aliquam molestiam, aut pœnā passi sunt. Quomodo ergo post expirationē æternos cruciat⁹ passus est Christus? Hicci-

Secūda ratio
Matth. 16.

Tertia ratio.

Luce 23.

ne est Protestantium, qui hoc asserunt paradiso. Tertio repugnat huic sententiæ verbum Christi in cruce prolatum: Consummatum est. Quod verbū explicans Apostolus ad Hebræos, inquit: *Vna enim oblatione, consummauit in sempiternū satisfactos.* At quomodo dici posset mysterium redemptionis consummatum, si adhuc anima Christi debebat in inferno grauiores, & acerbiores pœnas pro nostra redemptione perpeti? Quarto Scriptura frequenter testatur, omnia peccata nostra Christi morte expirata, purgata, atque ablata fuisse; imò factos ipsos eductos d lacu, in quo nō erat aqua, per sanguinē testamenti; & rursus: *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: & ad Colof. 1.* Apostolus ait: *Christus pacificauit per sanguinē crucis sue, siue qua in cœlis, siue qua in terris, reconcilians nos in corpore carnis eius per mortem.* Nihil ergo pœnarum remansit subeundum post mortem, alioqui ea reconciliatio nō fieret in corpore carnis sue, sed in anima separata à corpore: quod inauditum est in Ecclesia Dei. Cur non igitur Scriptura mentionem fecisset, Christum gehennæ supplicijs nos liberauisse, vt nos saltem ad commemorationem tanti beneficij, & gratiarum actionē ei⁹ excitaret? Quintò, horrendum videtur dictū, Christum solum inter existentes in limbo pœnā sensus perpessum fuisse, vel quod Iatro, & alij sancti Patres ante perfectā pretij solutionem, in possessionem vitæ æternæ introierint. Quod ergo dicitur à Petro, Christum suscitatum solutis doloribus inferni: respondendum est, Christum in cruce exoluuisse, vt merito mortis suæ mutata sit pœna æterna in temporariam. Deinde pedit in seipso, non incurrendo illos dolores, vt subditur: *Iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo;* sed liberando sanctos Patres, & animas purgatorij, quæ aliquo modo cruciabantur: quem admodum ad Euodium docet Augustinus. Ad Prophetę testimonia respondendum est, vt superius attigimus, vel Prophetam induisse personā seruorum Christi, qui ibi detenti erāt, vel spe salutis diuturna affligebantur,

Paradisus
quid sonet.
Ioan. 19.

Hebr. 10.

Zachar. 9.

1. Petri 2.

Act. 2.

Aug. epist.
99. tom. 2.

Triplici inferni poena, damni, & sensus: & quid sint.

Matth. 25.

Psal. 15.

Descensus Christi ad inferos quatuor causas Thomae Aquinatis.

Alteri causa huius descensus.

Qua ratione Christus a Petro dicitur apud inferos predicasse.

vel igne purgatorio ex cruciabantur. Sūt igitur in inferno tres poenae. Prior damni dicitur, quæ est visionis Dei priuatio: quæ nullo modo sanctissime Christi animæ semper beatæ, & unitæ Verbo Dei conuenire potuit. Altera est, poena sensus in igne æterno designata, in quam damnati destinantur cū diabolo, & angelis eius: & hæc Christi animæ puræ, ac à peccato mundæ minimè conueniebat: nam ille locus tantum reprobis, ac immundis spiritibus debitus est. Tertia dicitur carceris locus, quia infernus instar erat carceris vilissimi, ac sordidissimi, & longè à Deo distiti. Dauid igitur pro beneficio ducit ab inferno liberari, iuxta illud: Quoniam non derelinques animam meam in inferno: Ergo in inferno manere, nonnulla poena fuit ob peccatū Adæ. Nec obstat Thomas in opusculo quinto, ubi exponendo Symbolum, tradit quatuor rationes, quibus Christus in anima ad infernum descendit. Prima est, ut sustineret totam poenam peccati, ac sic totam culpam expiaret: poena enim peccati omnis non solum erat corporis mors, sed etiam animæ cruciatus, quæ puniebatur carentia visionis diuinæ, pro qua abolēda nondum erat diuinæ iustitiæ factum satis: hinc post mortem descendeat omnes sancti Patres ad infernum. Ut ergo Christus totā sustineret peccatoribus poenam debitam, non solum voluit mori, sed etiam secundum animam ad infernum descendere. Hæc Thomas. Sed profecto sanctus Doctor his verbis nihil aliud probare voluit, quam quod ipse descensus ad infernum, erat poena debita animabus peccantium: quam Christus secundum animam descendens sustinere voluit, unde congruè omnes sanctos Patres educaerit. Et hætenus de hac causa descensus. Altera proponi solet, quæ & ipsa sano intellectu indiget. Aiunt siquidem nonnulli, Christum descendisse ad infernum, ut predicaret mortuis; quatenus illi credentes verbo prædicato fierent salui. Hoc autem ex duobus Petri, Apostoli locis probatur, nempe 1. Petri 3. & 4. Nam aperte dicitur, Christi spiritum prædicasse spiritibus,

qui in carcere erant, & euangelizatum esse mortuis. Et textus quidem apertus est, & clarus; verum dubium est, qualis fuerit illa Christi prædicatio. Dicendum est, dupliciter illum locum exponi à Patribus. Primò quidem Augustinus epistola ad Euodium, & beatus Thomas in tertia parte interpretantur hunc locum non de descensu Christi ad inferos, sed de operatione diuinitatis eius, quã à principio mundi exercuit: ut scilicet sit sensus: In quo (scilicet diuinitatis suæ spiritu veniens) per Noë, & Prophetas prædicauit, nimirum per internas inspirationes, & admonitiones externas per ora iustorum factas (sic enim dicitur Ioannes venisse in spiritu, & virtute Helix spiritibus, qui erant in carcere conclusi) id est, animabus uiuentibus, quæ erant non tantum in carcere corporis mortalis, sed etiam in custodia originalis peccati, & erroris: his enim prædicauit, qui increduli fuerant aliquando Noë, scilicet prædicanti: & quia non crediderunt, diluuiò sunt submersi, ut nunc infideles, qui baptizari renuunt, damnantur. Et quod hic dicitur, spiritibus qui in carcere erant, prædicatū fuisse; ita infra Petrus asserit mortuis esse euangelizatum, non mortuis carni, sed mortuis gratiæ Dei, de quibus: *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; & Anima, que peccauerit, ipsa morietur.* Verum huic expositioni repugnare videtur ipse contextus, quia in priori testimonio aperte loqui videtur Petrus de Christo carne mortificato, spiritu vero uiuificato: ita enim habet Græca littera, & hanc lectionem agnoscit Augustinus in dicta epistola: propterea non videtur loqui de operatione Christi ante eius mortem. Et in secundo testimonio Petri eum dixisset paratum esse Christum iudicare viuos & mortuos, subiungit: *Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est.* Quod non nisi valde violente ad mortuos spiritui, siue gratiæ Dei trahi potest. Deinde nullibi in Scripturis homines viuentes, deprehendes dici spiritus absolutè. Terriò quia dicuntur spiritus in carcere: corpus autem

Primus sensus Augustinus epist. 99. B. Thom. 3. part. 4. 52. artic. 2.

Luca 1.

Genes. 6.

Infra 7.

1. Petri 4.

Luca 9.

Ezech. 18.

Refellitur multiplici ratione.

non nisi

B. Iulianus martyr.

Clem. Alex. li. 6. Strom. multò antè med. tom. 2. Iren. lib. 5. prope finem

B. Athanasio. tomo. 1. ut eius verba producit E. Pippaui in haresi Diemeritarum 1. Petri 3. Cyril. li. 2. in Ioan. 6. 36. initio. tom. 1. Ioan. 19.

Rom. 14.

Greg. Naz. Damasc. li. 3. cap. 29.

Luca 1.

Esai. 61. Luca 4. Heb. 20.

Supra 45.

Rom. 14. Philip. 2. Idè Damasc.

non nisi metaphoricè vel allegoricè dicitur carcer spiritus, propriè autem infernus nomine carceris appellatur. Quarto, aperte veteres, ac facti Patres testantur Christum prædicasse apud inferos in illo triduo mortis. Hinc Iulianus in Dialogo aduersus Tryphonè Hebræum sub Ieremiæ verbis producit (deinde Clemes Alexandrinus lib. Strommatum non semel) *Prædicauit Dominus ihs quoque, qui erant apud inferos.* Insuper Irenæus lib. aduersus hæreses sub nomine prophetiæ profert hoc testimonium: *Et commemoratus est Dominus sanctus Israel mortuorum suorum, quia dormierant in terram sepulchris (alii legunt, Terram stipulationis, sed melior videtur prior lectio) Et descendit ad eos euangelizare salutem qua est ab eo ut saluaret eos.* Athanasius in epist. ad Epictetum Corinthiorum Episcopum, ait: *Corpus tum quippe in sepulchro erat positum, cum Verbum abiit ut prædicaret spiritibus, qui in carcere tenebantur, ut dixit sanctus Petrus.* Cyrillus in Ioannem super illud: *Inclinato capite tradidit spiritum,* ita scribit: *Cum tempus iam esset, ut etiam spiritibus apud inferos prædicaret (venit enim, ut tam uiuorum, quam mortuorum, dominaretur) mortem pro nobis suscepit.* Gregorius Nazianz. orat. 2. in Pascha circa finem: *Si in infernum Christus descendat, simul descende. Ea quoque mysteria cognosce, qua Christus illic designauit: quod duplicis descensus consilium, qua ratio fuerit, utrum omnes sine ulla exceptione aduentu suo saluos fecerit, an illic quoque eos, dum taxat, qui crediderunt.* Et hunc duplicem sensum declarat Damascenus, libro de Orthodoxa fide: *Descendit in infernum anima Deificata, ut quæ admodum ihs, qui in terra iustitia ortus est Sol, sic & eis, qui sub terra in tenebris, & in umbra mortis sedebant, lux insulgeret. Et ut quem admodum in terra euangelizauerat pacem, captiuis remissionem, cæcis visum, & ihs qui crediderunt, factus est causa salutis aterna; incredulis autem, infidelitatis improperium, & redargutio: sic & ihs, qui in inferno, ut ipsi omne genu flebatur, & lestam, & infernorum.* Idem lib. de his qui in fide hinc migrarunt, testatur, dicendo quod Christus bonis profuerit

in inferno, infidelibus autem, & bonis operibus carentibus nihil profuerit. Ex nostris B. Hilarius in Psalm. 118. in littera Caph, super illud: *Defecit in salute tuum anima mea: Scit ergo, inquit, exhortatione hanc sanctos quiescentes in inferno desiderare. Scit testante Apostolo Petro, descendente in inferna Dño, etiam his, qui in carcere erant, & increduli quibusdam fuerant in diebus Noë, exhortatione prædicatam fuisse.* Hec ille. Adde B. Ambrosium in cap. quartum ad Ephesios: *Triumphato ergo diabolo, descendit in cor terra; ut ostensio eius prædicatio esset mortuorum, ut & quotquot cupidi eius essent, liberarentur.* Hætenus Ambrosius. Et in illud ad Rom. 10. *Quis descendit in abyssum,* sic habet: *Idè passus est Christus, ut expoliatis inferis virtute patris, diuicta morte resurgens cum animabus ereptis in celum ascenderet: omnis enim quicumque visio Saluatore apud inferos sperauit de illo salutem, liberatus est, hoc testante Petro Apostolo, dicit enim: Quia & mortuis prædicatus est.* Caietanus expones huius locum B. Petri, tradit: *Clarè Petrus docet, quod Christus descendens ad inferos in anima, prædicauit animabus illorum, qui fuerant increduli in diebus Noë. Et ex eo quod horum tantum meminit, significat, quod non loquitur de prædicatione, qua manifesta apud inferos seipsum esse Messiam, & conuicit tam demones, quã incredulos omnes: huiusmodi enim prædicatio communis fuit omnibus apud inferos: hæc autem, de qua Petrus loquitur, peculiaris describitur illis, qui erant tempore quo fabricabatur arca. Unde insinuat quod prædicatio hæc fuit fructuosa. Et ad hoc faciunt verba: quando expectabatur Dei longanimitas; ut per hoc intelligamus, illos non fuisse incredulos, hæc est, sine vera Dei fide, sed incredulos Noë dicenti, diluuium imminere: & cum hac incredulitate expectasse Dei longanimitatem, hoc est confisos fuisse in longanimitate Dei, quod non induceret vniuersale iudicium: & propter huius confidentiæ meritum placuisse Deo, ut anima Christi prædicaret eis. Hæc ille, qui exponit, illam prædicationem fuisse fructuosam; verum tenorem prædicationis non aperit, & quomodo fuerit, aut potuerit esse fructuosa, nõ declarat: quæ enim fructum*

B. Hilarius 1. Petri 3.

Ambr. 10. 5. Alter sensus.

Caietanus.

Genes. 6.

poterat inde colligere ex his qui increduli fuerant, & contumaces? Adhæc addit, illos nõ fuisse sine vera Dei fide, licet increduli fuissent Noë, quia confidebát in longanimitate Dei: sed quomodo fuere increduli Noë, & nõ etiã Deo loquenti per Noë? aut quomodo potuit illis prodesse, quod crederent Deum esse, eum dæmones id credant, & contremiscant? aut qua ratione expectare Dei benignitatem, & longanimitatem, persistentes in peccato subleuabat, cum illa expectatio Dei esset tentatio, iuxta illud: *An diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis contemnis?* Adhæc si illi iam increduli fuerunt iudicati per ea quæ egerút in vita; quem fructum potuit adferre illis noua prædicatione? B. Thomas in tertia parte, docet hanc prædicatione Christi in inferno, de qua Petrus loquitur, nõ aliud fuisse, quàm diuinitatis manifestationem suæ per efficacem virtutis descensum, ac confutationem quandã damnatorum. Sed hæc expositio non explicat cur Petrus meminerit tantum eorum qui increduli fuerunt tempore Noë: & hæc prædicatione non minus facta est dæmonibus, ac reprobis hominibus, quàm iustis. Adde, euangelizationem nõquam in sacris literis accipi in malam partem. Sunt qui putant sermonem esse apud Petrum de Christi prædicatione apud inferos; quando post mortem illuc descendit, & visitauit eos: nam hic dicitur locutus fuisse his qui fuerunt increduli in diebus Noë, & ideo perierunt secundum corpus; & tamen salui facti sunt Dei clemencia multi illorum, vt est verisimile, quia illos suæ perfidiæ, & malè actæ vitæ poenituit, quemadmodum Iatro, qui in cruce poenitentiam egit. Illi ergo in extremis illis periculis fidem acceperunt, & gratiam. Ad hos ergo sermonem habuit Dominus, vt agnoscerent per quem salutem adepti fuissent, quod explicite cum uiuerent, nõ nouerunt. Tanquam ad eos diceret Ecce ego, quia non est aliud nomen sub cælo datum, per quod cuique contingere possit salus. Nec huic sensui repugnat, quod in primis B. Gregorius in Registro, epistola ad Georgiũ

Iacobi 2.

Rom. 2.

Tertius sensus, qui etiã improbat.

B. Thom. 3. part. 9. 5. 2. artic. 2.

Quartus sensus.

Euãgelij seu Euangelizandi verbũ nunquam malè sonat in Scripturis sacris.

Luc. 23.

B. Greg. li. 6. Registri, epist. 15. siue cap. 179. tom. 2.

Presbyterum, & Theodorũ Diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ conscripsit: *Prætereã, inquit, post discessum vestrum dilectissimis filiis meis Diaconis narratibus agnouit, quod dilectio vestra dixisset, omnipotentem Dominum Saluatorem nostrum Iesum Christum ad inferos descendentem, omnes qui illic confiterentur eum Deum, saluasse, atq; a penis debitis liberasse. De qua re volo vt fraternitas vestra longè aliter sentiat. Descendens quippe ad inferos, solos per suam gratiam liberauit, qui eum & venturũ esse crediderunt, & precepta eius viuendo tenuerunt. Constat autem, quia post incarnationem Domini nullus ex his etiam saluari potest, qui fidem illius tenent, & vitam fidei non habent; quia scriptum est: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: & Ioannes ait: Qui dicit, quia nouit eum, & mandata eius non custodit, mendax est. Iacobus quoque frater Domini scribit, dicens: Fides sine operibus mortua est. Si ergo fideles tunc sine operibus bonis non saluantur, & infideles ac reprobi sine bona actione Domino ad inferos descendente saluati sunt; melior illorum fors fuit, qui incarnationem Domini minime viderunt, quàm horum, qui post incarnationis eius mysterium nati sunt. Quod quanta fatuitatis sit dicere, vel sentire, ipse Dominus testatur discipulis dicens: Multi Reges, & Prophetae uoluerunt videre qua vos videtis, & non viderunt. Sed ne dilectionem vestram in mea disputatione immerer, quid de hac hæresi Philaster in libro, quem de Hæresibus scripsit, dixerit, cognoscãt. Cuius hæc verba sunt: Sunt hæretici, qui dicunt, Dominum in infernum descendisse, & omnibus post mortem etiam ibidem se nuntiasse, vt confitentibus ibidem saluarentur; cum hoc sit contrarium dicenti Propheta David: In inferno autem quis confitebitur tibi? Et Apostolus: Quotquot sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Cuius verbis B. quoque Augustinus in eo libro concordat, quæ de hæresibus scripsit: Hæc itaque omnes pertractantes nihil aliud teneatis, nisi quod vera fides per Catholicam Ecclesiam docet: quia descendens ad inferos Dominus, illos solummodo ab inferni claustris eripuit, quos uiuentes in*

Tit. 1.

1. Ioan. 3.

Iacobi 2.

Matth. 13.

Philaster.

Psal. 6.

Rom. 6.

B. Aug. de hæres. num. 79. tom. 6. initio.

Quadruplex obiectio diluitur.

Si humane utilitatis gratia filius Dei homo factus est, cur non ante multa retro secula hoc præstitit?

Secunda obiectio.

Tertia.

In Scripturis expectare Dei longanimitatem, iustum est tatum.

B. Aug. locis præcitatis.

Quarta.

Genes. 19.

Exod. 14.

carne per suam gratiam in fide, & bona operatione seruauit. Haecenus sanctus Pater, cuius verba dictis nostris non repugnant: nos enim tantum de illis loquimur, qui dum uiuerent, fidem implicitam habuerunt, & bonis operibus illam exornauerunt, aut poenitentiam de maleactis egerunt. Et videtur hoc loco soluere Petrus questionem, quam quidam proponere solent: Si ad utilitatem hominum Filius Dei homo factus est, cur non ante multa retro secula hoc præstitit? Ecce spiritibus, qui erant in carcere, prædicauit, vt eos liberaret, quicumque credituri fuerant in eum, si in eorum tempora aduentus eius in carnem incidisset: hi enim in inferis fruãuose audierunt. Deinde nõ obstat quoddam dicuntur fuisse increduli: quia dici potest quod olim fuerunt increduli, nunc amplius non sunt, quia flagellis admoniti respuerunt. Tertio nõ obstat quod sequitur: Expectabant Dei patientiam in diebus Noë. Quod illis minime conuenire videtur: si enim increduli erant, non curabant Dei longanimitatem: cum verò repentinus eis superuenit interitus, non erat iam longanimitas Dei: & in Scripturis expectare Dei longanimitatem, seu patientiam, tantum iustorum est. Est tamen alia Græca lectio, quæ habet: Quando semel expectabatur longanimitas Dei: & possumus intelligere quod non expectabatur ab illis incredulis, sed ab alijs, à Noë, & filijs eius, qui fortè ante irruptionem aquarum mortui sunt eũ pietate. Beatus tamẽ Augustinus legit: *Quando expectabant Dei patientiam:* cui lectioni vox Græca cum sit mediæ & communis significationis, & non repugnat. Patientia ergo vel longanimitas Dei erat, quæ semel, id est, vsque ad præfixum terminum cætum viginti annorum expectabat conuersionem illorum. Nec quarto obstat, quod cum hæc prædicatione cõgrueret multis alijs, qui in eadem causa inueniebantur, de his tantum fuerit facta mentio, qui fuerunt tempore Noë, cur non etiam ijs prædicatum fuit, qui perierunt per ignem in Sodoma, & alijs ciuitatibus? cur non etiam illis, qui submersi perie-

runt in mari rubro? aut illis, qui in deserto mortui sunt, & multis alijs similibus, quos pari ratione in tanto discrimine per poenitentiam fuisse salutem assecutos, pium est credere. Sed potest nõ ineptè responderi, satis fuisse proponi illud magnũ originalis mundi exemplum propter numerosissimam turbã, vt ex illo Dei iudicio similia in cæteris coniectaremus. Et huic sensui videtur fauere Anastasius quidã Antiochenus, qui fuit in sexta synodo, in libro, quem inscripsit aduersus eos, hoc est, Iterarium, ubi refert, Christum ad inferum descendentem prædicasse spiritibus illic detentis: & conqueriur quendam ex Scholasticis Platonẽ damnasse vt incredulum, & illi maledixisse; quẽ tamen per somniũ illi apparuisse scribit, seque exprimis, qui in Christum crediderunt, fuisse in descensu eius ad inferos. Hec ille in sensu: quam etiam historiam recitat Nicetas in oratione secundã Gregorij Nazianzeni in Pascha. Et subiungit ibidem Anastasius: *Verum cum hæc audis, ne existimes semper esse poenitentiam in inferno: semel enim hoc contigit, cum Christus descendit in inferos ad eos visitandos, quicumque in seculo obierant. In hunc autem sensum comprobandum, videntur dicta veterum Patrum, præsertim Irenæi, Clementis, & Damasceni inclinare, quod prædicatione suæ Euangelizatio (quæ nunquã in Scripturis capitur in malam partẽ) salutarem extiterit, atque fructuosa: ad quid enim aliã euangelizauit saluator mundi, si nullus erat fructus colligendus? Ex quo loco ita exposito elicitur, aliquos, dum uiuerent, fidem claram, siue expressã de Christo minime habuisse: in descensu tamen Domini ad inferos se illis in Messiam, & Saluatorem detegentis, illos & credidisse, & saluos factos fuisse: quemadmodum B. Hieronymus in Nahum Prophetã tradere videtur. Et confirmatur hic sensus, nã Epiphanius in hæresi 46. in Tatianum, docet, Christũ venisse vt his qui olim illum cognouerunt, & ab ipsius Deitate nõ aberrauerunt verũ propter errores in inferno detenti sunt indulgentiã largiretur. Hec ille. Deo etiã Falconille idololatree extincte, & Traiano mortuõ,*

Numer. 26 1. Cor. 10.

Anastasi Antiocheni traditione Philosophorum Principe atque Duce.

et aduersus

B Hierony. tom. 6.

Epiphanius

vt tradit Damasceus, pepercit & alijs infidelibus à morte per Apostolos scilicet veniam largitus, quid mirum si erga tales spiritus in inferno detentos prædicationem, & salutem dispensauerint. Et hæc pauca pro intellectu loci beati Petri sint satis.

Rationes Christi descensu ad inferos.
B. Thomas opus. 5. Secunda.

Iam vt eò redeat oratio, vnde digressa est, descendit Christus ad inferos, vt totam peccati poenã sustineret, cuius pars erat descensus ad inferos, quemadmodum superius ex B. Thoma produximus. Secunda causa est, vt perfectè subueniret amicis omnibus, hoc est, habentibus fidem viuam, siue charitatem. Habebat enim amicos, tū in terra, tū in inferno: permulti siquidem in inferno erant, qui in charitate, & fide Messie venturi extremū diem clauerant, quemadmodum Abraham, Isaac, & Iacob, Moses, Dauid, atque alij iusti, & perfecti viri. Cū ergo suos, qui in mundo erant, visitaret, & per mortem suam subuenisset eis; voluit etiam suos in inferno positos amicos inuisere, atque illos subleuare, iuxta propheticum testimonium: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vincos tuos de lacu, in quo nō est aqua. Etsi enim in cruce debellator mortis, & dæmonis extiterit; debuit tamen spolia, ac prædam non relinquere, vt victores facere consueuerunt. Et ita descendit ad inferos Dominus, non vt debitor, sed vt inuasor: *Factus sum*, inquit, *sicut homo sine adiutorio, inter martuos liber*. Solus à peccati debito liber, & liberator aliorum, vt exactor, non vt peccator, vt iudex, non vt supplex: venit ad carcerem vt eriperet, non vt maneret: descendit Rex cœli sine ignominia, ascendit cum ingenti gloria: non vt vinciretur, sed vt vincens dissolueret: non vt præda fieret, sed vt prædã raperet, & compleret verbum suum: *Cum fortis armatus custodit atrium suum; in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum; vniuersa arma eius auferet, in quibus cōsidebat, & spolia eius distribuet.*

Zachar. 9.

Christi dominium in inferno.
Psal. 87.

Luca 11.

Sed cū apud inferos quatuor sint superius dicta receptacula, nimirum sinus Abraham, locus animarum, quæ

igne purgatorio lustrabantur, infantes ante Sacramentum decedentes, atque ipsi reprobi ad ignis gehennam damnati; dubium est, an ex omnibus locis omnes eripuerit, an quosdam tantummodo? Respōdendum est peculiariter de singulis. Quantum attinet ad damnatos in gehenna detentos, nullus videtur liberatus fuisse, quia in inferno nulla est redemptio, & quia nullus illorum fidem habuit vel charitatem, vt illis medijs posset fructus passionis Christi applicari. Quare neque illorū aliquem liberauit, sed eos tantum de sua incredulitate, & malitia confutauit: nec enim in illorū locum per corpoream præsentiam descendit, bene tamen sua virtute illos confutando. Vnde Epiphanius in Marcionistas refert, Marcionem dixisse Dominū descendisse in infernum, vt saluaret Cain, Core, Dathan, & Abirom, & Esau, & omnes gentes, quæ non nouerant Deū Iudæorum; Abel autem, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, & Iacob, Moysem quoque, Dauidem, atque Salomonem illic reliquisse, propterea quod cognouissent Deum creatorem esse Iudæorum, ac conditorem, & quod officia ipsius fecerunt, & non Deo inuisibili seipos addixerunt. Sed vt rumque perinde falsum est, & cū mendacij impietate coniunctum. Non desunt tamen alij, qui dixerunt, Christum nonnullos ex cruciatibus gehennæ propriè dictæ liberasse, vt se Principem legibus solutum, & solum Dominum ostenderet, qui posset omnia, & omnibus quibus vellet cōdonare. Sed hoc facilius dicitur, quā probatur, præsertim legibus fidei generalibus in contrarium stantibus. Id tamen asserere contendunt Epiphanius, & Augustinus. Ait enim Epiphanius in hæresin Tatianorum: *Christus venit, vt his quidē, qui olim ipsum cognouerunt, & ab ipsis destitute non aberrauerunt, verūm propter errores in inferno detenti sunt, indulgentiam largiretur. His quidem qui adhuc in mundo sunt, per penitentiam; qui verò in inferno, per misericordiam & salutē.* Augustinus verò libro super Genesim ad literam: *Quomodo enim, inquit, aliter accipiendū sit quod dictum est: Quē Deus suscitauit ex*

Verū Christo aliquos damnatos ab inferno liberauerit.

Epiphanius in hæres. 42. Marcionis dogma falsissimum.

Epiphanius in hæres. 46 sub finem.

Aug. lib. 12 super Genesim ad literam, cap. 33 in med. t. 3

Alfor. 2.

Philip. 2.

Idem epist. 69. tom. 2.

Damasceus.

Melchior Canus.

Historia Traiani per B. Gregoriū ab inferno liberati vera ostēditur, & fide dignissima. Oecolamp. homo hæreticus.

Ioan. Diac. lib. 2. vitæ B. Greg. c. 44. tom. 1.

mortuis, solutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis; non video, nisi vt quorundam dolores apud inferos eum soluisse accipiamus, ea potestate qua Dominus est, cui omne genua flectitur, cœlestium, terrestriū, & inferorum, per quā potestatem etiam illis doloribus quos soluit, non potuit teneri. Idem docet epistola ad Euodiū. Verūm hi loci glossā admittere possūt, si dicamus, quod illa dicta sint de electis, qui in purgatorio igne cruciabantur: quanquam cū liberatio ab igne purgatorii ordinaria potestate fiat, adhuc pugnare videtur verbo Augustini, quod soluit illos dolores ea potestate qua Dominus est, cui omne genua flectitur, cœlestium, terrestriū, & inferorum, in quo videtur singularem Dei potentiam, & absolutam denotare. Quod si quis urgeat exemplum Traiani Imperatoris precibus B. Gregorij de inferno eruti, & Falconillæ feminae, vt docet Damasceus in sermone illo, De his qui in fide hinc migrarunt; & ne cuiquam falsū, aut fabulosum commētum produxisse videri possit, addidit Damasceus: *Testatur Oriens, & Occidens miraculum hoc germanum, & irrefutabile.* Sic ille. Non vtique responderem negando historiā tanto à Doctore conscriptam, quemadmodū Melchior Canus in locis Theologicis quibusdam ex temporum ratione atque Historicis dictis rationibus demonstrare contendit, sed parū meo quidem iudicio solidis ac firmis. Nam vt illud omittam, quod si sermo ille minimè à Damasceus esset cōscriptus, profectò Oecolampadius homo hæreticus nequaquam librum, in quo maximè sua dogmata confutabantur, in Latinum vertisset sermonem. Quod si dicas, librum illum antequam in hæresim plaberetur, & eiusmodi orationē transtulisset: satis tamen eius stylus, ac dicendi character se esse Damasceus ostenderet. Veterum quoque Patrum productio, quos ille de more interdū allegare solet in libris de Fide Orthodoxa, idem comprobatur. Præterea Ioannes quidam Diaconus, vitæ beati Gregorij conscriptor, huius miraculi, nimirum Traiani precibus Gregorij scilicet scitati fidem facit, atque confirmat: re-

ferens olim Gregoriū per forum Traiani procedētem, iudicij eius, quo viduam consolatus fuerat, recordatum fuisse, atque admiratum: quare sancti Petri basilicam cum peruenisset, tandiu super errore Traiani defleuisse, vt sequenti nocte responsum acceperit se pro Traiano fuisse exauditum: tantum pro nullo ulterius paganæ preces effunderet. Hæc ille, qui contra quosdam hoc signum infirmare volentes, & allegantes, pro infidelibus in inferno positis non esse preces fundendas: respondet, Gregoriū non orasse, sed fleuisse tantum, ac fletu ipso impetrauisse. Adhæc si Ioannis Damasceus manus, quæ pro imaginibus colendis præclarè scripserat, à Leone tertio præcisā fuit; & deinde Virginis precibus restituta fuerat, quomodo potuit Damasceus Gregoriū antecedere, qui tempore Leonis fuit, Gregorius autē tempore Mauritij. Quare potuit Damasceus nosse historiā illā Gregorij, vt pote superioris. Adhæc cū Concilium Nicenum Secundum, quod septima synodus dicitur, & in eo pro venerandis sanctorū imaginibus per plura veterum Patrum testimonia producantur, ac nunquam Ioannis Damasceus sententiæ; qui tamen multas præclaras orationes de illis composuit, citentur; argumento est, Damasceum non esse tam antiquum, aut Gregorio antiquiorem. Nam cū multas orationes, atque illas quidem elegantes, ac doctas huius argumenti conscripserit, nulla efficax ratio, quod nō fuerit in Concilio productus, adferri potest, nisi quod posterior fuit Concilio, aut saltē οὐκ ἔστιν. Ac proinde ruunt, quæ Melchior Canus in neganda hæc historia protulit, quæ posita vt vera, asserimus hæc non pugnare cum dictis: vel quia res, quæ rarò à Deo fiunt pro absoluta sua potentia, non sunt in consequentiā trahenda; aut fortassis Traianus ad gehennæ supplicia non erat damnatus. Ac licet fide Christi explicita non esset præditus; habebat tamen fidem in Deum quia est, & quia inquiringibus se remunerator sit, multaque virtutū officia, quibus Romanū imperium administruit; vt propterea

Conc. Nicæ. secundum, seu 7. syno.

Hebr. 11.

Verum qui cū originali decesserant, fuerint à Christo liberati.

An etiam Christus suo descensu liberauerit animas à purgatorio. Prima opinio.

D. Thomas in 3. par. q. 52. arti. 8.

Durandus in 3. sent. Marfilus ibidem.

Secunda opinio.

B. Bonau. Ioannes Maioris, Gabriel

Biel in 3. dist. 22. q. 5

Scot. in 4. dist. 45. artic. 2.

Sotus in 4. dist. 43. q. 2. artic. 1.

Osea 13.

Quibus Scripturæ testimonijs nitar hoc opinio.

Primus locus.

ad gehennæ supplicia ad tempus tantum damnatus fuerit, ut fletu, & precibus Gregorij liberari posset, aut denique aliam non incommodam dissoluedi nodi illius rationem excogitare, quod veritate illius signi posita, fidei placitis non repugnare ostendatur. Et hætenus de his qui sunt ad gehennæ ignem damnati.

Deinde statuimus, Christum ad inferos descendentem, infantes cū solo originali peccato decedentes minimè liberasse: quia cum tales fide carerent in Christum, & Sacramento salutari, non habebant quicquam, quod fructus mortis Christi applicaretur illis. Tertio, eos, qui in purgatorio detinebantur, sentit Thomas in tertia parte, non omnes liberasse; nisi illos tantum, qui in virtute passionis Christi tales erant iam dispositi, ut à pœnis illis liberarentur. Cuius sententiæ subscribunt & Durandus, & Marfilus in tertio sententiarum. Non tamen desunt Doctores Scholastici, qui aliter sentiant: qui Scripturis, ac Patrum sententijs, ac firmioribus rationibus contrariam sententiam tueantur, nimirum beatus Bonauentura, & Ioannes Maioris, & Gabriel Biel. Habes Scotum in Quarto, ubi ait: Si rigorem iustitiæ Dei speculemur, ita dicendum est, ut Thomas ait. Sed nihil absurdi est, si quis dixerit ex singulari privilegio tunc omnes Christum liberasse: idq; virtute sua passionis. Nam eadem virtute, qua indulgentiæ Pontificiæ modo nituntur, propter aliquod celeberrimum factum, vel festum, & nonnulla liberationes animarum à purgatorio, nihil mirum, si in tanta festiuitate, quantam tum Christus presentia sua inferis attulit, libertate omnes donarentur, qui filij Dei erant. Hæc ille.

Sotus quoque in Quarto affirmat, Iesum descensu ad inferos euacuasse purgatorium per viam indulgentiæ. Secundò producuntur quidam loci ex Scripturis, ut ille: Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne: at hic morsus efficacior esse intelligitur, si ex quatuor receptaculis euacuauerit duo. Morsus autem in pomi parte sana, relicta putri ac corrupta, id est, damnatis, qui deuorari non poterant, est ex-

ponendus. Deinde Zacharias inquit: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu. Vbi perpende illud; *Vinctos tuos*: nam omnes in charitate existentes erant vincti Dei, siue Iesu: at qui in purgatorio pœnas luebant, magis propriè sunt vincti, quam sancti Patres in limbo, ut de Lazaro dixit Abraham. Adhæc ait Petrus in Actis: *Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni*: quod Augustinus ad Euodium de quorundam debitorum in inferno solutione interpretatur. Adhæc quod Petrus ait: His qui in carcere erant spiritibus, veniens prædicauit: at animæ purgatorij magis erant in carcere, quam illæ, quæ in sinu Abraham: igitur illis profuit descensus Christi ad inferos. Eò etiam referenda sunt testimonia antiquorum Patrum, nempe Epiphaniij & Augustini paulò antè producta & explicata, quod saltè ad animas purgatorij pertineant. His adiungitur beatus Gregorius, qui tractans illud: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*, scribit: *Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, vique electa*. Et rursus alibi ait: *Descendens quippe ad inferos, solos per suam gratiam liberauit, qui eum & venturum esse crediderunt, & præcepta eius viuendo tenuerunt*. Hæc ille: at tales sunt omnes qui in purgatorio versantur. Idem in libro 13. *Moralium* capite vigesimo: *Dum conditor, ait, ac redemptor noster claustra inferni penetrans electorum exinde animas reduxit: & Damascenus sermone* De his, qui in fide hinc migrarunt, ait, quod eduxit omnes, qui in fide formata hinc discesserunt: sed tales sunt omnes, qui versantur in purgatorio.

Accedunt & rationes non contemnendæ. Prima, quia illud videtur Christo esse tribuendum, quod eius maiestatem & gloriâ magis illustrat, & potestate amplificat. Sed cui dubium esse potest, hanc à supplicijs purgatorij liberatione eius potestatem magis ornare? Deinde si Iesum in cruce aspiciens, & in eum credens, audiuit: *Hodie mecum eris in paradiso*; ergo & animas eum ibi adesse credentes,

Secundus locus Zachar. 9.

Luca 16.

Tertius locus Act. 2.

Aug. epist. 99. tom. 2.

1. Petri 3.

B. Greg. ho. 22. in Eug. paulò ante med. tom. II

Ioan. 12.

Idem lib. 6.

regestr. epi. 159. seu cap. 179. f. eodem

Idem to. II

Damascen⁹

Idem sensus rationibus ostenditur.

Prima ratio.

Luc. 23. Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Potestas excellentiæ quæ sit.

Luca 7. Quinta ratio à more Magistratum.

Ephef. 4. Sexta ratio.

Genes. 40.

Matth. 27.

Quarta synodus.

2. Cor. 1.

Septima ratio.

Apoc. 1.

Infra 9.

Infra 20.

ac persentientes credendum est eadem die in paradiso fuisse. Tertio in aduentu eius in die iudicij, ad iustitiam Dei, quæ propalabitur, spectandam, omnes liberabuntur; ergo in aduentu misericordiæ & gratiæ suæ pleno saltem pertinget electis, & modò factum est. Quarto, autoritate excellentiæ, qua potest præstari effectus Sacramenti sine Sacramento, dedit iubileum latroni in cruce, & ante eum peccatrici; ergo & eadem vsus, eos, qui erant in purgatorio, liberauit. Quinto, dicitur in plurali descendisse ad inferos, siue ad inferiores partes terræ: ergo non tantum in sinu Abraham; sed & in Purgatorij descendit. Sexto, Reges in primo ingressu suo in ciuitatē regni, vel in die magna lætitiæ, & triumphi, solent reis interdum capitalibus parcere, ut Pharao pincernæ suæ, & vel populus Hebræorum effertur solitus erat per diem festum Paschæ vinctum vnū soluere, quæ voluissent, & Principes seculares in diebus Paschatis dimittunt reos non condemnatos in causa capitali; & Episcopi, siue pastores Ecclesiastici pœnitentiarum debita iniunctarū relaxant, vt actione quartæ Synodi innuitur: Quid ergo de patre misericordiarum, ac Deo totius consolationis Iesu Christo cogitandum, cum potentiam suam parcendo maximè, & miserando reddat manifestam? Septimò, Sacramentum Eucharistiæ vim habet, atque efficaciam animas à purgatorio eripendi igne: vnde precamur, vt hoc Sacramentum sit viuorum, atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum; ergo multò magis illud ipsum præstabit rei ipsius præsentia, quam ipsa Christi oblatio. Nam propter hæc dicitur in Apocalypsi, habere clauis mortis & inferni: dicitur etiam clauis putei abyssi: ergo hæc tantà decantata Christi potestas in abyssū, vel in infernum, aliquem insignem effectum debuit operari. Quod si suffragantibus nobis, & subsidia illis pia impendentibus, euacuari purgatorium quandoq; contingit; quidni ergo ipso Christo redemptore abundè suffragante, & iustum pretium soluente. Ad argumenta igitur Thomæ, ac

Durandi dicendum est, hanc gratiam illis collatam per iubileum, siue indulgentiam plenariam, per tres illos dies facto purgatorio paradiso. Et de his hætenus. Ex quibus elicimus, omnes patres, qui in sinu Abraham continebantur, atque vniuersas animas in purgatorio igne detentas elemeter à Christo liberatas fuisse. Tertia ratio cur descendit Christus in infernum, est, vt perfectè Christi de diabolo triumpharet; non solum eum in certamine debellando, sed inuadendo eum in domo propria, & præclara animarum spolia subtrahendo. Quarta ratio: vt qui in terra possessione acceperat eius, potestatem quoque inferni in illum descendendo caperet, sicut ascendendo assumpsit & cœlo; vt ita in nomine Iesu flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium, & inferiorum. Adhæc instrumur de firma spē concipienda in Deum, quod si in afflictione & tribulatione sumus, tandem sua nos misericordia eripiet. Nam si Orpheus, vt fabulantur Poëtæ, tantam præditus fuit charitate, vt descenderet in infernum ad extrahendam inde dilectam Eurydicens uxorem suam; sua quoque lyra suauissima eduxit quidem vsq; ad ostium inferorum, ac nihil postea præstitisse: Christus tamen fenera inferos penetrauit, neque vnâ tantum animam, sed innumerabiles sponas suas renitente extraxit inferno. Et quanquã nobis facilis sit descensus Auerni; sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, nobis est operosum, ac difficile: Christo tamen Dei filio æquè facile est ab inferno egredi, atque ingredi in illum. Est tamen vnde etiam concipiamus timorem, & arrogantiam omnem à nobis depellamus. Nam et si Christus descenderit ad inferos, non tamen omnes eripuit, sed eos tantum qui erant sine peccato mortifero; ideo nullus illic macula cõtaminatus descendens ad inferos illâ speret veniam, Daniel è quidem de lacu leonū liberauit, & ad illū misit prandium per manū Habacuc, quia suffragia illis, qui in impietate decedunt, nõ valget, sed illis tantum, qui cū pietate, ac iustitia dormitionem acceperunt. Præterea erudimur de solitudine, ac dilectione mortuis impendenda. Si

Thomæ, ac Durandi alter sententiã, argumenta colluntur.

Tertia ratio Christi in infernum descensus.

Quarta ratio

Philip. 2. Christus ad inferos descens dens nobis documenta quæ præbeat

Poetarum de Orphæo figmentum. Virg. lib. 6. Aeneid. sub initium.

Daniel, 14.

Quib⁹ tantū profuit de-
functorū suf-
fructa.

Secundū
documentum.

Iob 19.

2. Mach. 12

Tertium do-
cumentum:

Matth. 13.

Agg. 2.

Genes. 49.
Ioan. 8.

Supra 1.
Exod. 15.

Aug. serm.
2. de descē-
sion. Christi
ad inferos,
sive 137. de
tempor. sub
init. rom. 10

enim pro salute nostra eō descendit
Christus, debemus & nos frequenter
cogitatione illuc descendere, ut nostros
liberemus, qui in illo tetro carcere de-
tinentur, nec possunt seipos iuare,
quiue voces illas querulas ad nos
emittunt: *Miseremini mei, miseremini
mei, saltem vos amici mei, quia manus
Domini tetigit me.* Sancta ergo & salu-
bris est cogitatio pro defunctis exo-
rare, ut à peccatis soluantur. Descen-
damus ergo in infernum viuentes, re-
cogitando nouissima nostra, ne mo-
rientes eō descendamus. Postremò eru-
dimur de gaudio ineffabili animarum
sanctarum, quæ per tot annorū millia
hoc anxio desiderio tenebantur viden-
di Messiam: *Multi, inquit, Propheta,
& iusti cupierunt videre quæ videtis, &
non viderunt.* Ipse præterea dicitur De-
sideratus eunctis Gentibus, & Desi-
derium collium æternorum. Hunc diē
Abraham desideravit videre, vidit tan-
dem, & gauisus est. Tunc Ioannes alta
voce dixit: *Ecce agnus Dei, ecce qui tol-
lit peccata mundi.* Tunc vniuersi Patres
concordi voce præcinerunt Domino:
*Cantemus Domino, gloriose enim magni-
ficatus est: equum & ascensorem deiecit
in mare. Fortitudo mea, & laus mea Do-
minus, & factus est mihi in salutem: iste
Deus meus, & glorificabo eum; Deus pa-
tris mei, & exaltabo eum, & reliqua.*
Huius quidem Cantici Israëlitarū cantū
planum, ac figurantem decantarunt;
tunc verò sancti Patres supremum, ac
figuratū cecinerunt, quia illi in figura
liberati, isti in veritate. Vnde pulchrè
Augustinus sermone de descensu Chri-
sti ad inferos scribit: *Cūque tenebra-
rum terminum quasi quidam deprecator
splendidus ac terribilis attigisset, spi-*

*cientes eum impia, ac tartarica legiones,
territa ac tremantes inquirere ceperūt,
dicentes; Quisnam est iste terribilis, &
niueo splendore coruscus? nunquā noster
talem excepit tartarus, nunquam in no-
stram cavernam talem euomuit mundus.
Inuasor iste, non debitor: exactor est, non
peccator. Iudicem videmus, non supplicē:
venit iubere, non succumbere: eripere,
non manere. Vbi iam ianitores nostri dor-
mierunt, cū iste bellator claustravexa-
bat? Hic si reus esset, tam potens non
esset. Si eum aliqua peccata fuscarent,
nunquā nostra tartara suo dissiparet
fulgore. Et infra: Post istas crudelium
ministrorum infernalium voces, sine ali-
qua mora ad imperium Domini, & Sal-
uatoris nostri omnes ferrei contracti sunt
vectes: & ecce subito innumerabiles san-
ctorum populi, qui tenebantur in morte
captiui, Saluatoris sui genibus aduoluti,
lacrymabili eum voce cum obsecratione
deposcunt, dicentes: Aduenisti redemptor
mundi, aduenisti quem desiderantes quo-
tidie sperabamus. Aduenisti, quem nobis
futurum lux nuntiauerat, & Propheta.
Aduenisti donans in carne viuus indulgen-
tiam peccatoribus mundi, solue defunctos
inferni. Venisti post longas lacrymas,
eripe solus qui passus es pro nobis. Cæli
conditor, ad inferos intrare dignatus es.
Te enim nostra vocabāt suspiria, te larga
requirebant lamenta. Vnde spes despera-
tis, vnde consolatio in tormentis? In
aduentu tuo catena nostra cecidit, nox
effugit. Vita veniente mors moritur, nec
tortor instat, nec percussor. Hæc ille de
Christo Domino victore, ac triumphato-
re, cui cum Patre, & Spiritu sancto
perpetuus reddatur honos, gloria,
& imperium in sempiternis
seculis. Amen.*



TRACTAT. LI. AC POSTREMVS.

De rationibus, propter quas dies Sabbati-
dicatus est B. Virgini, ac de eiusdem san-
ctissimæ Deiparæ lamentatione, & solitu-
dine eius, quā in morte Filij perpeffa est.

Deiparæ Vir-
ginis merita,
& prærogati-
ue singulares

QUAMADMODVM certi-
quidam, ac statim dies, in qui-
bus aut Apostoli, aut Marty-
res pro Christo ad mortem
vsq; decertarunt, celebres, ac gloriosi
existunt, ac merito quædam cōme-
morantur: ita profectò præclare statu-
tum, ut sanctissima Deipara diem ali-
quem certum sibi vendicaret, in quo
cum laudē, & gloria eius memoria re-
coletetur, & tantò iustius, quanto ip-
sa inter sanctos est sanctissima, inter
Martyres plus quàm Martyr, inter A-
postolos Apostolorum colūna, & ma-
gistra, inter virgines prima, & sum-
ma, & verè Virgo virginum. Vt ergo
Dominus Iesus diē Veneris, in hebdo-
mada sancta ad memoriā suæ Crucis,
ac mortis repræsentandam selegit, ita
etiam diem Sabbati voluit propriam
esse, ac dicatam Matris suæ martyrio.
Quod mihi quidem triplici de causa
factum esse videtur. Nā in primis diua
Virgo ingētia, & grauissima in Chri-
sti cruce pertulit supplicia: nam om-
nia vulnera, quæ corpus Christi vexa-
bant, vulnerabant eius animam, ac etū
illam potabat, impropria illam affli-
gebant, nuditas Filij ipsam confunde-
bat; adeò, ut essent tanquam duo spe-
cula inuicem opposita, in quorū quo-
libet splendebat alterum, velut aqua
maris cuntes, & redeuntes in mare: ita
dolores à Filio in Matrem redunda-
bant, & contrā à Matre in Filium. Et
cū die Veneris communes essent do-
lores, Christo tamen per mortem ex-
tincto, & animo impassibili facto, &
corpore sensus experte reddito, totius

Prima ratio
pposita quæ-
rionis.

passionis, ac mortis Christi dolor in-
solam eius genitricem charissimam e-
manauit. Secundo, tribuitur illi Sab-
bati dies, quòd in ea sola fides expli-
cita resurrectionis Christi solida, atq;
integra permansit: nam etsi aliqua fi-
dei scintilla in aliquo Apostolorū re-
mansit, aut in Ioseph, aut Nicodemo,
propter quam digni sunt, qui minimè
infideles dicantur: illa tamen tenera,
ac infirma fuit, & minimè cū illa diuæ
Virginis comparanda. In cuius rei fi-
dem neque cum reliquis sanctis mulie-
ribus legitur inuississe sepulchrū, quæ
à Filio suo paulò post se certò fore in-
uissendam nullo modo dubitabat: ne-
que cū illis parauit aromata, ut vn-
geret eum, quæ sciebat Filium suum
oleo diuinitatis delibutum, in corrup-
tionem descendere minimè potuisse:
denique neque ei apparuisse Filium
vlla Scriptura prodidit Euāgelij: quòd
illæ omnes apparitiones quæ leguntur,
incredulis fierēt ad fidem resurrectio-
nis faciendā. Tertio, merito hic dies
illi adscribitur, propter mysteriū: quia
ut olim Deus sex diebus mundū con-
didit, & septimo ab omni opere quie-
uit, quod patrarat; ac propterea bene-
dixit, ac sanctificauit illum; ita Domi-
nus Iesus peracto opere instauratio-
nis mundi à Dominica die cœpto, in
quo se Regem proclamari à toto po-
pulo voluit, & die sexta perfecit, cū
dixit: *Consummatum est*, ac die septima
in monumento conditus quieuit: ex-
cellentius tamen requiem quærens in
B. Virgine inuenit, in qua Iesus Deus
verus & homo tanquam in sepulchro

Secunda ra-
tio.

Marc. 16.

Tertia ratio.

Gen. 1. & se-
quent.

Matth. 21.

nouo quieuit. Quid enim magis nouum, quam Mater, & Virgo? aut quid magis nouum, quam id, quod mundū est non solum ab omni actuali, verum etiam originali peccato? Est ergo diua Virgo sepulcrum nouum: est excisum de petra fortissima Christo: nam & ipsa quoque propter constantiam, & firmitatem petra dicitur apud Prophetam: *Emitte agnum Domine dominatorē terra, de petra deserti ad montem filia Sion.* In hoc sepulcro nullus ante positus fuerat, nec post Christum positus est: quia Virgo permansit ante partū, in partu, & post partum. Erat sepulcrum Ioseph; quod ipsa in potestatem sanctissimi Ioseph, tāquam viri & spōsi sui, tradita esset. Denique ubi iuxta spiritum aderat pura mundæ conscientiae sindon, & odoramenta illa, siue aromata virtutum, quæ Deum è cœlo in terram traxerunt, de qua in Canticis ipsa dicit: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Et hæc de primo.

Duplex B. Virginis canonicum longè diuersum ab ea decantatum, gaudij, & mœroris.

Luc. 1.

Infra 2.

Quod verò vberius meditari valeamus Matris Deiparæ ad Iesum Cruci, & morti traditum commiserationem, perspicere B. Virginem duplex Canticū cecinisse in vita sua, alterum profundissimæ lamentationis, alterum altissimæ exultationis. Hoc cecinit, dum apud ædes Zachariæ vidit se matrem Messiæ, verique Dei delectam: alterū, dum stans iuxta crucem, & cum cadaver Domini Iesu iam mortui in sinu suo contrectaret, de quo olim Simeō, quasi de gladio animā eius pertrāseunte, & Patres Gregorius Nazianzenus, B. Ephrem, Augustinus, Bernardus, & Anselmus philosophati sunt.

Verū obstrepit nobis hoc loco Bullingerus, homo hereticus, & impius Ioan. 19. scribens: *Deus bone, quātā nugarum plaustra inuixerunt spermologi veriūs quām fermologi Papistici, quantas excitarunt de compassione beata, & intermerata Virginis Mariae tragedias. Adeo autem inoleuit apud plerōque compassionis illius existimatio, vt historiam passionis non plenē videatur exposuisse, tametsi fide optima omnia, quæ de Christo Domino nostro scripserunt Euāgelistæ, enarrauerit, quisquis istorum quoque non adie-*

cerit de compassione Virginis figmenta. Rursus addit: *Quorsum pertinet prodigiosa quædam de Mariae ploratu, & lamentatione apud plebem depradicare, & ad commiserationē propensa pectora ad largissimas prouocare lacrymas? Nam hæc quorundam monachorum hæc in re vnicus finis est.* Hæc ille nebulo, sine sensu, & ratione loquens, tragicas voces in odium Catholicorum spargendo, & id in quo vnus, aut alter errare solet, toti Ecclesiæ tribuendo, & quæ veteres Doctores sensere, meras nugas vocando. Cum tamen naturalis sit hic commiserationis affectus, & in Scripturis inuentus, & à Patribus comprobatus. Quis enim ignorare valeat, à natura homini inditum commiserationis affectū, quo testari valeat sibi supplicia: & aduersa, & mortem innocentis, vel dilecti, & sanguine coniuncti sibi displicere, atque illo maximè subleuari eum qui patitur, si viuat adhuc, & ob eum vsum lacrymas homini dadas, de quibus egregiè quidam Poeta dixit:

*Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Cum lacrymas dedit hæc nostri pars intima sensus.*

Ita olim fleuit David, & lugubre canticum condidit in morte Saul, & Ionathæ, & in Euangelio Christus Dominus lacrymas dedit in morte Lazari, & planctu sororum eum deplorantiū, & dum videns ciuitatem, fleuit super illam, exui vult prorsus hominis naturam, & indui ferinam, aut belluinam, qui vetat matrem in filij dilectissimi funere flere. Ratio enim corrigit naturā, & gratia Dei non tollit, sed perficit. Potest enim hic affectus compassionis & à ratione moderationem accipere, & pietate ornari.

Perpende obsecro verba Bernardi, magni, ac prudentis viri, qui in morte fratris sui Gerardi magnum concepit dolorem, dicens: *Plango primum super mea ipsius plaga, atque huius iactura domus.* Plango deinde super pauperum necessitatibus, quorum Gerardus pater erat. Plango certè, & super vniuerso statu nostri Ordinis, nostre professionis, qui de tuo Gerardo zelo, consilio, & exemplo

Lacrymæ homini cur datae.

Iuuenalis.

2. Reg. 1.

Ioan. 11.

Luc. 19.
Effectus gratiæ diuinæ.

Quidius.
B. Bernard.
serm. 26. supra per Canticā, prope finē.

robur non mediocre capiebat. Plango postremo, etsi nō super te, propter te tamē. Hinc prorsus, hinc afficior grauitus, quia vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit, dicens, non debere sic affici, cum benignus Samuel super reprobo Rege, & pius David super parricida filio satisfacerrint affectioni, & nou ad iniuriam fidei, nō in superbi suggillationem iudicij: Absalō fili mi (ait sanctus David) fili mi Absalon: & ecce plus quam Absalon hic. Saluator quoque videns ciuitatem Ierusalē, & prouidens ruituram, fleuit super eam. Et ego propriam, & qua in presenti est desolationem non sentiam? *Plagam meā recentem & grauem non doleam? Ille fleuit compatiendo, & ego patiando non audeam? Et certè ad tumulū Lazari, nec flentes arguit, nec à fletu prohibuit, insuper & fleuit cum flentibus.* Et lacrymatū est (inquit) Iesus. *Egerunt lacryma illa testes profectō natura, non iudices diffidentie.* Denique & prodijt mox ad vancem eius qui erat mortuus, ne continuo putes fidei prouidicium dolentis affectū. Sic nec fletus vtriq; noster infidelitatis est signum, sed conditionis indicium. Hæc ille pientissimus Pater, probans Scripturæ exemplis fletum, & dolentis affectum, & excusans apud suos. Quæ si transferantur ad Mariam, valde confirmant eius acerbos dolores, & planctum lamentabilem propter Filiū Dei sponte susceptum.

Psalm. 68.
Luc. 23.
Christi hilitas Ierusalēm suapte cur flere prohibuerit.

Zachar. 12.

Jerem. 6.

Thron. 1.

Certè Scriptura de Christo testatur: *Et sustinui qui simul corristaretur, & nō fuit, & qui consolaretur, & non inueni.* Et flentes post se baiulantem crucem filias Ierusalēm repressit, nō nisi quia putabant vt hominem morti adiudicatum, & nolentem, & inuitum perire. Adde quod alio loco habet Dei verbum: *Plangent eum planctu quasi super vniuentum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti.* Lucum vniuenti fac tibi planctum amarū: significans amarum, & vehementem compassionis affectionem. Et Ecclesia illud præcipue Christo tribuit: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus.* Et idem potest optime teneræ, ac sanctissimæ Virgini quadrare, quæ suo modo excellentiū dolores Christi commise-

rata, & fletu, & lacrymis est contestata, ablatis tamen omnibus defectibus, quos passio vehemens solet adiungere, vt clamore furioso, laniatione faciei, & capitis, & exanimatione interna, lamentis indignis, & omni ratione vacuis de medio sublati: hæc enim mulierculæ faciunt fractæ doloribus, quæ eiulant, & pectus pugnis pulfant, capillos lacerant, & se ipsas ter miseris clamitant. Quia constantissima fide stetit iuxta crucem, quæ cum vultneribus, & tormentis Christi Filij sui torqueretur, & fides eius tentaretur, non tamen expugnabatur.

Iam verò, si Doctores sacros consulas, vide quid dicat Gregorius Nazianzen. in Tragedia de Christo patiete. *Eamus ergo, eamus, hinc absit pavor: Hic vita nobis esse qua suavis potest? Quin efferamus hinc pedē, & videā mei Tormenta nati, heri mei miserrima. Chæræ, & sodales, cerno nihil hic filij, Vsq; adeo forma rara mutata & color. Dilecta, o inquam filij vt vultum mei Squallore vidi plurimo, & sane oblitum, Mors sola votum est, vita, mors tantum mihi:*

Agite iam, agite vos, non fero vitam amplius.

S. Ephrem, B. Basilij discipulus lamēntationem integram habet Marię, quæ incipit: *Stans apud crucē purissima Virgo, Saluatoremq; in ligno suspensum suspiiciens, plagas reputans, intuens & clauos, querelas, colaphos, ac flagellationem, cū grauibus suspirijs, cum fletu ingenti, cum lamentis dolorosissimis, exclamauit dicens: Mi fili dulcissime, dilectissime filij, quomodo crucem sustines, &c.* Rupertus Tuitiensis in cap. Ioan. 19. *Si Apostolus tuos in hora illa suspensionis Ihs mulierē parturienti recte comparauit, quāto magis mulierem hanc stantem iuxta crucē suā, mulieri parturienti, talem matrem, talis filius similem duxit? Quid autem dico similem, cum verè sit mulier, & vera mater, & veros habeat in illa hora partus sui dolores? Idē lib. 6. de diuinis offic. cap. 3. admonet, vt quoties illa solēnis memoria Crucifixi celebratur, iustitia regnet in nobis ad pœnitētiām, vt exemplo Marię ferrum Dominicæ passionis nostram pertransat animā*

Ioan. 19.

Gregor. Nazianzen. aliquāto remoti principio.

B. Ephrem.

Rupert. Tuitien. lib. 13. in Ioan.

Idem.

vt clauū

B. Bernard.

vt clauī mānuum, ac pedum eius carnem nostram configant, & vt crux eius nostram suspendat concupiscētiā. Bernardus feria quarta Hebdomadæ Penultimæ, sermonis initio: *Vniuersi Christiani sacra hac septimana, aut praesolito, aut prater solitum pietatem colunt, modestiam exhibent, humilitate sectantur, induunt grauitatem, vt Christo patienti quodammodo compati videantur.* Sophronius, vel Hieronymus in serm. de Assumptione B. Mariæ circa finem: *Alij sancti etsi passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima (qua immortalis est) pati non potuerunt. Beata vero Deigenitrix quia in ea parte passa est, qua impassibilis habetur, ideo (vt ita fatear) quia spiritualiter & caro eius passa est gladio passionis Christi, plusquam Martyr fuit.* Et Anselmus libro de excellentia B. Virginis Mariæ: *Quicquid crudelitatis inflictum est corporibus Martyrum, leue fuit, aut potius nihil comparatione tua passionis (alloquitur Mariam) qua nimirum sua immensitate transfixit cuncta penetralia tua, tuique benignissimi cordis intima. Et vti que pia Domina non crediderim te potuisse vllō pacto stimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, sustinere, nisi ipse Spiritus vitæ, spiritus consolationis, spiritus scilicet dulcissimi tui filij, pro quo moriente conquirebaris, tantopere torquebaris, te confortaret, te consolaretur, te intus doceret non esse mortem eum assumptam, sed magis triumphū omnia ei subiicientem.* Habemus ergo, sanctam & veram commiserationē Mariam Deiparam habuisse in cruce ad Christum, & perpetua memoria illam nobis recolendam esse. Et quia tam Filius, quam Mater vehementer nostram vicē indoluerunt, & pro nobis ab æterna morte liberandis nos commiserati sunt, ne surda aures hęc mysteria tanquam insensati audire videamur, posse nos, ac debere idē sentire in nobis quod & in Christo Iesu, & B. Virgine, atq; ex intimis sensuum nostrorum medullis, illis tanta, & tam horrenda tormenta pro nobis sustinētib; compassionis affectu tangi, & condolere, si tanti capitis sumus membra, & si tam pia matris filij sumus.

B. Hier. to. 4. ante mediam in Ioā. Mariā Virginem plusquam Martyrē cur vocet B. Hieronymus.

Luc. 2. D. Anselm. cap. 5. a medio, tom. 2. prope finē.

Philipp. 2.

Vt autem magnitudinem dolorum quibus B. Virgo percussa fuit, melius inspicere valeamus, præmittendū est, sacros tradere Theologos, triplicem Christo Dño gratiā inuisisse. Primam, vocant gratiā vnionis hypostaticę: secundam, gratiam capitis: tertiam, singularis personę gratiam: ex quibus illi multas præclaras veritates excerpte solent. Eodem quoque modo in B. Virgine triplex genus gratiæ considerat. Primum, Maternæ vnionis gratiam: secundo, colli gratiam: tertio, singularis gratiam personæ. Et ex harū quilibet cognoscendus venit dolor B. Virginis, qui totus ex virtute, & gratia profectus est. Nam etsi naturaliter doluit vt mater; tamen vt mater efficere, non nisi sponte sua, & ex gratia accepit.

Vt igitur ab infima gratiā, quam vt persona singularis habuit, initium dicendi sumamus, illa sanē in cognitione Dei, atque amore consistebat. De cognitione quidem testatur Bernard. in sermone super verba Apocalypsis: *Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, dicens: In Sole nimirum & feruor, & splendor stabilis; in Luna solus splendor, atque hic omnino mutabilis, & incertus, qui nunquam in eodem statu permaneat. Iure ergo Maria Sole perhibetur amicta, qua profundissimam diuina sapientia ultra quam credi valeat, penetravit abyssum: vt quantum sine personali vnione creatura conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa.* De amore quoque eiusdem Virginis idē serm. super Cantica in illud: *Sagitta tua infixæ sunt mihi, testatur: Est etiam sagitta electæ amor Christi, qua Maria animam nō modo confixit, sed etiam penetrāuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena.* Aut certè pertransiuit eam, vt veniret vsque ad nos, & de plenitudine illa omnes acciperemus. Hęc ille.

Ex quibus elicimus, Mariæ Virginis dolores ex his duobus fontibus recogitandos esse, nimirum ex perfecta cognitione, qua ipsa prædita erat de dignitate sui Filij patientis; de Iudæorum passionem inferentium peruersitate,

Marie Virginitis quem cepit ex morte Filij sui magnitudo doloris triplici ex capite colligi potest.

B. Bernard. Apoc. 12.

Idem serm. 29. in Cant. sub finem. Psalm. 27. Deut. 6. &

Matth. 22.

Luc. 1.

de vilissimo, & contempto Caluariaz loco; de temporis, dieique solennitate, de generali Christi afflictione in omnibus membris, ac sensibus dilatantis, de indecoro, ac truculento latronum comitatu: vnde Christus horrens cum sceleratis deputari, dixit: *Ne perdas cum impijs Deus animam meam, & cum uiris sanguinū vitam meam.* Denique; impē idcernebat fructus raritatem, & tenuitatem, quā ingratus mundus suo vitio erat exhibiturus. Quod si horum singula quæque dolorem exculperent valebant, quantō magis simul collecta, atque in Virginis corde coniuncta. Secūda radix doloris est amor: qui quō est vehementior, eō dolorem efficit intensiorem. Cū enim amoris ingenium sit, amantem transformare in amatum; magnitudo amoris existens in Virgine, in causa erat, vt omnia vulnera, spinæ, & clauī, atq; ictus carnis Christi rumpentes totidē essent sagittæ per oculos Virginis in animā suā penetrantes: vt propterea Hieronymus dicat eam plusquam Martyrē fuisse, & Bernardus martirium Virginis inter duodecim diadematis eius stellas enumerat. Et sicut charitas, qua maiorem nemo habuit, fecit vt Christus moreretur pro nobis; ita charitas, cui post illā similis in altero non fuit, in causa fuit, vt Maria corde Christo commoreretur. Et vt omittam interim disputationem illam; an verū, & reale fuerit martirium, nec ne; an verō metaphoricum, vt sanctus Thomas asserit: illud certē negari nō potest, verum ac maiorem dolorem, atque tristitiā in anima Virginis fuisse ex charitatis radice genitā, quā in animo cuiusuis alterius Martyris. Vt enim ex amore naturali animæ ad corpus mens dolorem percipit in læsione, siue in diuisione corporis, quam vt incommodam, & inconuenientem apprehendit: ita potest quis tanto amoris affectu alterū diligere, vt sui oblitus plus sentiat diuisionē carnis alterius, quam suā. Nam ita in Christo maior erat cōmiserationis affectus ex amore ad nos, quam in se ipsum vehementissimis doloribus afflētum. Quare plus passa est B. Virgo, quam si res ipsa vulnera exce-

Isai. 53.

Psal. 25.

Amoris ingenium; & natura.

Hier. serm. de Assump. B. Virg. Maria ad Paulam, & Eustoch. sub finem, to. 4. Bernard. ser. de verbis Apoc. Signum magnum apparuit, &c. sub finem. B. Thomas.

piisset, ac dolor plus penetrabat ipsius animum, quam tormenta illata B. Laurentio eius animam ex cruciabant. Nā ibi vnio corporis ad animā naturalis erat; hic autem vnio Virginis ad Iesum supra naturam. Hic autem dolor interior proflebat in corpus: quia Spiritus tristis, vt ait Sapiens, exiecit ossa. Et sic debetur ei excellentior aure cordis (id est, singulare prēmium, quo afflicti tormenta sustinent) quam alijs Martyribus. Addit etiam Albertus Magnus in libro, quē super Misus est Angelus Gabriel, edidit, non permisisse Christum, vt cū dolore vitā finiret in morte sua, quia nouerat, quōd sicut iuxta crucem serō dolores soluerat, quibus in partu antē caruerat; ita citō præuentione quadā ibi excoit dolores, quos naturali ratione suo in transitu persolutura erat. Et tristitiā quidē habuit idoneam, quæ mortem efficeret, nisi Deus miraculo illā sustētasset. Minor siquidem dolor erat vxoris Phinees, quæ audiens arcam Domini captā, & virum suum extinctum, repentinis doloribus circumuenta peperit, atque expirauit, quā extiterit ille diuæ Marię, quæ cernebat veram Dei arcā inter spinas & clauos detineri. Cōmuni sensu traditur, miraculū fuisse, quōd Christus non citiūs moreretur; attēta magnitudine doloris, atque tristitiæ: quāuis Pilatus improuidē rem considerās, miraretur quōd tam citō obiisset, cū potius esset mirandum quōd uiueret. Docent Physici neminem in hac vita tristitiā posse extinguere, nisi illa sensui communicetur. Sed diuinitas in Christo permittebat sensum pati vtique ad instantem mortem, ac rursus virtutem nouam ei comunicabat vt magis pateretur: qua ratione non semel, sed pluries dolorē mortis sentire potuit; ideo derelicta humanitas exclamare potuit: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Ad hunc modum afflicta est Beata Virgo ad mortem, sed seruata tamen, ne moreretur. Habebat præterea peculiare rationes magis percipiendi crucis dolores: nam charitas, quæ in Martyribus erat temperamentum doloris, hæc in-

Prouer. 37.

Aureola quid fit.

Alber. Magnus.

Ioan. 19.

1. Reg. 4.

Marc. 15.

Psal. 21.

Matth. 27.

Charitas in Martyribus erat temperamentum doloris; in Virgine tamen non ita.

martyrio Marię non imminuebat, sed illos potiùs augebat. Vt enim leue est pati pœnã pro eo, qui summè est dilectus, ita valde est acerbũ, videre patẽtẽ cum, quẽ maximè diligas. Ad hæc B. Deipara eũ esset maximè redempta, hoc est, ex morte eius præuisa ab omni labe seruata; æquum fuit, vt vehementius quàm cæteri in amore Crucifixi torqueretur. Hinc ipsa tanquam columba formosa in Canticis inuitatur ad foramina petrę; & ad cauernam maceriat: quia quæ vincit cæteros dilectione, & simplicitate, atq; pulchritudine, debet quoque perfectius in Christi crucem transformari. Præterea quæ aliis cæteris cum Christo conregnare debuit, & profundius vno sensu doloris cum Christo affici. Hinc ad filios Zebedæi dexteram & sinistram in regno eius petentes, respondit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ita B. Virgo, quæ exaltanda erat, vt tanquam Regina astaret à dextris Dei in vestitu deaurato, debuit præ cæteris calicem Domini bibere. Secũdo loco meditando est gratia colli, qua insigniter dotata fuit B. Virgo: vt enim Christus caput est Ecclesię, ita B. Virgo collum est corporis eius, ex quo dona in totum corpus deriuantur, & per quod omnes nostrę preces ac vota ad Christum sunt fundenda, quò facilius exaudiantur. Et vt Christus est omnium redemptor, ita Maria omnium genitrix, mediatrix, ac reconciliatrix, atque aduocata omnium peccatorum dici potest: atque hoc didicit à Filio suo, & aduocato nostro iusto, ac supremo. Et eũ esset mundi aduocata, tãtum dolorem visceribus eius infudit Spiritus sanctus, quantum fat erat omnium electorum genitrici ad excusandum ingratum genus humanum, quod ipsum mundi auctorem de sua fabrica expellebat; eũ tamen ipse ad eos de faucibus mortis eruendos ex sinu Patris descenderit. Maria igitur lætu suo, ac lacrymis tũc promeruit, vt nos modò adiuuaret, pro nobis necessaria dona impetrando: inter dum etiã Angelis, ac sanctis, quos destinare voluit, nostri curam committendo, eũ sit: suprema in hierarchia

coelesti post Filium purgans, illuminans, & perficiens: quandoque etiam per se ipsam cooperans, præsentiamq; suam aliquando, tam in vita, quàm in morte miraculo exhibens. Ideo tanto debuit lætus, & sensus Christi mortis excedere, quanto in opitulando, & adiuuando mundo cæteris antecelluit. Tertio considerandus dolor, qui ex gratia maternę vnionis efficitur. Erat enim in Maria naturalis affectus (præter illum dictum charitatis) quem ad Christum verum filium suum illa gerebat, atque exinde dolor eius intendebatur. Cuius amoris naturalis circumstantię sunt plures. Primò, quia mulier erat, quæ naturã ad sentiendũ dolores mollior est. Secũdo, quia virgo, quæ adhuc est tenerior. Tertio, quia mater, cuius est summè filios diligere. Quarto, quia mater vnigeniti, qui sicut alios amores superat, ita eius amissio maiorem parit dolorem. Et vtriusque meminit Scriptura. Amoris quidem, quando ait: *Sicut mater amat vnicum filium suum, ita ego te diligebã:* de dolore verò ait Ieremias, *Luctũ vnigeniti fac tibi planctum amarum.* Quintò, quia sola Virgo eum genuit. Omnis enim alius filius communis est patri, & matri; at Christus solius est Virginis proles, iuxta illud: *Fœmina circumdabit virum.* Solet enim homo illud, quod sibi est proprium, & non alienum, circumdare: at B. Virgo sola de sua substantia genuit; ob id rectè dicitur circumdare. Adde quòd circularis figura est illa, quæ vnica linea clauditur; ita Christus ex linea Marię singulari, reliqui omnes ex duobus matris, ac patris lineis fiunt. Ad hæc vt illud quod circumdat, ex nulla parte est apertum: ita diua Maria in partu; & ante partum, & post partum virgo extitit. Est ergo Christus solius Virginis filius, quæ ad eum vtriusque parentis gerebat amorem: & dolor, qui solet esse de amissione filij communis vtrique parenti, in B. Virgine fuit coniunctus. Quòd si fuere aliquando parentes, qui de percepta filiorũ morte adeò cõtristati sunt, vt animã exhauerint, quid dicendum est de Virgine in horrendo interitu tã sancti filij?

Tertia radix

Plures circumstantię amoris Christi naturalis in Virgine.

2. Reg. 11.

Ierem. 6.

Infra. 32.

Fœmina virum circumdare à Ieremia cur dicitur.

Cant. 2.

Matth. 20.

Psal. 44.

Secunda radix magnitudinis dolorũ B. Marię de Filij sui mortē.

Virginis matris apud Christum erga nos obsequia.

Matth. 2.

B. Bernardus, B. Augustus, B. Birgitta lib. 9. cap. 11.

Exemplũ B. Birgittę, de modo doloris Sanctorũ Angelorũ de Christo patētē. Matth. 27.

Erat quidem ille filius sibi cum Patre æterno communis: sed vt Christus in natura, quam à Patre habuit, pati non potuit, ita nec Pater æternus compatiri poterat: quare lætum, quem in se habere nõ valuit, orbi toti communicauit. Cũ igitur diua Virgo cerne-ret super Filium flere cœlum, & terrã, & cogno sceret sibi potiùs esse lugendum, quàm cæteris omnibus creaturis, hinc summum doloris sensum habuit, & Christo commortua est moriẽti. Sicut ergo in cæteris virginib; præstat gratia per partes, in Maria verò totam se infudit plenitudo gratiæ, ita tunc cæteris creaturis dolente Creatore præstabatur dolor per partes, in Mariam verò tota se infudit plenitudo doloris. In hoc igitur communi, & generali lætu quando Dominus in assumpta natura sic dolebat, Angelos ipsos in assumptis corporibus mortẽ Domini luxisse tradunt B. Bernardus, & B. Augustinus ser. de lamentatione Marię Virginis. His adiunge B. Birgittã, quæ lib. 6. Angelorũ, & omnium creaturarũ lætũ his verbis in persona B. Marię diuini describẽs, ait: *Congregati Angeli etiam quasi turbati videbantur, eũ videret Deum in humanitate pati in terra. Sed quomodò turbati possunt Angeli, qui immortales sunt? vtiq; sicut iustus, eũ viderit amicum suum pati aliqua, de quibus conseq̃ueretur maximam gloriam: & gauderet quidẽ de gloria eius adipiscenda, sed tamen propter passionem suam quasi quodammodo contristaretur. Sic Angeli quasi contristabantur de pœna eius, eũ tamen impassibiles sint: sed gaudebant de gloria eius futura, & de vtilitate ex passione eius electis ventura. Omnia quoque elementa turbabantur, & Sol & Luna dimiserunt splendorem suũ, terra tremuit, lapides scindebantur, sepulcra aperiebantur in hora mortis Filij mei. Omnes Gentiles turbabantur vbi-cunque erant, quia in corda eorum venit quasi quadam punctura doloris, licet nesciretur vnde esset. Tribulabatur etiã crucifigentium eum in illa hora, sed non ad gloriam eorum. Adhuc etiam immundi spiritus turbabantur in illa hora, & quasi in vnum congregati turbabantur. Illi autem qui erant in sinu Abraha mul-*

tum turbabantur, in tantum, quòd maluissent in æternum esse in inferno, quàm talem pœnam videre in Domino suo. Ego autem, quæ tunc eidem Filio meo astabant Virgo, & mater eius, qualem dolore tunc patiebar, nullus potest considerare. Hęc illa. Nec mireris quod ait de spiritibus immundis: quia etiam Eusebius Cæsariensis in libris de præparatione Euangelica producit testimoniũ ex Plutarcho in libro de oraculis deficientibus, magnos vlulatus, atque clamores auditos fuisse à quibusdam nauigantibus Romam versus tempore Tiberij; dicentibus, Pan Deũ magnus mortuus est. Nam vbi Christus spiritũ emisit, Satanam caput dæmonum debellauit, atq; alligauit in inferno; unde spiritus immundi fletibus, & clamoribus in corporibus assumptis suã testificabatur ruinam. Verũm redẽamus ad sanctam Virginem, quæ quatenus mater Christi erat; plurimas rationes dolendi habebat in morte Christi. Inter alios filios diligẽti solet, qui vel pulchritudine, vel sapientiã, vel virtute, atque adeò obedientia ergã matrem cæteris antecellat: at Christus speciosus erat forma præ filijs hominum, sapientiã magna, & omnium virtutum choro ornatus, atque adeò amabilis, vt quidam ex reuelatione tradãt, nullũ, quamuis magna tristitia affectum, in eum oculos intendisse, qui non peculiarem consolationem ex præsentia eius acciperet. Vnde & dolentes dicere conseq̃uerant: *Eamus, & filium Marię videamus, vt saltem tantopere releuemur.* Hęc, & similia cum & pietari, & rationi coniuncta maximè esse videantur; pro simplicitate mea libenter auribus excepi, atque credidi. Sicut igitur Iacob noluit consolari, existimans Ioseph filiũ suum pulchritudine, prudentia, atque obsequijs præ cæteris sibi amabilem, à fera deuoratum; quid sentiendum est de sanctissima Virgine, quæ non tantum auditu, sed etiam visu percepit, qua ratione filius eius à fera pessima deuoraretur? quæ videbat eum quasi leprosum, & eũ non erat aspectus, neque decor? Ad hæc matri nonnullũ consueuit esse solatium, quando filiũ in morte potest aut oscu-

Euseb. Cæsari. lib. 5. de præp. Euangel. cap. 9. tom. 1. Plutarcho.

Psal. 44. Christus quidẽ amabilis facit. B. Birgitta lib. 9. cap. 11. in fine.

Gen. 37.

Esa. 53.

Ioan. 19.

B. Birgitta lib. 1. reuelat. cap. 35.

Apta compo ratio.

Ouid. epi stola. 1.

Maria Virgo ex charitate in passionem filij sui consensit, ob redemptionem generis humani.

Gen. 22.

2. Machab. 7. & seq.

B. Virginitas in Christum filium suum amor, & charitas cui longè preferendus videatur matrum in filios charitati.

Joseph. lib. 13. de Antiq. cap. 14.

lari, aut amplecti, aut aliquod mysterium impendere: at sanctissima Dei genitrix dicenti, *Sitio*, non poterat potu porrigere, vulnera non valebat alligare, aut linteo obstergere, nec pendulum caput sustentare, nec flentem, ac morrentem consolari, nec spiritum emittentem deosculari. Quid ergo sentiret, quæ filium suum quasi dimidium cordis sui, & animæ suæ in tali afflictione positum spectabat? Hinc ipsa apud sanctam quædam sceminam per reuelationem patefecit: *Cum nasceretur*, inquit, *ex me* (scilicet filius meus) *sensi ego, quod quasi dimidium cor meum nasceretur, & exiret ex me, & cum ipse pateretur, sensi quod quasi cor meum patiebatur. Sicut enim illud quod dimidium est extra, & dimidium intra, & si illud pugitur, quod est extra, æquè sensit dolorè quod intrus est: sic ego, cum flagellaretur, & pungeretur filius meus, quasi cor meum flagellabatur. Denique naturali voto quæcumque mater præmoritur filio suo optat, rectè ut dixerit Poëta quidam:*

Dij præcor hoc iubeant, ut, euntibus ordine fatis,

Ille meos oculos comprimat, ille suos. Quare ex hoc capite ingens fuit dolor sanctissimæ Virginis. Hoc tamè tanto dolore, atque tristitia passioni, ac morti filij sui voluntate sua non repugnauit, cõsensit in Christi crucè, ac mortè pro nostra redemptione peragèda, imò illius fuit appetitissima: fortiorque animo, atque constantiore offerebat filium suum in cruce immolatum, Deo, quam olim Abraham in sacrificando filio; aut Machabæorum septem Martyrum mater, quæ pereuntes septem filios vnus diei tempore siccis oculis aspexit: imò patria voce adhortata est ad retinendam in tormentis constantiam, sceminæ cogitationi masculinam animam inserens, ut ait Scriptura: Plus etiã quàm B. Felicitas, quæ septem filios ad martyrij tolerantiam, & mortis contemptum excitabat. Legimus apud Iosephum in Antiquitatibus, matrem Hyrcani, quæ Ptolemæus torquebat, atque eam Hyrcano suo ex castro Dago spectadam exhibebat, ut Hyrcanus ab obsidione discederet, manus suas filio

protèdisse, ne propter ipsum diffideret, sed maiori impetu castrum inuaderet, & superato hoste redderet retributionem. Quidni igitur constantissima, atque inuisita Maria proprios sibi cruciatus sufferret, dummodo expugnaretur demon, & homo redimeretur? Quæ igitur Christum, verum suum, ac Dei Filium, ut pareret, minimè doluit, secus tamè fecit in parturiendo Christo mystico, hoc est, Ecclesia, pro qua iuxta spiritum parturienda, acerbissimos dolores sustinuit: si Paulus tanto dolore parturiebat Galatas, ut ipse testatur.

Ut ergo diua Virgo ob triplicem rationem propositam Christum filium suum cõmiserata fuit, ita & nos illi tamquam innocentissimæ Virginis, & redemptorurum, ac redemptoris genitrici condoleamus, eiusque doloribus, ac laboribus pro nobis toleratis grati existamus, & illud memoria repetamus, quod senior Tobias iuniori suadebat: *Honorè habebis marri tue omnibus diebus vita eius. Memor enim esse debes, quæ, & quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Ita nos debemus meminisse eorum dolorum, quos B. Mater pro nobis sustinuit. Nam ut grauior est, ac molestior dolor ex iactura finis, quam eorum, quæ sunt ad finem, quemadmodum acerbius quis doleret de pruina, vel tēpestate auferente fructus, quàm de labore viti, atque boribus impèforita in Christo, atque genitricis maior exit moror, atque tristitia de paucitate seruandorum, atque ingrati animi vitio, quo humanum genus tanto amoris, ac beneficio responsurum erat. Oculos ergo mentis nobis aperiri à Deo serid, & instanter deprecemur, quod tanti benefici per matrem Dei exhibiti nobis recordationem et mente nostra excidere patiatur, ac ut dignis pœnitentiæ, ac iustitiæ fructibus nobis promereamur Dominum nostrum Iesum Christum, singularem mundi victimam, agnum tollentem peccata mundi, atque ad salutem nostram turissimam puppim, ac proram, cui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuas & immortales laudum hostias immolemus in sempiternis seculis, Amen.

Gal. 4.

Tob. 4.

Christum, ac eius matrem quidnam potissimum afflixerit, & ex cruciauerit.

Ioan.

LIBRI DECIMI FINIS.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTURÆ, QUI IN HOC VOLUME CONTINENTVR.

Prior numerus paginam: secundus columnam indicat.

Table with 3 columns: Reference (e.g., Cap. 28, Psal. 41), Scripture Reference (e.g., DEORSVM ad pedes eius tunicæ per circuitum, etc. pag. 124. col. 1), and Latin Text (e.g., Quemadmodum desiderat cervinus ad fontes aquarum, etc. 437. 1.).

EX Ecclesiastico.

Cap. 11. **A**DMITTE ad te alienigenam, & subvertet te, &c. pag. 438. col. 2.

EX Eſaia.

Cap. 14. **S**EDEBO in monte Testamenti, &c. pag. 498. col. 1.

Cap. 21. **E**rit ſepulchrum eius glorioſum. 504. 1.

Cap. 28. **S**icut enim in monte diuifionum ſtabit Dominus, &c. 28. 2.

Ibidem. **V**a corana ſuperbia ebrys Ephraim. pag. 126. col. 1.

Cap. 42. **N**on erit triſtis, neque turbulentus. pag. 135. col. 1. & ſequent.

Cap. 52. **E**cce ſeruus meus exaltabitur, &c. 109.

Cap. 53. **Q**uis credidit auditui noſtro, &c. 108. & ſequent.

EX Ieremia.

Cap. 12. **F**ACTA eſt mihi hereditas mea quaſi ledum ſylua. 308. 2.

Cap. 32. **E**t appendi ei argentum ſeptem ſtateres, &c. 274. 2.

EX Threnis.

Cap. 3. **I**UDICAſTI Domine cauſam anima mea. 55. 1.

Ibidem. **Q**ui hurrabantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. 320. 2.

EX Ezechiele.

Cap. 18. **S**ANGVIS eius in ipſo erit. 345. 2.

Cap. 37. **S**ume tibi lignum, & ſcribe ſuper illud, Iuda, & Iſrael, &c. 383. 2.

Cap. 39. **E**t ab vniuerſis adlis veſtris mundabo vos. 83. 1.

EX Oſea.

Cap. 13. **E**RO mors tua, & mors, morsus tuus ero, inferne. 491. 2.

EX Michaa.

Cap. 2. **A**SCENDET pãdens ante eos iter. pag. 159. col. 2.

EX Habacuc.

Cap. 3. **C**ORNVA in manibus eius, pagina 117. col. 1.

EX Zacharia.

Cap. 11. **E**T acceperunt triginta argenteos, &c. 274. col. 1.

Cap. 12. **E**t afficientur me quem conſpexerunt. pag. 503. col. 1.

Cap. 13. **Q**uid ſunt plaga iſta in medio manuum tuarum, &c. 78. & ſequent.

Ibidem. **I**n die illa erit fons patens domui Dauid, &c. 83.

EX Matthæo.

Cap. 5. **E**GO autem dico vobis, non reſiſtite malo. 195. 1.

Cap. 19. **N**unc iudicium eſt mundi. 55. 2.

Cap. 20. **N**on venit filius hominis miniſtrari, ſed miniſtrare. 285. 2.

Cap. 27. **D**eus meus, Deus meus, vt quid dereliſtiſti me.

EX Marco.

Cap. 14. **C**OEPIſT Iſtrari & maſtus eſſe. pa. 132.

Rel qua huius capituli, explicantur à fol. 173. v. ſc. in finem libri.

EX Luca.

Cap. 22. **A**PPARUIT Angelus de cœlo confortans eum, &c. 160. & ſeq.

Ibidem. **H**æc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. 332. 2.

EX Ioanne.

Cap. 2. **S**OLVITE templum hoc, &c. 175. 2.

Cap. 12. **N**on enim veni vt iudicem mundum. 55. 2.

Ibidem. **S**iquis mihi miniſtrat, me ſequatur. 285. 2.

Ibidem. **E**go ſi exaltatus fueram à terra, omnia traham ad me, &c. 379. 2.

Cap. 14. **S**icut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. 22. 1.

Cap. 18. **H**æc cum dixiſſet, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis, &c. 123. & ſequent.

Cap. 19. **L**ancea latus eius aperuit. 87. 1.

EX Epift. ad Romanos.

Cap. 8. **L**IBERAVI me à lege peccati, & mortis. 150. 2.

Cap. 12. **N**on voſmetipſos defendentes, chariſſimi pag. 195. col. 2.

EX I. ad Corinth.

Cap. 10. **S**ED faciet etiam cum tentatione proſuentum. 150. 2.

Cap. 13. **C**haritas patiens eſt, benigna eſt, &c. 89. & ſequent.

EX Epift. ad Galat.

Cap. 3. **F**ACTVS ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, &c. 59. 1.

Ibidem. **Q**uia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno. 493. 2.

EX Epift. ad Ephes.

Cap. 6. **P**OSSITIS comprehendere cum omnibus ſanctis, qua ſit latitudo, &c. 382. 2.

Cap. 2. **D**ELENſ quod aduerſus nos erat chirographum, &c. 465. 2.

EX Epift. ad Hebræos.

Cap. 2. **R**ECOGITATE eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus, &c. 1.

Et gratia Dei pro omnibus guſtaret mor. Cap. 2.

tem. 45. 2.

Cap. 5. **E**t exauditus eſt pro ſua reuerentia. pag. 481. col. 1.

Cap. 11. **N**ullus ſanctorum accepit reſponſiones. 452. 2.

Cap. 12. **A**cceſſiſtis ad Eccleſiam primitiuorum. 486. 2.


EX Ioannis. 1.

Cap. 5. **T**RES ſunt qui teſtimonium dant in terra, &c. 499. 1.

EX Apocalypſi.

Cap. 1. **D**ILEXIT nos, & lauit nos à peccatis noſtris, &c. 62. & ſequent.

Cap. 13. **A**gnus occiſus ab origine mundi. pagina 6. col. 2.



INDEX RERVM OMNIUM

QVAE IN HOC DECIMO TOMO

CONTINENTVR.

A

AB BATTISAE qua dican-
tur. pag. 440. col. 2.
Abalon tribus lanceis con-
fixus quid mystice. 502. 1.
Absynthium distillatum dulcescit. 254. 2.
Accusationes falsa quomodo depellenda
Christianis. pag. 228. col. 1.
Acetum Domino cur sit porrectum, &
quo. pag. 458. col. 1.
Aceto crucifigendi potabantur. 461. 1.
Acetum cur Dominus sitiens acceperit.
ibid.
quo Aceto Christum nos potemus. 463. 2.
Adam paradisi cur fuerit exclusus.
pag. 224. col. 2.
Adam quo die peccauerit. 338. 1.
Adami multiplex peccatum. 76. 1.
Adolescens qui nudus sequebatur Chri-
stum comprehensum a Iudais, quisnam
fuerit. pag. 206. col. 1.
Adiurare quid sit. pag. 230. col. 2.
Adiuratio Caiphae Christo facta. 230.
& sequent.
Adiurare quibus liceat. 236. 1.
Adiurare creaturas, demones, & Deum,
qua ratione quis possit, aut non possit.
pag. 236. col. 1. 2.
Adiurandi subditos mos apud Iudeos. p.
237. col. 1.
Adoptare filios cui licebat iuxta Romanos.
pag. 435. col. 1.
Adoptio filiorum Dei in quo sita sit. pag.
436. col. 2.
de Aduentu Christi ad iudicandum quo-
modo Scriptura loquatur. 232. 2.
Aduentus sui ad iudicium bis meminit
Christus coram Iudais, & quibus de
causis. pag. 261. col. 1.
Adulatorum ingenium. pag. 294. col. 2.
Adulteram quomodo Christus absoluerit
pag. 300. col. 1. (411. 2.)
Aduocatus noster qualis sit Christus. pag.
Ager sanguinis emptus pretio quo Chri-
stus venditus est, quid significet nobis.
pag. 272. col. 2.

Ager ille ubi situs esset. ibidem.
Ageri figuli quales apud Iudeos. p. 272. 2.
de Agro hoc empto cuiusnam Propheta
testimonium adducat Euangelista Mar-
theus. pag. 273. col. 1.
Ager hic cur emptus sit a Iudais in sepul-
turam peregrinorum. pag. 275. col. 1.
Agricola quomodo fuerit Christus. pag.
84. col. 2.
Ago & oui comparatur Christus. pag.
117. 2. 467. 2.
Agonalia quid apud Romanos. 166. 1.
Agonia quid sit, & unde proficiatur.
ibid.
Agonia dua species, quas Christus non est
passus. pag. 166. col. 1.
Agonia Christi in horto unde ioh. 1. pag.
166. col. 2.
Alapa Iesu Christo cur fuerit impacta a
ministro iudicis. 221. 2. & quisnam
fuerit hic minister, & quis eum imite-
tur. pag. 222. col. 2.
Alapa olim percutiebatur seruus liberta-
te donandus. pag. 222. col. 1.
Alapa huius Christi inflata figura. pag.
223. col. 2.
Ambitionis quid proprium. 88. 1.
Ambitio longe absuit a Christo. ibid.
Amicus in Scripturis saepe accipitur in
malum sensum. pag. 179. col. 2.
Amicorum idem debet esse velle, & idem
nolle. pag. 309. 2.
Amor Dei erga Christum & erga nos in-
ter se comparatur. pag. 33. col. 2.
Amor Christi erga genus humanum. 25. 1.
Amor Christi in nos quid effecerit. pag.
68. col. 1.
Amor Christi in nobis quid respexerit. p.
68. col. 1. (69. col. 1.)
Amoris Christi erga nos argumenta. p.
Amor Codri Regis Atheniensium, & alio-
rum, erga patriam. pag. 70. col. 2.
Amoris quid sit proprium. 89. 1.
Amoris proprii conditiones. 90. 2.
Amor Christi in suos discipulos. 143. 1.

Amor Christi erga iustos. pag. 502. col. 2.
Amores duo in Christo inter se contrarij.
pag. 167. col. 1.
ab Amore proprio fugiendum. p. 184. 1.
Amor cur pingitur a Poetis cacus. 839. 2.
Amoris diuini effectus. pag. 239. col. 2.
Amoris inimicorum exempli. pag. 403. 2.
Amoris inimicorum exemplum nobis pra-
buit Christus. pag. 409. col. 1.
Ancilla ostiaria vsus apud Iudeos. pagina
216. col. 2.
Anima cur dicatur a Christo vnica mea.
pag. 104. col. 1.
Anima nihil nobis charius post Deum.
ibidem.
Animam ponere, in Scripturis quid desig-
net. pag. 121. col. 1.
Animam suam Christus ponendi singula-
riter habuit potestatem. pag. 472. 2.
Animam suam cur dicatur Christus tra-
didisse. pag. 472. col. 2.
Anima iustorum quod decederent ante mor-
tem Christi. pag. 374. col. 1.
de Animarum statu post mortem, Philo-
sophorum error. pag. 476. col. 1.
Anima unde dicta. pag. 467. col. 2.
Anima auro comparatur. ibid.
Anima & spiritus quomodo differant.
pag. 476. 2.
Anima qua detinebantur in limbo, ubi
permanerint ante Christi ascensionem.
pag. 486. 1.
Anima animalium ubi sedem habeat. 497. 2.
Angelus quando apparuerit Christum con-
fortans. 157. 2. & quo sensu intelli-
gatur hac confortatio. p. 160.
Angelus in horto apparuisse Christo, qui-
dam errantes negarunt. 160. 1.
Angelus hic apparens Christo quisnam
fuerit. pag. 161. col. 2.
Angelorum officium. 162.
Angelus Christum confortans, quibus ver-
bis vsus sit. 164. 1.
Angeli orantibus assistunt. pag. 165. 1.
Angeli in stola candida cur dicantur ap-
parere. pag. 265. col. 2.
Angelorum officium qui praesent. 195. 1.
Angeli in Scripturis milites vocantur.
pag. 192. 1.
Angeli cur nec patres nec filij proprie di-
cantur. 63. 1.
ad Annam cur Christus adductus est. 208. 2.
Annas pecuniam Iuda proditori per soluit.
210. 2.

Annas & Caiphas simonia arguuntur. p.
211. col. 1.
ad Annam primum ductum esse Iesum,
docuit Ioannes, & cum Euangelistis
conciliatur. 212. 1. 2.
Apostoli firmamenta Ecclesiae. 101. 2.
Apostolos cur elegerit Deus infirmos, &
imbecillos. pag. 128. col. 2.
Apostoli ut quid electi a Domino. 184. 2.
Aqua & sanguis de latere Christi profluens,
quid portendat. pag. 75. col. 2.
Aqua in Scripturis quid saepe significet.
116. 1.
Aqua Maria quid denotent. pag. 380. 2.
Arcus figuram agit Christus in cruce. p.
382. col. 2.
Arenosis in terris consistit planta quales
sunt. pag. 113. col. 2.
Argentei triginta quid significet. pag.
275. col. 1.
Arma Christianorum aduersus persecuto-
res & hostes. 289. 1.
Arma demonis, contra qua Christus pug-
nauit. pag. 323. 1.
Arundo in manu Christi ad illusionem
posita. pag. 324. col. 2.
Arundo haec quid mystice designet. ibid.
Arundo serpentibus mortifera. 325. 1.
Ascensio Christi in caelum. 59. 2.
Athleta quis bonus. ibid.
Auidia effectus. pag. 270. 1.
Auidia reprehenditur. pag. 272. 1.
Auidire Christum in corde qui soleant. p.
288. 1.
Aula proprie quid sit. pag. 245. col. 2.
Aurea corona & aureola que sit. 324. 1.
Auri optimi conditiones. 256. 1.
Auricula restituta Malcho a Christo. pa-
189. 1.
Auricula huius praecisio quid significet.
pag. 189. 2.

B

Babylonica captiuitate vsque ad
Christum, quot anni intercesse-
rint. pag. 452. col. 1.
Baptismus cuius rei sit signum. pag. 4.
col. 2.
Baptismus duplex, sanguinis & fluminis,
pag. 502. 1.
Baptismo quid tribuat efficaciam. pag.
501. col. 1. 2.
Baptismi virtus. pag. 513. col. 2.

INDEX

Barabbas cur obiectus Iudais à Pilato cō-
paratione Christi. pag. 299. col. 2.
Barabbas quibus de causis peti debuit à
Iudais. pag. 300. col. 1.
Barabbam vt peterent potius quàm Chri-
stum, quibus rationibus seniores per-
suaserint turbis Iudæorum. pag. 305. 1.
Barabas per simplex r. scriptum quid
significet: & quid per duplex. 306. 1.
Barabbæ electio, & Iesu abiectio, vbi figu-
rata. 307. 1.
ex Barabbæ postulatione cōtracta Iudais
immunditia. pag. 307. col. 2.
Barabbam Christo præferre quid sit. pag.
308. col. 1.
Bellum non interdixit Dominus Christia-
nis. pag. 192. & sequent.
Bellum licitum esse, multis ostenditur.
pag. 193. & sequent.
Belli quis sit finis. pag. 194. col. 2.
Bellum ingredienti quid meditandum.
ibidem.
Bellum quod nam sit iustū. pag. 194. col. 1.
196. 1. 492. 2.
Bellum quibus minimè licitum sit. pagina
146. col. 2.
Belli autor ac Princeps quid curare de-
beat. pag. 196. col. 1.
Bellum quomodo liceat clericis. pag. 197.
col. 1.
Bellum quales homines reddat. p. 198. 1.
Bellum diuturnum quomodo soleat ter-
minari. pag. 466. col. 2.
Beneficia sua in quos Christus conferat.
pag. 79. col. 2.
Benoni quid sonet. pag. 92. col. 2.
Blasphemias falsò Christo obiecere Iudai,
pag. 46. col. 2.
Blasphemia graue scelus. pag. 234. col. 1.
Bonitas, & malitia actus humani vnde
sumatur. pag. 242. col. 2.
Bonorum temporalium contemptus. pag.
283. col. 2.
Bona nostra, Christi sunt. p. 284. col. 1.
Brachium Domini dicitur Christus. pag.
112. col. 1.

C

Cadaver quomodo contaminet terrā.
pag. 495. col. 2.
Cadavera cur apud Christianos relin-
quantur in paribulo. pag. 495. col. 2.
Cadaveris depositio de cruce, vide De-
positio.

Cadaveris Christi vis atque energia. pag.
519. col. 1.
Cadaveris morticini contactus olim pro-
hibitus Iudais. pag. 509. col. 1.
Cadere in terram qui dicantur. 182. 2.
Cadere in faciem, quid sit, & quid retro.
pag. 183. col. 2.
Cedes cuiusdam Romani Senatoris iniu-
sta. pag. 49. pag. 1.
Caiani heretici Euangelium Iuda vene-
rantur, & quare. pag. 266. col. 2.
ad Caiphā cur Christus adductus. pag.
208. col. 1.
in Caiphā inuictiua Magni Leonis. pag.
233. col. 2.
Caipha malignitas in Christum. 225. 1.
Caiphas vt quid Christum de discipulis
& de doctrina interrogauerit. 217. 1.
Caiphas mortem sibi consciuit. 270. col. 2.
Calix quomodo mortem Domini designet
pag. 144. col. 2.
Candidati quinam apud Romanos. 295. 1.
Canes in Scriptura Gentiles significant
aliquando. pag. 389. col. 2.
Canicula effectus ex Plinio. pag. 463. 2.
Capitis inclinatio in cruce, quid signifi-
cet. pag. 65. col. 1.
Capite inclinato cur Christus moritur;
& in quam partem inclinauerit. pag.
477. col. 1.
Capitis inclinatione quid Christus signi-
ficauerit. pag. 478. col. 1.
Caput Ecclesiæ Christus. pag. 491. col. 1.
Captiuitas a qua Christus nos liberauit.
pag. 33. col. 1.
Capri immolandi ritus lege præscriptus,
pag. 37. col. 1.
Cardinales in quem finem creantur. pag.
211. col. 1.
Cardinalis hominis ingenium. pag. 127.
Certamen nostrum cum damone. pag. 54.
col. 1, 2.
Cervæ quando parere soleant. pag. 92. 2.
Cervina carnis esus quid efficiat. ibidem.
Cervi ingenium. pag. 257. col. 1.
Chaldaea lingua aquo tempore utebantur
Iudai. pag. 451. col. 2.
Charitas Christi erga nos. pag. 25. col. 1.
Charitatis effectus. pag. 77. col. 1.
Charitatis conditiones, præsertim quin-
decim ab Apostolo trad. & explicatur.
pag. 87. col. 2.
Charitatis conditiones quomodo Christo
conueniant. pag. 87. col. 2.

Charitatem

ALPHABETICVM.

Charitatem nunquam excidere, intelli-
gitur in patria. pag. 90. col. 1.
Charitatis ordo quomodo à Christo ser-
uatus. pag. 450. col. 1.
Charitas absentiam Dei maxime timet.
pag. 143. col. 1.
Charitas proximi iuxta legem Christi,
& legi mundi contraria. pag. 353. 1.
Charitas proximi commendatur. p. 397.
col. 1.
Charitatis erga proximum, & erga pa-
triam exempla insignia. pag. 398. 1. 2.
Charitas quanam sufficiat ad salutem. p.
507. col. 1.
Chlamys quid sit, & quis primum apud
Romanos ea vsus. pag. 319. col. 1.
Christus solo vnico opere potuit nos redi-
mere. pag. 18. col. 2.
Christi opera, vide Opera.
Christi humanitas soli comparatur. pag.
29. col. 2.
in Christo dua natura impermixta. pag.
29. col. 2.
Christi nomina. pag. 39. col. 2.
Christi innocentia, & iustitia latè proba-
tur. pag. 40. & seq. vide Innocentia.
Christi aduentu nihil iocundius potuit
mundo accidere. pag. 44. col. 2.
Christus in omnibus qua prædixit, verus
pag. 46. col. 1.
Christi quadruplex scientia. pag. 46. 1.
vide Scientia.
Christus verus Dei filius. pag. 46. col. 1.
Christi vita Iudais dissimilis. pag. 47. 1.
Christus testis fidelis. pag. 63. col. 1. 2.
Christi hominis propria. pag. 93. col. 2.
Christi derelictio in cruce. pag. 94. col. 1.
Christi conceptio in ventre, quàm diuer-
sa ab aliorum hominum conceptione.
pag. 100. col. 1.
Christus à quibus propriè crucifixus sit.
pag. 102. col. 2.
Christus primogenitus & vnigenitus. pa-
104. col. 2.
Christus seruus Dei, & quando primum
esse incepit. pag. 110. col. 1.
Christi præstantia, & excellentia. pag.
110. col. 1.
Christus Domini sceptrum est. p. 111. 1.
Christus cur brachij nomine significetur
in Scripturis. ibid.
Christi admirabiles progressus quàm di-
uerfi ab alijs Principibus. pag. 112. 2.
Christus varijs rebus comparatur. 113. 1.

Christus à Deo percussus & humiliatus
cur dicatur. pag. 115. col. 2.
Christus quomodo abscissus de terra vi-
uentium. pag. 118. col. 2.
Christus Messias promissus qualis futurus
esset. pag. 121. col. 2.
Christi cibus quis fuerit. pag. 122. col. 1.
Christus ad iudices nocte passionis quo-
ties adductus. pag. 213. col. 2.
Christiani quales esse debeant. p. 218. 1.
de Christianis honorificum Plinij testi-
monium. ibid.
Christi diuinitatē vnde potuerint Iudai
agnoscere. pag. 231. col. 1.
Christi modestia & prudentia in respon-
dendo Iudais, vide Responso.
Christi testimonium Deum esse testifican-
tis, quanti momenti esse debeat. pag.
261. col. 2.
Christus populum nunquam turbauit. p.
290. col. 1.
in Christianos conspiratio Gentium, &
Iudæorum. pag. 296. col. 1.
Christi cum Adamo cōparatio. pag. 297.
col. 1. 327. 1.
Christi virtus & potentia. pag. 303. 1.
Christum quomodo imitari debeamus,
pag. 308. col. 1. 2.
de Christo crucem baiulante pia medi-
tatio. pag. 356. col. 1.
Christū crucem baiulantē multi sequun-
tur. pag. 356. col. 1. 2.
Christi patientia, vide Patientia.
Christi crucifixi omnia ad se trahentis
varia similitudines. pag. 318. col. 2.
& sequent.
Christum ab inimicis suis defendere de-
bemus, more boni latronis. p. 421. 1.
Christi varia figura antiqua in Scriptu-
ris. pag. 394. col. 1. 2.
cum Christo esse quid sit. pag. 427. col. 2.
Christi in matrem suam amor. pag. 428.
Christus filius Dei naturalis, & non ada-
ptiuus. pag. 437. col. 2.
Christus ceruo comparatur. pag. 457. 2.
Christus quodnam chirographum in cru-
ce deleuit. pag. 465. col. 2.
Christus leoni comparatur. pag. 471. 2.
Christus commendat moriens suum spi-
ritum Patri. pag. 472. & quare sic
orauerit. pag. 472. 2.
circa Christi naturā varia hæreses con-
futantur. pag. 475. col. 2.
Clamor Christi in cruce. pag. 96. col. 1. 2.

Clamor

INDEX

Clamor Christi die & nocte quomodo dicatur non exauditus. pag. 98. col. 1.
 Clamor Christi cur hora nona, & quare voce magna pag. 450. col. 1.
 Clamare voce magna, proprium Christi morientis. pag. 471. col. 1.
 ex Clamore Christi cur Centurio conuersus. pag. 492. col. 1.
 Clavis quot fuerit Christus crucifixus. pag. 375. col. 2.
 Clavi isti quid denotent. p. 376. 1.
 Clavis an fuerint crucifixi latrones. pa. 376. 2.
 Clavi quibus affixus est Christus, cur appellentur dulces, & lancea saua. pag. 498. col. 1.
 Clavis paradisi crux Christi est. 425. 1.
 Clericis quomodo liceat bellum. 197. 1.
 Coccinea vestis ornamentum Imperatorū pag. 320. 1.
 Caeli ianuam quomodo aperuisse dicatur Christus. pag. 59. 2.
 Caeli in baptismo Christi cur sint aperti. pag. 60. 1.
 qui Caeli annuntiant iustitiam Dei. pag. 107. 1.
 Cogitatio prima Verbi incarnati, Deo se offerentis. pag. 66. col. 1.
 Comprehensionem Domini qua praeceperint. pag. 127. 1.
 Comprehendentium Christum stultitia, & peccatum graue. p. 176. 2.
 Comprehensio Christi vbi figurata. pag. 178. 1.
 Comprehensionem Christi quatuor miracula praeceperunt. 181. 1.
 Comprehensores Christi qua virtute profstrati sint in terram. 182. 2.
 ex Comprehensione Christi quem fructū colligere debeamus. 185. 2.
 Comprehendi cur Christus ante passionē non potuerit. pag. 181. 2.
 Comprehensorum Christi furor. 203. 2.
 de Comprehensione Christi pia aliquorū meditationes. pag. 204. col. 1.
 Concionatoris quis futurus finis. 122. 1.
 Concionatores vitia reprehendant. pag. 200. 1.
 Concionatores quibus sunt similes. pag. 253. col. 2.
 Concionatorem aut amicitiam, aut veritatem perdere oportet secundum Senecam. pag. 288. 1.
 Concionatores audiendi. 293. 2.

Concionatores sunt tuba Dei. 293. 2.
 Concilium Iudaorum in Christi mortem quater coactum. 257. 1.
 Concilium Seniorum Iudaorum vocatum Sanedrim, à quo fuerit institutum. p. in Concilio hoc interrogatus Christus an esset Messias. pag. 258. 2.
 Concilium hoc quando fuerit sublatum. ibid.
 Condemnatus cur sit Christus à Pilato. pag. 286. 2.
 Condemnari per Principes Iudaorum cur Christus voluerit. 234. 2.
 Condemnatus Christus iniuste. p. 235. 2. vide Mors.
 Confessio veritatis in iudicio quando necessario facienda. 259. 2.
 Confortatio Christi facta ab Angelo explicatur. 161. & sequent.
 Confortandi verbum sacris tantum autoribus usurpatum. ibid.
 Confortatio Christi cur per Angelum, & non per heminem facta, nec per Deum immediate. 161. 2.
 Confortatione hac Christus indigere voluit, & quare. ibid.
 Conscientia morsus humanis laudibus non sedatur. 266. 2.
 Consecrationis verba alta olim voce proferebantur. 106. 1.
 Consiliarius quis sit bonus. 31. 1.
 Consilia impiorum qualia sint. 231. 1.
 Consolandi aliquem rectus modus. 164. 1.
 Consulentes malum reprehenduntur. p. 177. 1.
 Consummare quid in Scripturis significet. 464. & sequent.
 Consummauit Christus omnem voluntatem Patris. 467. 1.
 Consummare ad quem proprie pertineat ibid.
 Contaminationes & sordes horrendae Iudaorum. 264. 2.
 Contaminari cur timerent Iudaei in praetorio Pilati. 264. 1.
 Contumelias quot passus est Christus. 6. & sequent.
 Conuersio peccatoris. 254. 1.
 Conuersio ad Deum statim facienda. pa. 428. col. 1.
 Corbona cur penes Sacerdotes erat. pag. 275. 2.
 Corona spinea Christi ex qua materia fuerit confecta. p. 320. col. 2. Eius forma.

ALPHABETICVS.

in Cruce quos horis Christus viuis pendit. pag. 341. 2.
 Crucifixus Christus qua hora fuerit. pag. 341. & sequent.
 Crucem baiulans Christus an portauerit spineam coronam. pag. 350. col. 2.
 Crux Christi vbi representata. 351. 2.
 Crucis Christi figura & forma. 352. 1.
 Crucis supplicium quomodo ignominiosum. pag. 352. col. 2.
 Crux Christi interior & exterior. pag. 352. col. 2.
 Crucem baiulanti Christo. B. Virginem occurrisse, pie meditantur quidam. p. 356. col. 2.
 Crux Christi nobis portanda. 355. 1. 2.
 Crucem Christi sequentium praemia. pag. 357. col. 2.
 Crucifixus quomodo sit Dominus, varia opiniones. pag. 373. col. 2.
 Crucifigentium Christum immanitas. p. 374. col. 2.
 in Cruce cur extentus Christus. 375. 1.
 Crucifixorum varia imagines antiquae. pag. 376. col. 1.
 Crucifixus cur sit Christus inter duos latrones. pag. 377. col. 1.
 Crucis mortis genus cur elegerit Christus. pag. 378. col. 1.
 de Cruce Christi varij loci Scriptura mystice explicantur. pag. 380. col. 1.
 Crux Christi cur palma sit dicta. 381. 2.
 Crucifigi cur in ediro loca voluit Christus. pag. 382. col. 2.
 Crux mundi, & crux spiritus qua sit. pag. 384. col. 2.
 Crucifigenda tria in nobis. pag. 384. 2.
 Crux Christi liber est cum titulo. 395. 2. & quam salubria in eo documenta continentur. pag. 396. 1. 2.
 Crucifigentes Christum, quos referant. pag. 402. col. 2.
 de Cruce cur noluerit Christus descendere. pag. 404. col. 2.
 Crux sceptrum est regni Christi. 405. 2.
 in Cruce Christus perseuerans, quid nos doceat. pag. 407. col. 1.
 Crux Christi vocatur spectaculum à B. Luca. pag. 492. col. 2.
 Crucis spectaculi insignia. 493. 1.
 Crucifigendi prius flagellabantur apud Romanos. 310. 2.
 Crucis supplicium non erat in lege Moysi, nec Iudaeis licebat illud infligere. 280. 1.

Curia bonos non facit. 249. 1.
Curiosorum hominum quid sit proprium.
pag. 292. col. 1.

DAEMONIS potestas ante mortem Christi. pag. 33. 1. 38. 2.
Damonis potestas à Christo imminuta. pag. 54. col. 2.
Damon non habet ius in hominem. 55. 1.
Damon cur dicatur homicida. ibid.
Damon apud comparatur. pag. 71. col. 1.
Damon nequaquam agnouit Christum esse Messiam. pag. 303. col. 2.
Damon interdum sibiipso aduersatur. ibid.
Damonis condemnatio & eictio. 404. 1.
Damonis odium in Christum. 317. 1. 2.
Damonis cogitationes in cruce Domini inferenda. pag. 384. col. 2.
Damonis artes quomodo Christus eluserit. pag. 385. col. 2.
Damonis cogitationes aduersus nos. pag. 415. col. 2.
Damnatus etiam Christus à concilio 72. Iudaorum, quod vocatur Sanedrim. pag. 209. col. 1.
Dauidis triplex peccatum. pag. 251. 2.
Debitum multiplex, & varia eius satisfactio. pag. 19. col. 1.
Debitum nostrum Christus persoluit. pag. 466. col. 1.
Decorum Christi in passione perditus. 114. 1.
Deductiones qui vocentur. pag. 506. 1.
Defensio propria licita est. pag. 197. 2.
Depositio corporis Iesu de cruce. 495. 2.
Depositio cadaveris de patibulo, olim precepta. 495. & cur interdum neglecta. ibid.
Deponi de cruce corpora crucifixorum, cur petierint Iudaei. 496. 1.
Depositio Christi de cruce à quibusdam fidelibus male depicta. 509. 2.
Derelictio Christi in cruce explicatur. pag. 94. 1. 2.
non Derelinqui se à Patre cur Christus petat. 100. 2.
Derelinquat quomodo Deus creaturam suam. pag. 452. col. 2.
Derelictionis Christi in cruce causa. pag. 454. 1.
Derelictum se à Patre, cur queritur Christus. 455. 1. 2.
ex Derelictione Christi qua bona Deus elicuerit. pag. 455. col. 2.

Derelictio qua Deus homines derelinquit, pena peccati est. 405. 1.
Derelictionis Christi, qua relictus est à Patre, qui fuerint effectus in illo, secundum aliquos. pag. 474. col. 1.
Descendere de cruce cur Christus noluit. pag. 404. col. 2.
Desperatio non contigit Christo, ut impudens existimauit Melancthon. 94. 1.
ad Desperationem quomodo adigit demon. pag. 266. col. 1.
Desperantis symbolum. pag. 269. col. 2.
Deus impassibilis. pag. 16. col. 1.
Deum viuam cur appellent Iudaei. 231. 1.
Dies Domini magnas & horribilis quis dicatur. pag. 445. col. 1.
Dies altera post Parasceuen quam fuerit anno mortis Christi, & cur appelleretur Sabbatum. 515. 1. 2.
Diligentes Christum qui sint, in quorum domo plagatus est. 85. 1.
Dionysius Areopagita quorennis esset tempore mortis Christi. 443. 1.
Dionysij Areopagita epistola ad Polycarpum non est supposititia. 443. 2.
Discipulorum Christi varius ordo. 506. 1.
Dolores nostros quomodo Christus tulit. 113. 2.
Dolor Christi de peccatore non penitente. 353. 1.
Dolor de morte Christi, vide Lacrymas.
Dolor Christi maximus in cruce quis fuerit. 374. 2.
Dona sua cur Deus nobis largiatur. pag. 174. col. 1.
Dormientes Apostoli in horto quomodo peccauerint. 155. 1.
Dormientes Apostoli dum Christus oraret, quid nobis significant. 174. 2.

ECCLESIA primitiuorum qua dicatur. pag. 486. 2.
Ecclesia magna qua sit. 105. 1.
Ecclesiae gubernatio. 122. 1.
Eclipsis in morte Christi explicatur. 445. 2.
in hoc Eclipsi que signa contigerint. ibid. vide Tenebrae.
Eclipsis hic cur contigerit Luna interpolatione. 448. 1.
Eclipsis Solis cur uiuente Christo acciderit, & reliqua signa post mortem eius. pag. 483. 2.

Eleemosyna qualis esse debeat. 75. 2.
Elhei quid Chaldaice significet. 452. 1.
Eli quid Hebraice significet. 452. 2.
Emanuel quid sit. 505. 1.
Enos quid in Hebraeo significet. 99. 1.
Equi Domini esse debemus. 214. 1.
Euangelistarum mos. 225. 1.
Euangelium Nicodemi apocryphum. pag. 354. col. 2.
Eucharistiam quibus nolit Dominus impertiri. pag. 514. col. 2.
Exaltationem quomodo, & quam meruerit Christus. pag. 61. 1. 2.
Excelsa in Scripturis quid denotent. pag. 120. 1.
Exheredatur nemo à Christo, nisi ipse hereditati renuntiet. pag. 82. col. 2.
Exorcizare quid sit. pag. 230. col. 2.

FACIES Christi cur sit à militibus uelata. pag. 239. col. 1.
Faciem Christi qui uelent modo. 240. 1.
Faciem Christi impressam in corde quis sit dignus habere. pag. 357. col. 2.
Famam Iudaorum non lesit Christus. pag. 45. col. 2.
Famam qui negligit, crudelis est. 229. 2.
Fel quomodo in escam Christo datum. pag. 459. col. 2.
Fel quinam Christo porrigant. 462. 1.
Felicitas quam sit vera. pag. 474. 1.
Festis diebus cur supplicia exercerent Iudaei. pag. 359. col. 1.
Festa apud Hebraeos incipiebant à uespera. pag. 515. col. 2. (& sequent.)
Fidei autor & consummator Iesus. pag. 2.
Fides lux est ad magna mysteria. 13. 2.
Fides profitenda cum oporteat. 182. 1.
in Fidei causa licebat Iudaeis penam mortis infligere. pag. 279. col. 2.
Fidem Christi qua gens primum amplexa est. pag. 492. col. 2.
Fidelium multitudo uaticinata ab Esaiâ. pag. 119. col. 1.
Filius quis dicatur improprie. 436. 1.
Filius naturalis & adoptiuus quomodo differant. pag. 437. col. 2.
Filiatio unde oriatur. ibid.
Flagellationis Christi solus B. Lucas non meminit. pag. 309. col. 1.
Flagellatio Christi ubi praefigurata. 310. 1.
Flagellandorum ritus apud Romanos. ibidem.

Flagellatus quoties sit Christus. 310. 2.
Flagellis prius cadebantur apud Romanos qui crucifigendi erant. ibid.
Flagellatus à quibus sit Christus. 311. 2.
& à quot ministris fuerit flagellatus. ibid. & sequent.)
Fletus, vide Lacrymas.
Fons patens domui Dauid quis sit, & in qua die apertus. pag. 83. col. 1.
Fortis hominis quid sit proprium. 162. 2.
Fortitudo animi Christi. pag. 181. col. 1.
Forum Ecclesiasticum quando tradat delinquentes foro seculari. 379. 1.
Frameam suscitari super pastorem quid sit. pag. 85. col. 1.
beatus Franciscus cur suos fratres, Minores appellet. pag. 433. col. 2.
Fuga Apostolorum tempore passionis, qua fuerit, Christo molesta. 274. 2.
Fugam hanc cur permiserit Christus. pag. 205. col. 2.

GALILAEI quid sonet Hebraeis. 338. 2.
Galilaei nominis interpretatio. pag. 247. col. 1.
Galli gallinae proprietates. 130. 2.
Gallus an cantauerit post primam, an uero post trinam Petri negationem. pag. 246. col. 1.
Gallus cocionatorum est symbolum. pag. 254. col. 1.
Generationis diuinae & humanae differentia. pag. 231. col. 1.
Gentes quot modis Christus asperserit. pag. 111. col. 1.
Gentium conuersio uaticinata ab Esaiâ. pag. 111. col. 2.
inter Gentes qua prima Deum cognouit. pag. 492. col. 2.
Gentiles filij Dei uocantur in Scriptura. pag. 102. col. 1.
Gentiles peccatorum nomine designantur. 175. 1.
Gentium & Iudaorum in Christianos conuersio. pag. 296. col. 1.
Gentiles nomine canum designantur. pag. 398. col. 2.
Gentiles melioris fortis quam Iudaei. pag. 493. col. 1.
Germen seu uirgultum cur Christus dicatur. pag. 113. col. 1.
Gethsemani nominis etymologia. pagina 126. col. 1. 2.

Gethsemani descriptio. 132. 1.
 Gladij vsus quatenus licitus. 187. 1.
 Gladium vnde haberet Petrus Apostolus. 187.
 Gladium accipere in Scripturis quis dicitur. 190. 1.
 Gladij duo apud Lucam quid significent. 196. 2.
 Gloria Christi duplex perfectio. 489. 2.
 Gratia Christi quomodo ad omnes veteres iustos se extenderit. 52. 1.
 Gratia Dei necessitas. 252. 1.
 Gratia Dei posse resistere, an sit poena peccati. 414. 2.
 Gratia Dei recipienda qui sint aptiores. 421. 1.
 Gratia Dei necessitas mortis tempore. p. 473. 1.
 Grauitas in imperando taxatur. 252. 2.
 Galea remedium. 460. 2.

H

HAeres quos Christus instituat, & cuius regni. 79. 2.
 Hereticos quomodo puniat Ecclesia. pag. 198. 2.
 Heretici quomodo suam doctrinam tueantur. 219. 1.
 Hereticorum mos & ingenium. 227. 2.
 Henoch & Helias in quem paradysum dicantur rapti. 60. 1.
 ad Herodem cur missus sit Christus Pilato. 290. 2. & quomodo Pilatus in hac missione errauerit. 290. 2.
 Herodes hic quisnam fuerit. 291. 1.
 ante Herodem cur tacuerit Iesus, & signum nullum fecerit. 292. 1. 2.
 Herodem cur non reprehenderit Christus. ibid.
 Herodes cur noluerit Christum occidere. 295. 1. 2.
 inter Herodem & Pilatum causa inimitia. ibid.
 Hircus offerendus nobis pro peccatis nostris quis sit. 327. 2.
 Hominis creatio in quem finem. 141.
 Hominis perditio nullum Deo damnium inferret. ibid.
 in Hominem iustum nullum ius habuit demon. 55. 1.
 Horarum Canoniarum distributio quid portendat. 4. 2.
 Hircus crucifixionis Christi quam. pag. 340. 1. 2.

ab Hora sexta vsque ad nonam. quid fecerit Christus in cruce. 450. 1.
 in Horto cur Deus voluerit comprehendi. 125. 1.
 Hortus vbi Christus sepultus est. honorificus. 511. 2.
 Humilitatis quis perfectus gradus. 25. 1.
 Humilitas Christi. 11. 2.
 Hymnus ille, Sanctus, sanctus, sanctus, & in quanta veneratione habitus & habendus. 139. 2.
 Hypocritarum Iudaorum qui Christiani imitentur. 265. 2.
 Hyssopus quid sit. 461. 2.
 Hyssopi vsus. 461. 2.
 Hyssopus cur Christo oblatu. ibidem.

I

Iacobus Minor cur sic dictus. 433. 2.
 Idola quando primum mundus abiecit. 83. 1.
 Ierusalem vrbis excidium ob mortem Christi. 176. 2.
 Iesus quare dicatur Christus, & quare Nazarenus. 397. 1. 2.
 Illusores Domini quinam sint. 296.
 Illusiones cuius rei gratia fieri soleant. 325. 2.
 Illusio grauior ingenuis viris quam mors. ibidem.
 Impenitentes quinam sint. 270. 1.
 Imperator Romanus cum primum eligebatur, sepulturam eligebat. 504. 2.
 Incarnationis Christi adumbratio. 72. 1.
 Infirmitas humana quanta sit, & quomodo cognoscatur. 154. 1.
 Ingratitudo quam moleste feratur. 180. col. 1.
 Inimici nostri pro nobis militant. ibidem.
 Inimicorum amor, vide Amor, & Vindicta.
 Iniuria que sint vindicanda. 189. 1.
 Iniustitia sub aequitatis pretextu nihil peius. 345. 2.
 Innocentiam mundi qualis sit. 345. 2.
 Interpretandi Scripturam optima ratio ex Hieronymo. 95. 2.
 Ioannes Euangelista iuxta crucem stans quantum beneficium a Christo accepit. 434. 1. 2.
 Ioannes Euangelista quomodo accepit B. Virginem in sua. 438. 1.
 Ioannis Baptistae caput vbi asseruetur. p. 490.

Iosepheus sponsus Virginis quando mortuus. 434. & sequent.
 Iosepheus ab Arimathia commendatur. p. 505. 2.
 Iosepheus hic & Nicodemus, discipuli Domini occulti. 506. 2.
 Irregularitatem quando incurrant clerici. 340. 2.
 Iudaorum in Christum obstinata malignitas. 40. & sequent.
 Iudaorum calamitas ob mortem Christi. 346. 1. 2.
 Iudaorum ex veris principibus falsa conclusiones. 42. 2.
 Iuda Iscariotis mors quando contigerit. 265. 2.
 Iuda penitentia infructuosa. 267. 1. 2.
 Iudas quo genere mortis interierit. pag. 271. 1. 2.
 Iudex qualis sit Christus. 25. 2.
 in Iudicio quatuor persona interueniunt. 55. 1.
 Iudicium quod Christus in primo suo exercuit aduentu. 55. 1.
 Iudicium temerarium ex quo animo proficiscatur. 88. 2.
 in Iudicij die qualis iudex futurus Christus erga nos. 277. 1.
 Iustitiam veram nos docuit Christus. pag. 264. 2.
 Iustitia ciuili quam sit infirma. pag. 336. col. 1.
 Iustitiam amare, proprium electorum est. 419. 2.
 Iustificatio impij qua requirat. 79. 2.
 Iustus quantas calumnijs ab impijs patiatur. 43. 1. 2.
 Iustum hominem quomodo nil contristet. 334. 2.
 Iusti quomodo cadant. 182. 1.
 Iusti quantum diligantur a Christo. pag. 502. col. 2.
 Iustorum persecutores quem sine habeat. 502. 2.

L

Labores Christi pro nobis. 122. 1.
 Lacryma sanguinea vnde proueniat, & quibus. 170. 1.
 ad Lacrymas maxime prona mulieres. p. 170. 2.
 Lacryma salutares. 254. 1. 2.
 Lacrymarum quanta vis apud Deum. pag. 255. 2.

Lactis & sanguinis pluuia portentum. p. 172. 1.
 Lancea ferrum, quo Christi latus apertum est, vbi asseruetur. 497. 1.
 Lapsus piorum & impiorum quales sint. 183. 2.
 Latio quando fuerit conuersus ad Christum crucifixum. 418. 1.
 Latio bonus quo affectu malum reprehenderit. 418. 2.
 Latio bonus vnde nouerit Deum. p. 419. col. 2.
 Latronis boni verba ad Christum late explicantur. 421. 2.
 Latio bonus quando inducatur in paradysum. 424. 2.
 Latio hic in quo paradiso fuerit cum Christo. 427. 2.
 Latus Domini quis miles aperuerit. 496. col. 2.
 Latus cur sibi post mortem aperiri voluerit. 497. 1.
 Latus Domini dextrum apertum. 446. col. 1. 2.
 Lateris hac apertio quid significet, & quid doceat nos. 496. 2.
 Latus Christi cur dicatur apertum, & non percussum. 87. 1.
 Laus & timor Deo debentur. 105. 1.
 Legem nouam cur Christus attulerit. p. 47. 2.
 Lex gratia in homine adulto quid postulet. 49. 2.
 Lex vetus, a qua Christus nos liberauit. 59. 1.
 a qua Lege Moysis Christiani nunquam liberi fuerint. 59. 1.
 Legis Moysicae de Christo testimonia. p. 329. 2.
 Legis Evangelica virtus. 347. 2.
 Legio quot milites habeat. 191. 2.
 Leo quando rugiat. 96. 1.
 Leones crucifigendi mos in Syria. 103. 1.
 Liber scriptus intus & foris Christus est. 395. 2.
 Liberalitas Christi, vide Misericordia
 Liberum arbitrium quam infirmum sine gratia Dei. 252. 1.
 Lignis comparantur peccatores. p. 393. col. 2.
 Lignum viride cur dicatur Christus, & Iudai ligna arida. pagina 359. col. 1.
 in Ludis Olympicis cui donaretur primum. 323. 1.

INDEX

M

M Achabaeorum libri auortitas. pag. 79. col. 1.
Macula interna potissimum abluenda. 265. 2.
Magistratus, & dignitates Reipublica vendere, perniciosum. 211. 1.
Magistratum Romanorum insignia. p. 312. 1.
Magistratum Christianorum insigne. 312. 2.
Mali homines saepe sunt figura bonorum. 502. 1.
Maleficorum poena per legem Moysis lata. 279. 1.
Malis duobus minus est eligendum. pa. 309. col. 2.
Mandatum mortis quomodo acceperit Christus à Patre. 22. 2.
Manus sibi iniicere, quam graue facinus pag. 269. col. 2.
Manus abluendi ceremonia quid indicaret, & vnde orta apud Iudaos. p. 344. col. 1. 2.
Manus suas cur abluerit Pilatus. p. 344. col. 1.
Manus Domini qua prius perforata, dextrane, an sinistra. 374. 1.
Marcellinus Pontifex fidem professus coram Diocetiano, quam antea negauerat. 256. 1. 2.
Mare Rubrum cur Caricosum dictum Hebraeis. 321. 1.
Maria virginitas terra sitientis nomine declaratur. 113. 2.
Maria virginitatem negantes, quales sint. ibid.
Maria cum Eua comparatio. 117. 2.
Mariam matrem suam Christus Ioanni dilecto commendat. pagina 429. & sequent.
Maria Virgo cur iuxta crucem Domini steterit. 430. 1. 2.
Maria Virginis virtus tota Christo debetur. 430. 2.
Maria Virgo iuxta crucem quanta à Domino consecuta est beneficia. pag. 431. col. 1.
Mariam Virginem à fide excidisse Brentius faminauit. 431. 2.
Maria Virginis de filij sui morte dolor qualis, & quam ordinatus fuerit. pag. 432. 1. 2.

Maria Virginis fortitudo. 432. 2.
Maria Virgo plus quam martyr extitit. 430. 1.
Maria virgo diuina prouidentia iuxta crucem protecta. 433. 1.
Mariam matrem suam, cur mulierem appellet Christus. 435. 1.
Maria Virgo quomodo possit nos adoptare in filios. 439. 1.
Maria Virgo non est passa spatium, videns filij sui crucem. 357. 1.
Maria Virgo quam multis rationibus sit mater nostra. 440. 1.
Maria Virgo per Lunam significatur. pa. 448. col. 1.
Maria altera, qua sedebat ad monumentum cum Maria Magdalene, quanam fuerit. 511. 2.
Maria Virginis atas. 215. 2.
Martyrum constantia ex Christi virtute profecta est. 141. 2.
Martyrum hortatores quasi Angeli sunt. 165. 2.
Martyres cur olim torquerentur. 209. 1.
Martyrum sanguis quam sit efficax. pa. 492. col. 2.
Martyres qui fuerunt ante Christum, cur Ecclesia diebus festis honoret. 60. 1.
Matrimonium, vide Nuptiae.
Matutinum officium cur prolixius sit reliquis. 158. 1.
Medicus noster Christus. 168. 2.
Mediator noster, Christus est. 466. 2.
Meretricis pretium ab oblationibus templi Dominus prohibebat. 272. 1.
Merita Christi in plebem Iudaorum quantita. 305. 1.
Messias promissus qualis esset futurus. p. 121. 2.
Miles Christianus quid agere debeat. p. 197. col. 1.
Militis Christiani, coronam in manu gestantis, egregium responsum. 324. 2.
Milites vocantur Angeli in Scriptura. pag. 192. 1.
Militare quatenus peccatum sit, secundum Ambrosium. 194. 1.
Militantibus cur sint instituta stipendia. ibidem.
Ministri Christi quinam sint, & eorum partes. 287. 1.
Miracula post Christi expirationem edita. 480. & sequent.
Miracula hac cur post mortem accide-

ALPHABETICVS.

Miracula, & eclipsis solis ante illam. pag. 483. col. 1.
Misericordia Christi erga nos. 64. 1.
Misericordia de quibus precipue habeatur. 64. 2.
Misericordia proprie quid sit. 65. 1.
Miseratio quam propria hominum. pag. 403. col. 2.
Mixtura myrrhae & aloes cadaver Domini ungitur, vide Vnctio.
Morientium pro Christo praclara fors. 50. 1.
Mors Christi quam fuerit atrox, & indigna. 5. 2.
Mors Christi quomodo violenta. 20. 1. 26. 2.
Mors Christi non fuit simpliciter necessaria. 21. & sequent.
Mors Christi quasi dormitio. 27. 1.
Mors quomodo induat rationem boni. pag. 30. col. 1.
Mortes Deorum infames. 31. 2.
Mors Christi innocenti iniusta. 35. 2.
Mors crucis vilissima olim. 49. 1.
Mortis Christi autor Satanas. 50. 1.
Mors Christi in agno & oue adumbrata. 66. 2.
Mors Christi an fuerit in die Pasche. p. 339. 1. 2.
Mortis tempore quomodo pugnandum aduersus demonis obiectiones. pagina 418. col. 2.
Mulier peccati origo. 249. 2.
Mulierum vitandi congressus. 249. 1.
Mulierum monita salutaria interdum. 321. 2.
Mulier lege diuina subdita viro. pagina 332. 1.
Mulieres quanam adstarent cruci. pag. 433. 1.
Myrtha electissima qua sit. 272. 2.
Mysteria gratiae incomprehensibilia. pa. 13. col. 1.

N

Nasci & creari differunt. 107. 2.
Nazarenus cur sit dictus Christus. 397. 2.
Necessitas consequens non cogit ad peccandum. 242. 1.
Negatio Petri in qua domo contigerit. 225. 1.
Negatione Petri describenda quomodo Euangelista consentiant. 24. 1.

Negatio Petri non accidit occasione Ioannis Apostoli. 242. 2.
Negationum Petri gradus. 249. 2.
Nicodemus commendatur. pagina 505. col. 2.
Nubes cur vocentur sancti. 2. 1.
Nubes quod officium Domino praebeat. p. 233. col. 1.
Nudari cur se Christus permiserit. 737. col. 2.
Nudus Christus in cruce quale nobis exemplum praebeat. 400. 2.
Nudatae virgines à tyrannis, diuinitus conteguntur. 312. 2.
Numerorum loco non posuerunt Euangelista elementa, sed dictiones integras. 342. 2.
Numerus pluralis ponitur interdum pro singulari in Scripturis. 417. 2.
Nuptiae inter Deum & naturam humanam. 466. 2.
Nuptijs solet diuturnum bellum terminari. 466. 2.

O

Obedientia Christi quanta apud Deum potentia fuerit. 61. 1.
Obedientiam quomodo Christus didicerit. 64. 2.
Oblationes ubi reponebantur apud Iudaos. 272. 1.
Obstinatio peccatoris quanta sit. 184. 1.
Obstinata voluntas, summum malorum. 260. 2.
Occasio peccati relinquenda. 254. 2.
Oculi Domini quam sint salutare. pag. 253. col. 2.
Odij causa, dissimilitudo est. 47. 2.
Opera Christi, alia alijs maior. 18. 2.
Opera cur à nobis Deus exigat, supplicata satisfactione Christi. 36. 1. 2.
Opprobrium hominum cur dictus sit Christus. 99. 1.
Oratio Christi, auxilium petentis à Deo. 103. 2.
Oratio Christi qua fuerit exaudita. pag. 195. 1.
Orationis publica & priuata nobis exemplum reliquit Christus. pagina 126. col. 2.
Oratio quas comites habere debeat. pag. 133. 1. 158. 1.

Orationem Christi, calicem passionis a se transire deprecantis Deus quomodo exaudiuit. 143. 1.
 Oratio carnis & spiritus diuersa. pag. 148. col. 1.
 Oratio debet esse perseverans. 157. 1.
 Orantibus assistunt Angeli. 165. 1.
 Orationis quanta sit virtus. 173. 1.
 Osculi vsus in quem finem. 177. 1.
 Osculum proditoris Iudae quid nobis profuerit. 178. 2.
 Osculum meretricis quam sit noxium. p. 178. col. 2.
 Ossa Christi quid designent. pag. 101. 2.
 Ossa Christi omnia quomodo dinumerauerunt Iudaei. 103. 1.
 Otiosi quomodo puniendi. 44. 1.
 Oues errantes qui sint. 116. 2.
 Qui & agno comparatur Christus. pag. 117. col. 2.
 Oues quales debeant esse erga pastorem. pag. 133. col. 1.
 ex Ombus Christi quis sit. 287. 2.

P

Pacem quomodo venerit mittere Christus. 45. 1.
 Pacis inter nos & Deum mediator Christus. pag. 466. col. 1. 2.
 Paludamentum idem significat quod chlamys. 319. 1.
 Paradisus quis sit, in quem rapti dicuntur Henoch & Helias. 60. 1.
 Paradisus quid proprie significet. 428. 1.
 Parasceue Pascha quid sit. 339. 1.
 Parentes quatenus cognoscendi, & non cognoscendi. 438. 2.
 Parentum officia erga filios. 439. 2.
 Passionis Christi meditatio quos fructus pariat. 4. 1. 9. 1.
 Passionis Christi frequens memoria. 5. 1.
 Passio Christi in suis membris, hoc est, fidelibus. 6. 2.
 Passio Christi quanta fuerit utilitatis. pag. 9. col. 1.
 Passio Christi, omnium peccatorum remedium. ibidem.
 Passio Christi non fuit ad redimendum hominem necessaria simpliciter. 18. 2. sed valde conueniens. 20. 1.
 Passio quomodo potuerit competere Verbo diuino. 28. 2. (col. 1.)
 Passio vbi dicitur peregrinum Deo. 29.

Passio Christi quomodo grata Deo. 32. 1.
 Passio Christi quomodo pro omnibus hominibus valuerit. 37. 1.
 Passionem cur subierit Christus, cum alio modo passet mundum redimere. 38. 2.
 Passionis Christi varij fructus. pag. 51. & sequent. 189. 1.
 Passio Christi omnibus iustis ab initio mundi profuit. 52. 1.
 Passio Christi quomodo ab omnibus peccatis, futuris & praeiis liberauerit. 52. 1. 2.
 Passioni Christi nostra cooperatio adiungenda. 53. 2.
 Passionis Christi acerbitas. 62. & seq.
 Passionis Christi brevis descriptio. 69. 1. in Passione Christi qua sint consideranda. pag. 70. col. 1.
 Passio Christi a Prophetis descripta. 84. col. 1. 2.
 de Passione sua cur frequenter Christus loqueretur. 91. 1.
 Passio Christi vltro suscepta. 117. 1. 2.
 Passionis sua Christus cur non omnes discipulos socios adsciuerit. 133. 2.
 Passiones Irascibilis, & Concupiscibilis, aliter Christo, aliter Deo conueniunt. 134. 2.
 Passiones veras in Christo fuisse. 135. 1.
 Passiones Christo negantium error. pag. 136. 1.
 Passiones Christi, potius propassiones appellanda. 137. 2.
 Passiones verae aliter in nobis, & aliter in Christo fuere. 139. 2.
 Patientia vincendus demon. 2. 2.
 Patientia Christi quanta apud Deum potentia fuerit. 61. 1.
 Patientia Christi & mansuetudo quanta. pag. 99. col. 1.
 Paupertas Christi. 110. 2. 113. 2.
 Pauperem cur Christus se vocet. 105. 1.
 beatum Paulum, sacrum appellat Arcopagita. 444. 1.
 Peccatum quantum cruciet. pag. 2. col. 2.
 Peccatum quod sit alio grauius. 6. 1.
 Peccatum sua secum affert supplicia. 14.
 Peccati remissio absque condigna satisfactione a Deo fieri potest. 15. 1.
 Peccatum crucisgentium Christum, cum peccato Ada comparatur. 34. 2.
 Peccatum originale cum actuali comparatur ibidem.
 Peccata languores animi sunt. 115. 2.

Peccatum minuitur, diminuta ratione liberi, aut voluntarij. 128. 1.
 Petrarum scissio in morte Christi quid significauerit. 483. 2.
 Petra ipsa, in qua posita fuit crux Christi, scissa est. 483. 1.
 Petrus Apostolus dormiens in horto, cur nominatim reprehensus. 154. 2.
 Petri percussio, qua Malchum seruū Pontificis percussit, explicatur. pag. 186 & sequent.
 Petrus Apostolus cur gladio vti permixsus, & an peccauerit in hac percussione. 187. 2.
 Petrus percussus Malchum cur reprehensus a Christo. 189. 2.
 Petrus Apostolus cur sederet ad ignem tempore passionis. 227. 1.
 Petri conuersio & modestia. 252. 1.
 Pietatis opera omni tempore licent. 281. col. 1.
 ad Pilatum cur ductus Iesus a multitudine Iudaorum. 262. 1.
 Pilati quanta autoritas & potestas. pag. 263. 2.
 Pilatus cur dictus sit Pontius. 264. 1.
 Pilatus innocentiam Christi cognouit. 289. 2.
 Pilati prudentia. pag. 289. col. 1.
 Pilati ad liberandum Christum conatus. 296. 2.
 Pilato cur non responderit Christus, pag. 330. col. 1.
 de Pilato iudicium Philonis. 348. 2.
 Pilatus non putauit Christum fatuum. 391. 2.
 Poena nostrorum peccatorum quomodo Christo conueniat. 35. 2.
 Poenam pati quando turpe sit. ibid.
 Poenitentia Petri Apostoli admirabilis. 255. col. 1.
 Poenitentis boni symbolum. 254. 2.
 Poenitentiae partes. 267. 1.
 de Poenitentia errores Lutheri & aliorum. 267. 1.
 Potestas Pilati illegitima. 332. 2.
 Potestas quam data sit de super Pilato. 331. 1. 2.
 Potestas secularis ad qua se extendat. pag. 334. 1.
 Praetorum gloria qua debeat esse. pag. 185. col. 1.
 Praetorum officium ad quid obliget. p. 165. col. 1.

Praetorum negligentia in omnibus curandis. 154. 2.
 Praetoris manus quodnam esset. 264. 1.
 in Praetorio cur timebant contaminari Iudaei. 264. 1.
 Pretium sanguinis Christi cur acceperunt Principes Sacerdotum. 272. 1.
 Pretium peccati quam vile. 276. 1.
 Pretium sanguinis Christi quod sit. pag. 276. col. 2.
 Principes, tam sacri, tam profani, quid cauere debeant. 269. 1.
 Proditores Christi quantum peccauerint. 334. & sequent.
 Prudentia humana qualis sit. 345. 2.
 Purpura indutus Christus ob illusionem. pag. 319. 2.
 Purpura Regum ornamentum apud Macedones. 319. 1.
 Purpureus & coccineus color inter se differunt. 319. 2.
 Purpura olim mittebatur a Romanis ad eos quos Reges salutabant. 320. 2.

R

Radix quare dicatur Christus. pag. 113. col. 1.
 Redemptio hominis alijs modis fieri potuit. 14. 1.
 Redemptio vnico opere Christi fieri poterat. 18. 2.
 Redemptor noster iure dicitur Christus, & reparator. 27. 2.
 Redemptio nostra cur tanto pretio a Christo facta. 33. 1.
 Redimere quomodo Christus potuerit a diabolo. 38. 1.
 Redimere cui conueniat proprie, ibidem.
 Redemptio Christi pretio soluta facta. p. 39. col. 1.
 Redimere & liberare qui differant. ibidem.
 Redemptio Christi quomodo nostram etiam cooperationem requirat. 53. 2.
 Reges omnes potestatem suam acceptam referant Christo. 64. 1.
 Regis insignia & excellentia. 23. 2.
 Regem nunquam se fecit, ac permisit appellari. 281. 1.
 Rex quomodo esset Christus. 281. 2.
 Regis nomine cur nunquam ante mortem suam fuerit vsus Christus. 282. 1.
 Regem esse Christum Pilatus agnouit. p. 286. col. 2.

Regem elegit peccator ipsum demonem. 343.2.
 Regem se non habere nisi Casarem, quomodo clamauerint Iudai. 343.2.
 Regnum quomodo & quando nos fecerit Christus. 76.2.
 Regnum Christi. 283.1.2.
 Regnum Christi qua ratione dici possit de hoc mundo. 286.1.
 Regulus sacrificiorum quis esset apud Romanos. 82.2.
 Remissio iniuria. 189.1.
 Repetitio eiusdem sententia Prophetis vsitata emphasis gratia. 98.2.
 Repugnancia ad opus bonum, non tollit meritum. 168.1.
 Respicere Deus quos dicitur. 253.2.
 Respectus Dei quid efficiat in peccatoribus. 254.2.
 Responsiones Christi Iudaeis facta, quam prudentes, & modesta. 260.2.
 Resurrectionis dies, magnus dicitur. pag. 445.1.
 Resurrectio sanctorum corporum post Christi resurrectionem facta. 484.2.
 Resurrectio: haec tunc narretur ante Christi resurrectionem, & an fuerit ad vitam mortalem. 485.1.2.

S

Sabbati dies cur magnus appelletur. 339. col. 2.
 Sabbati dies a vespera incipiebat. 512.1.
 Sacerdotes quales nos fecerit Christus. 77.1.
 Sacerdotis proprium quid sit. 77.2.
 Sacerdotis munera quae sint. 124.1.
 Sacerdotis ornatus Exodi 28. quid designet. 124.1.
 Sacerdotum anima qua debeant esse. pag. 197.1.
 Sacerdotes quales debeant esse. pag. 198 col. 2.
 Sacerdotes ex sola tribu Leuitica creari. 211.2.
 Sacerdotium vetus & nouum quam diuersum. 178.2.
 Sacrificium quid sit. 39.2.
 Sacrificia antiqua quatenus emundarent corda. 72.2.
 Sacrificium respertinum quando Christus consummauerit. 478.2.
 Scandalum Apostolorum ex passione Christi, explicatur. 127.

Scandalum hoc cur praxiderit Dominus. 128.1.
 Scandali praedictio non abstulit libertatem Apostolis. ibid.
 Salinas iacientium in Christum contumelia. 239.1.
 Saluari cur gratis dicamur, si a nobis exigantur opera. 36.1.
 Salutis nostra quam sit Christus sollicitus. 397.1.
 Samaria quid sonet. 398.2.
 Sanctitas Pharisaeorum apud Iudaeos. pag. 405.1.
 Sanctitatis omnis medulla, charitas est. pag. 264.2.
 Sanctificatio qua sit vera. 264.2.
 Sanguis in Scripturis peccata saepe significat. 54.1.
 Sanguine suo Christus quomodo dicatur lauisse nos a peccatis nostris. 64. col. 1.
 Sanguis Christi ubi adumbratus. pag. 70. col. 2.
 Sanguis Christi cur fuerit opus ad redemptionem nostram. ibid.
 Sanguis Christi cur dicatur Sanguis redemptionis. ibid.
 Sanguis Christi cur dicatur Noui Testamenti. 73.1.
 Sanguis quomodo differat a cruore. pag. 73.2.
 Sanguis Christi cur fuerit effusus, cum potuerit intra venas offerri. ibidem.
 Sanguis Christi, fides etiam & Sacramenta requirit. 73.2.
 Sanguis Christi, semen est Christianos generans. 74.
 Sanguis Christi cur septies effusus. 78.2.
 Sanguis Christi ad pugnam acuit. 75.1.
 Sanguis & aqua a latere Christi profusae quid portendat. 75.2.
 Sanguinea lacryma unde proueniant, & quibus. 170.1.2.
 Sanguis a vulnere mortui animalis cur non effluat. 170.2.
 Sanguinis & lactis pluuia quale portentum. 172.1.
 Sanguinis & lactis effusio a latere Christi, quid significet. 172.2.
 Sanguinis martyrum efficacia. 492.2.
 Sanguis Christi aliquis an manserit. P. 500.2.
 Sapientia diuina quid proprium. 31.1.

Sapientia liber, Salomonis, & non Philonis esse probatur. 41.2.
 Sapientia liber cur in canone voluminum Hebraeorum non sit. ibid.
 Satisfactio pro genere humano condigna non poterat fieri ab homine, suo iusto, siue peccatore. 15.1.
 Satisfactionis valor unde sumatur. 15.2.
 Satisfacere Deo solus potuit Christus. p. 16. col. 1.
 Satisfactio Christi, exigit a nobis cooperationem. 36.1.2.
 Sensus literalis eiusdem loci Scripturae, duplex esse potest. pag. 115. col. 2.
 Sententiam condemnationis an tulerit Pilatus in Christum, & quibus verbis. 347.2.
 Sententia debet ferri secundum allegata & probata. 349.1.
 Sepultura Hebraeorum in edito loco. pag. 120.1.
 Seruire Christo, regnare est. 77.1.
 Serui mundi quibus assimilentur. 86.1.
 Seruus Dei dicitur Christus, & quando primum fuerit. 110.1.
 Seruus ut libertatem acciperet, a lupa olim percutiebatur. 222.1.
 Signatos quos appellet Scriptura. 86.1.
 Signa Christi celeberrima. 293.1.
 Silentium Christi ad interrogationes Caiaphae, & aliorum. 229.2.
 Siluerit quomodo Christus a bonis. ibid.
 Silentium Christi coram Herode ubi figuratum. 293.1.
 Silentio soluenda nonnulla quaestiones. 293.1.
 Silentium Christi coram Pilato. 339.2.
 Simonem Cyrenaeum quare angariauerint Iudaei. 353.1.
 Simonem Cyrenaeum crucifixum pro Christo, errarunt quidam haeretici. 353.2.
 Sindon qua Christus fuit inuolutus in sepulchro, quo miraculo insignita, & ubi afferretur. 373.2.
 Sitis Christi in cruce, corporeane fuerit, an spiritualis. 459.1.
 Sitis Christi magnitudo, & eius causa. 459.1.
 Sitire quare Christus voluerit. 459.2.
 Somnium vxoris Pilati ab Angelo bono fuerit, an a malo. 301.2.
 Somnium cur non habuit Pilatus, sed vxor eius. 301.1. (col. 1.)
 Somnium vxoris Pilati quo tenderet. 304.

Spes omnis in Deo collocanda. 349.2.
 Spinis cur comparentur peccata. 323.1.
 Spiritus Christi grata Patri oblatio. 476.2.
 Spiritum cur suum Christus appellet. 475.2.
 Supplicium reproborum. 359.1.
 Supplicio cur afficerent Iudaei diebus festis. 359.1.

T

Temperamentum naturale corporis Christi quam bonum. 170.1.
 Temporis differentia Deo non copatunt. 242.1.
 Tempus nostrum, dies & hora, quam sint. 201.2.
 Tenebra facta in morte Christi qua hore contigerint. 441.1.
 Tenebra ista an fuerint supernaturales. 441.2.
 Tenebra ista ubi praeannuntiata. 442.1.
 de his Tenebris quid senserint varij Astrologi. 443.1.2.
 Tenebra ista an fuerint per vniuersum mundum, varia opiniones. 446.1.2.
 Tenebra ista quid significarent. 448.2.
 Tentatio oratione praeuenienda. 155.2.
 Tentationi qui videantur consentire. p. 155.1.
 in Tentatione quomodo intremus. ibid.
 Tentatio Christi in deserto quomodo facta. 161.2.
 Tentatio demonis quando maxime nos urgeat. 472.1.
 Terrae motus factus in morte Christi, in quibus Prouincijs contigerit, & quid significauerit. 483.1.
 Terrae motus varij enumerantur. ibidem.
 Terra siriens in Scriptura quid significet. 113.2.
 Testes appellantur sancti. 2.1.
 Testis fidelis Christus. 63.2.
 Testamentum quid requirat. 78.1.
 Testamentum cur semper moribundi condant. ibid.
 Testamenta Patriarcharum antiquorum 78. & sequent.
 Testamentum cur condidit Iesus. 79.1.
 Testamentum Alexandri Magni. ibid.
 Testamento suo quid Christus Ecclesiae, quid suis seruis, quid pauperibus legauerit. 80.2.
 Timor Christi qualis. 101.1.
 Timorem mortis in Christo fuisse, falso negauit Hilarius. 135.2.

INDEX ALPHABETICVS.

Timor mortis qualis in Christo fuerit. 137.1.
Timendum de nobis est, quandiu sumus in carne. 138.1.
Titulus crucis inscriptus expenditur. pag. 389.1.2.
Titulos adhibere patibulis damnatarum, mos fuit Romanis. 390.1.
Titulorum varius vsus apud antiquos. pag. 364.1.
Titulus crucis Christi vbi sit affixus, & vbi asseruetur. 390.2.
de Torrente Cedron egressus Domini vbi adumbratus. 125.2.
Tunica vnde sit dicta. 401.1.
Tunica Christi inconsutilis quam fuerit, & vbi asseruetur. 401.1.2.
Tunicam Christi inconsutilem qui conetur diuidere. 402.2.
V
Vades quare sic dicantur. 97.1.
Vasa Domini qui dicantur. 110.1.
Velamen cordis Iudeorum. 240.1.
Velum templi olim duplex. 481.1. & vtrum sit scissum in morte Christi. 481.2.
Venditio Christi vbi figurata. 202.2.
Vendi & emi quare Christus voluerit. 388.1.
Veneno extincti Socrates & Photio. 144. col.2.
Verbum Dei a quibus corrumpatur. 176.1.
Verbum Dei cur raro audiant Principes, siue laici, siue Ecclesiastici. 219.1.
Verba Christi in cruce late explican-

tur a pag. 408. vsq; in finem libri.
Veritas in iudicio quando necessario dicenda. 259.2.
Veritatis quanta sit confidentia. 219.2.
Veronica velum triplex, & historia illi valde similis, scitu digna. 357.1.
Vestes quomodo texerentur in Palestina. 401.1.
Vestium Christi numerus. 400.2.
Victima vnde dicta. 39.2.
Vigilantia in tentatione quantum per a Christo commendata. 155.1.2.
Vindicta nostra quales esse debet. 123.2.
Vindicta quatenus sint iniuria. 195.2.
Vinum immodice sumptum quid efficiat. 191.1.
Vinum cum felle qui Christo porrigat. 462.1.
Virginitas quo pacto seruetur. 324. col.1.
Vnguenti cadauera mos quid significaret apud Romanos. 510.2.
Vnicornes a Rhinocerote differunt. 104.1.
Vnicornes, figura Iudeorum. 104.1.
Voluntates due in Christo. 146.2.
Votum de redimendo humano genere Christus edidit. 251.
Vota Christi potiora qua fuerint. 106.1.
Vouendi mos antiquus. 105.2.
Vulnera Christi quid habeant nonitatis & admirationis. 82.2.
Vulnera sua Christus creditur ad iudicium allaturus. 503.2.
Z
Zelus gloriae Dei quem habuit Christus. 409.2.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

¶ A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Vu. Xx. Yy. Zz. Aaa. Omnes sunt terniones, praeter ¶. & Yy. qui sunt quaterniones, & Aaa. qui est duernus.